Inv 27
N. 84

ATHANASII KIRCHERI
E SOC. IESV,

OEDIPVS AEGYPTIACVS.

HOC EST

Vniuerſalis Hieroglyphicæ Veterum Doctrinæ temporum iniuria abolitæ INSTAVRATIO.

Opus ex omni Orientalium doctrina & ſapientia conditum, nec non viginti diuerſarum linguarum authoritate ſtabilitum,

Felicibus Auſpicijs

FERDINANDI III. AVSTRIACI

Sapientiſsimi & Inuictiſsimi

Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti

è tenebris erutum,

Atque Bono Reipublicæ Literariæ conſecratum.

Tomus I.

ROMAE,

Ex Typographia Vitalis Maſcardi, M DC LII.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA - SEVILLA - UNIVERSITARIA

SYNOPSIS TOMI PRIMI;

Qui & inscribitur

TEMPLVM ISIACVM.

CHorographiam Ægypti, Dynastias, Politicam, Theogoniam seu Architecturam Deorum, originem idololatriæ Ægyptiacæ, eiusdemque in vniuersum Mundum, præsertim ad Græcos, Hebræos, Romanos, Indos, alioſque populos peractam propagationem continet, & in quinque Syntagmata diuiditur.

PROPYLÆVM. In quo totius Operis scopus, causa, & occasio explicatur; hieroglyphicæ instaurationis rationes impugnantium argumenta aliquot Capitibus confutantur.

SYNTAGMA I. *Delta Niloticum*. Continet Chorographicam totius Ægypti in 30. Nomos distributæ descriptionem; Deorum in singulis Nomis coli solitorum nomina exhibet; causas incrementi & decrementi Nilotici, vti & originem eiusdem fluminis, hucusque forsan incognitam, tandem certo & fideli testimonio detegit; Dynastias Regum Ægypti ex omnibus Orientalium monumentis demonstrat: vbi & de Regibus ante & post diluuium, eorumque gestis ex mente Arabum amplè tractatur.

SYNTAGMA II. *Politica Ægyptiorum*. Agit, de Regum vita, moribus, atque in Regno benè beatèque administrando ratione; item de legibus, institutis, & varijs subditorum classibus: quæ omnia politicâ, tropologicâ, mysticâ, & hieroglyphica methodo prosequitur.

SYNTAGMA III. *Theogonia seu Architectura Deorum*. In ea de origine superstitionis Ægyptiacæ, & propagatione eiusdem ad Græcos & Romanos facta; item de Osiride, Iside, Apide, Serapide, Canopo, Horo, Harpocrate, Typhone, Mithra, Ammone, cæterisque Numinibus Ægyptiacis; de cæremonijs denique & ritibus in eorundem honorem institutis, brutorumque cultu variè & fusè agitur: vbi apertè Græcorum Romanorumque idololatriam prima fundamenta ab Ægyptijs suscepisse ostenditur.

SYNTAGMA IV. *Pantheon Hebræorum*. In eo de varijs Hebræorum, Syrorum, Chaldæorum, Persarum, Samaritanorum, aliarumque Ægypto vicinarum gentium idolis, lucis, aris, sacrificijs, agitur; atque adeo parallela quâdam comparatione omnem dictarum gentium idololatriam, ritusque ab Ægyptijs primùm promanasse ostenditur.

SYNTAGMA V. *Simia Ægyptiaca*. Agitur de Indorum, Sinensium, Iaponum, Tartarorum, Mogorum, & Noui Orbis idololatria, eiusque ad Ægyptiacam affinitate, vbi Lectori manifesta Ægyptiacæ superstitionis vestigia patebunt.

FERDINANDO III.

ROMANORVM

IMPERATORI

SEMPER AVGVSTO,

IVSTO, IO. FELICI,

REGI

TRISMEGISTΩ

FELICITATEM P.

ATHANASIVS KIRCHERVS E SOC. IESV.

VTINAM, IMPERATOR SAPIENTISSIME, vtinam vti vellem, sic possem, in primo hoc Oedipi mei vestibulo symbolum quoddam ex intimis Aegyptiacæ Sapientiæ medullis depromptum reperire, quo heroicarum virtutum TVARVM splendores, atque inexhaustos animæ TVÆ Magnæ verè Cæsareæ thesauros quouis modo adumbrare liceret: tum enim verò ad vltimum voluntatis meæ portum felicibus Euris non immeritò pertigisse videri possim. Sed Tv in hoc humanæ conditionis fa-

faſtigio conſtitutu, arum ſublimitate, fulgoriſque vehementia, eos adeo oculos animumque præſtringis, vt luti eas nec pro paginæ anguſtia, nec pro meis ſatis (viribus calamoque deficientibus) deſcribe licet, ita ſolo ſilentio conſultiùs celebrandas, ac certè non niſi parcè indigitandas exiſtimem. Præſtabit id, ni fallor, tametſi minimè condigna laude, hic Oedipus meus, quem iam dudu Reipublicæ Literariæ promiſſum, modò plenæ fide exolutum, Auguſtiſsimo conſpectui TVO ſto. Fuit is quidem haud incurioſis à me lucubrationibus concinnatus; at vel hac ſola gloria in Literario Orbe triumphaturus, quòd inuſtæ mentis TVÆ vi & efficacia ſit extortus. Opus ſanè quot ſymbolis, tot virtutum TVARVM ſæculis; quot myſterijs, tot magnæ Animæ TVÆ ſublimium actionum ectypis conſpicuum: vbi colligata ſimul & conſerta cernuntur omnia, quæ ſparsim diffuſèque apud alios inchoata ſunt virtutum inter ſe catenatarum præſidia; vt quæ diuſa, ac quaſi per inciles corriuata deprehenduntur in multis, in vno eodemq; pectore TVO ſine exemplo, tanto rerum complexu abſoluta perfectaque conſpiciantur. Enituit in alijs virtus illa, quæ mores expolit; ſed eſt deſiderata, quæ mentem informet: In TE, MAXIME CÆSAR, fidem & conſtantiam erga commiſſum curæ TVÆ imperium admi-

mirantur omnes; amorem erga Remp. ſupremi, medij, atque infimi; religionis cultum, pacis & concordiæ ſtudia vnicè ſuſpiciunt; cœteraſque virtutes verè heroicas, non apertis duntaxat indicijs animaduertunt; ſed & ſacri, profani: hoſtes, amici ſentiunt, loquuntur facta inſignia, præclara conſilia, voceſque veluti oraculo datæ, quarum tamen internos & myſticos ſenſus longa poſteritas fortaſsis, & pleniùs multò, & maiori cum veneratione percipiet. Alijs non robur, non fortitudo atque potentia defuerunt; defuerunt tamen mentis ornamenta ſcientiæ. TIBI omnia complexo, mira morum probitas, rara & inſueta fortitudo, inconcuſſus proſpera inter atq; aduerſa æqualis idemque ſemper animus, Iuſtitia in cognitionibus, conſtantia in dubijs, in conſilijs prudentia, clementia incredibilis, quantam quis nunquam in Principe vidit, legit, audiuit. In horum ancipiti temporum ſtatu minimè defuerunt TVAE irritamenta ſeueritatis, neque ciuilis motus ſemina, mentiumque exulcerationes vbique obuiæ. Sed TV iuſtitiæ amuſsi, id eſt, prouidenti magnæ mentis TVAE moderatione, quæ vulnerata erant, ſanaſti potiùs, quàm recidiſti; qui etiam diſsimulando, nec in omnia anxiè inquirendo, maluiſti videri inueniſſe bonos, quàm feciſſe. Turpem illam Tyrannorum vocem, *oderint, dum*

metuant, ipsis factis reprobas, dum dignum sanè Cæsare pronunciatum substituis, *ne metuant, dum diligant; malo vereri, quàm à meis timeri*. Sed quid de vera Sapientiæ norma, literis inquam & scientijs dicam? TIBI mirè capax ad res omnes intelligendas ingenium: TIBI lingua totius interpres iustitiæ: quot verba fundis, tot leges condis: in cuius multiplici idiomatum notitia Mundus rediuiuum suspicit Mithridatem; in humanarum literarum, Musarumque Choro, Apollinem; in Mathematum reconditorum peritia magnum agnoscit Alphonsum; in abdita denique Philosophia Hermetem admiratur Trismegistum. Neque aliter ad Literatorum lauream viam sternis, quàm exemplo, cùm iam inde vel à tenera ætate TVO in pectore Musarum omnium palæstram erexeris; vt proinde iam liberalium disciplinarum vertices non Lauro tantùm, sed & Imperiali prætensos Diademate, compositumque tandem Martem inter & Palladem sororesque dissidium cum gaudio Literarius Orbis agnoscat.

Cùm itaque talis ac tantus sis, CAESAR SAPIENTISSIME, TV vnus huius Operis Tutor legendus eras, qui partum hunc nouum, & raritate insolitum, non tantùm, quà es admirabili Sapientia præditus, iudicare posses; sed & eundem aduersus obtrectatorum contentionem autho-

rita-

ritate confirmare TVA, & amplitudine potentiæ tutum illius nouitati adferre præsidium. Accusabit forsan nonnemo temeritatem meam, & prudentiam desiderabit, quòd TE Cæsarem Mundo sustinendo prægrauatum, mea interpellare scriptione non sim veritus; at TV Cæsar celsissimus idem atque humanissimus, ex augusto benignitatis Maiestatisque TVAE solio, personæ meæ humilitatem, vt interpellareris, inuitasti; nè vererer, animasti; nè denique cunctarer, sollicitasti. Hinc factum est, vt Opus hoc quantumuis angustum, ac tantæ Maiestatis oculis indignum, augustum tamen dignumque vel hoc ipso visum sit, quòd id, vt prodiret, Augustus iussit; & vt facile prodire in lucem posset, munificentia plusquàm Regia præsto fuit. Vnde, BENIGNISSIME CÆSAR, quod mihi dedisti, TIBI reddo, Opus non tam meum, quàm TVVM; TVVM, quia totum me TVVM, quantus quantus sum, agnosco: meum, quia id auxilijs TVIS longè munificentissimis meum fecisti. Non ego hìc cum Poëta canam?

Iam dominas dures, iam regia tecta meremur,
Et chelys Augusto iudice nostra sonet.

Sed illud audentiùs vsurpabo, Opus hoc totius pænè Mundi linguis concinnatum, Cæsaris ap-

probatum iudicio, in quadripartiti Mundi fines inoffenſum percurret ; narrabit Europæ, depræ-dicabit Aſiæ, Africæ decantabit, extollet Americæ FERDINANDVM III. Auguſtum, cuius reuixit mu-nificentia ; cuius imperio reſtitutum eſt. Vale Chriſtiani Orbis fulcimentum, Idea Cæſarum, & humani generis delicium. E Collegio Ro-mano Kal. Ianuar. M DC LV.

Li-

FERDINANDVS III.

Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

TANTA *eſt ſapientiæ vis & poteſtas, vt eam non ſceptris duntaxat & Regnis anteponendam, ſed & vniuerſas diuitias nihili eius comparatione duxerit Sapiens. Et rectè quidem: neque enim eà quicquam ad humani generis actiones rectè moderandas efficacius, vel ad Mundi pondus, quod Regum humeros premit, imperturbabili quadam animi conſtantia ſuſtinendum fortius, vel denique ad politicum Orbis corpus in pace & vnione conſeruandum potentius eſſe poteſt.* Siquidem multitudo Sapientum ſanitas Orbis terrarum, & Rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt. *Hæc totius Iuſtitiæ norma & amuſſis eſt; ad huius ductum vel ſumma quæuis imperia ad deſideratum beatitudinis & felicitatis portum perueniunt. Sicut igitur Nos, quibus ſuprema Imperatorij muneris cura, Deo ita diſponente, impoſita eſt, hanc præ cœteris Imperio dignis virtutibus ſuſcipiendam, omnique ſtudio ſemper quærendam; ita in alijs promouendam duximus. Cùm itaque ſincerè Nobis dilectum P. Athanaſium Kircherum; Societatis IESV Presbyterum, Imperij Noſtri ſubditum, iam à multis annis, tùm ad naturalium rerum Mathematumque ſtudia, quæ dictæ ſapientiæ vberrima quædam ſeminaria ſunt, tùm potiſſimùm ad reconditiorem illam hieroglyphicæ literaturæ doctrinam, quam Aegyptiorum Sapientiam vocant, eruderandam explicandamque exhortati ſimus; is verò pro dato ſibi à diuina Bonitate interpretandi talento, ingenijque capacitate, ea iam dudum, quemadmodum à Viris iudicio & rerum notitia conſpicuis accepimus, ediderit ſpecimina, quæ eum ad impoſitum ſibi munus dignè complendum minimè inſufficientem eſſe probauerint; atque adeo ad inacceſſa hucuſque primæuæ Sapientiæ adyta portam aperuiſſe primus iure videri poſſit: eamque laudem in præſenti Opere (quem Oedipum Aegyptiacum vocat) Opere multorum annorum lucubrationibus concinnato, nec non ab vniuerſa, vti intelligimus, Literatorum Schola auidè deſidera-*

rato (quippe quod Noſtro iuſſu doctiſſimorum Virorum cēnſura recognitum, eo mox plauſu, quem adeo abſtruſum, atque in hoc vſque tempus incognitum materiæ difficillimæ argumentum, ſuo veluti iure quodam merebatur, exceptum fuerit) gloriosè promeruerit ; porrò cum quò minus id lucem aſpiceret, ſumptuum in eo faciendorum magnitudinem obſtare compererimus : Noſtrum eſſe cenſuimus, partui iam maturo manum ſupponere, ac prouidere nè Opus tot annorum lucubrationibus conceptum & elaboratum diutius lateret ſub tenebris, ſed lucem quamprimùm aſpiceret, ſuoque ſplendore luci ipſi Sapientiæ lumen affunderet . Atque idcircò, cùm iam antè præter Orientalium linguarum typos Operi excudendo neceſſarios, annuum Authori cenſum in ſtudiorum ſuorum ſubſidium aſſignaſſemus, omnes quoque ſumptus Operi in lucem proferendo neceſſarios, ex Aerario Noſtro Imperiali abundè ſubminiſtrari iuſſimus ; hoc ipſo nimirum pro Noſtro in tam excellentis doctrinæ inſtaurandæ notitiam (quam tot votis Cæſares Anteceſſores Noſtri, primi Obeliſcorum in Vrbe erectores, vti & poſtremis temporibus nonnulli ex Summis Pontificibus laudabili ſanè conatu indagantes hactenus non potuerunt aſſequi) ſtudio, qualecunque monumentum extare voluimus ; literatis quidem ad in Sapientiæ inquiſitione impigrè laborandum, incitamentum ; Regibus verò & Principibus ad laudabiles huiuſmodi doctorum Virorum labores ſummo ſtudio promouendos exemplum . Qui de cœtero memorato P. Athanaſio Kirchero Cæſaream Noſtram gratiam clementer offerentes, eundem ſub tutelam & protectionem Noſtram, tanquam de Nobis, & Auguſta Noſtra Domo benemeritum, benignè ſuſcipimus harum vigore patentium Noſtrarum, quæ dabantur in Ciuitate Noſtra Imperiali Ratisbonæ die vigeſima quarta Aprilis, Anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo, quinquageſimo quarto, Regnorum Noſtrorum Romani Decimo octauo, Hungarici vigeſimo nono, Bohemici verò vigeſimo ſeptimo .

Ferdinandus.

Locus ✠ Sigilli.

Vt

Ferdinandus Comes Curtius .

Ad mandatum Sac. Cæſ.
Maieſtatis proprium.

I. Walderode m. p.

TRIVMPHVS
CAESAREVS
POLYGLOTTVS,

Tot concinnatus Linguis, quot in Veterum doctrina ſtabilienda Linguis OEDIPVS Aegyptiacus vtitur.

QVEM IMMORTALI

FERDINANDI III.

Sapientiſsimi Romanorum Imperatoris

GLORIAE,

Ob immortale in priſcæ Sapientiæ inſtauratione meritum,

LITERATORVM

in Romano Orbis terrarum Theatro

ex omnibus Populis & Nationibus

congregatorum,

CHORVS

æternùm,

erigit, dicat, conſecrat.

Sume Lyram Polygloſſa Charis; ſua barbita Græcus
Aptet, Nablon Heber, plectra Latinus agat.
Vnà Italus, Gallus, Luſitanus, & Hungarus, Anglus,
Illyriuſque acer Teuto, Boëmus, Iber.
Et Syrus, Indus, Arabs, Chaldæus, & Armenus adſint.
Aethiopes, Perſæ, Sinaque, Coptus, Afer.
FERNANDI meritas diffundant pectore laudes,
Vt quas vna nequit, plurima lingua canat.

ALLA MAESTA DELL'IMPERATORE

FERDINANDO III.

Sopra l'Edipo Egizzio del P. Atanasio Kirchero.

CANZONE

DELL'ILLVSTRISSIMO ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE

POMPEO COLONNA

PRINCIPE DI GALLICANO.

SIGNOR che'l Diadema tuo pesante
Col merto onori più ch'ei tè col trono,
Tu nel cui seno abitatrici sono
Oneste voglie, virtuose, e sante;
Tu che conoscitor del ben verace,
Fra tante cure onde gouerni vn Mondo,
D'ingegno acuto, e di saper profondo,
Sei di dottrina e di virtù seguace;
Onde auuien poi che con l'esempio spesso
Precorri l'alte leggi, e buono, e giusto
Con sensi di pietà dal soglio Augusto
Pria che regger altrui reggi te stesso;
Tu che ben sai che chi gouerna in terra,
Pascer dèe, non opprimere l'ouile,
E che chi ingordo piega ad altro stile,
Dal diritto camin si scosta ed erra;
Tu al fin ch'a ogni buon studio sei riuolto,
E d'ogni Magisterio intendi l'arte,
D'Atanasio il volume a parte a parte
Mira, e vedraiui ogni saper raccolto.
Edipo è che d'ogni Edipo riuela,
A comun pro gli enigmi più celati,
E gli arcani a più saggi riseruati
Ad ogn'intendimento ed offre, e suela.

✝✝✝ *Dop-*

Doppo l'obliquo e torto ſuo camino
Onde qual Idra il Nil ſue bocche ſpande,
Veduto ſol fin or gigante e grande
Scuopre al fin la ſua cuna, e ſe bambino.
Vedrai Signor ne comendati geſti
Di quei Rè ch'alle leggi ſi piegaro
Al viuo eſpreſſo vn ſimulachro chiaro
Di ciò che tù nel tuo regnar faceſti.
E tanti Numi in forma d'animali
Iſide, Anubi, Api, o Serapi, o Oſiri,
E tanti nati al Mondo altri deliri
Sol da Egitto conoſcere i Natali.
Ma in que' Saggi non fù tanta ſciocchezza
Ch'in quelli Dei per cui fumar gli Altari
Non chiudeſſer miſteri aſcoſi e rari,
De quai'l dotto Atanaſio or dà contezza.
Più auanti poi ti s'offrirà vna Scuola
Da ſatollar i più affamati ingegni,
Poi che ſcritta con quegli oſcuri ſegni
Contiene vna ſcienza ogni parola.
Il Caratter ch'in ogni creatura
Impreſſe il ſuo fattor ma non veduto
Coſi da ognun, da ognuno or conoſciuto
Sarà con ſua virtute e ſua natura;
Non altramente credere poſſiamo
Ch'il nome alla virtù corriſpondente
D'ogni coſa qua giù con ſaggia mente
Poneſſe allora il primo Padre Adamo.
Medicina vulgar qui ſi hà per vana
Che ſol co' ſuoi contrarij il mal diſcaccia,
E quella a comun prò ſol ſi procaccia
Che per propria virtù gli vmori appiana.
O quai di luce riſplendenti lampi
Per rintracciar gli arcani, or nelle belue,
Ne gli augei, nelle pietre, or nelle ſelue,
Ne' muti peſci; or ne' fioriti campi
Manderanne Atanaſio! omai godete
O figli d'Eſculapio, ch'il perduto
Modo del ben curar con tale aiuto
De gli egri a prò riſtaurar potrete.

Chi poſe mai ne gli Elementi il piede
Del dotto Euclide omai ben puo ſperare
Ad onta di que' Sauij, anch'ei di fare
L'augel d'Archita e'l globo d'Archimede.,
Chi d'Ermete ne'ricchi ampij giardini
Fù per ventura a paſſeggiare intento,
Con paſſo tardo, ſolitario, e lento
Giungerà a vagheggiar gli aurei confini:
Ma l'ingordo di cui rider coſtumo
Che pretende inalzarſi i monti d'oro
Leggerà che promette il ſuo lauoro
Fame, freddo, fetor, fatica, e fumo.
Fuggir in vno e preueder diſaſtri
Chi curioſo di ſaper deſia,
Ben potra qui con natural Magia
Scolpiti in pria, farſi propizij gli Aſtri.
Dalle fere & augei, da gli elementi,
Da ogni coſa del Mondo al fin creata
Chi hà d'indouinar voglia aſſetata
Quaſi ridir potria futuri euenti;
Pur che folle conoſcer non agogne
Da gl'incanteſmi dell'Inferno il vero;
Poiche qui leggerà ch'è van penſiero
Sperare il ver dal Rè delle menzogne.
De' Miſteri laſſù del Creatore,
E de gli ſpirti di materia ſcarchi,
Come ſia moſſo e tanto ſpazio varchi
Il gran Pianeta che diſtingue l'ore.
Chi brama auer contezza, or ſarà pago
Che da Atanaſio al fin con gloria doppia
Peruie non più calcate oggi s'accoppia
Sagacemente il Criſtiano e'l Mago.
Le merauiglie del famoſo Egitto
Fra miſteri naſcoſte or ſon paleſi,
E i Caratteri oſcuri e non inteſi
Che Menfi antica in Obeliſchi hà ſcritto.
Roma, non sò che più in tua gloria torni
Che ſi gran moli ſianti d'ornamento,
O pur che chi il lor muto ſentimento
Ti renda chiaro appieno in te ſoggiorni.

Far ſi lunghi viaggi or non è d'vopo
Per ſaper quai miſteri in ſe naſconda,
Quand'vom gouerna, o quand'Iſola è in onda,
O quando ſtella in Ciel ſplende Canopo.
Inuano i paſſi in ver l'Egitto ſpingi
A periglioſo e lungo aſpro camino
Curioſo, che qui parlano inſino
In lingua intelligibile le Sfingi.
Da i ſepolcri i cadaueri ſerbati
Sorgono anch'eſſi a riuelare arcani,
Che non furon deliri o penſier vani
L'eſſer quaſi bambini vnti e faſciati.
Felice ingegno, che con chiaro volo
Varchi il ſentier di glorioſa fama,
Che chi d'ogni contezza ha ardente brama
Satollar ſai con vn volume ſolo.
Pittagora, e Platon per fare acquiſto
Di non comun dottrina Egitto vede,
Ma d'ora auanti ognun fermera il piede,
Che l'Edipo tuo ſol baſta auer viſto.
Per lo mar del ſapere or tu n'accogli
Nocchiero eſperto con ſicura Naue,
Poiche con aura placida e ſoaue,
Caminiam per l'Egitto entro i tuoi fogli.
Fra le vicende di fortuna oppreſſo
Ch'in vil ſeruaggio hà ſue grandezze inuolte,
Le ſue memorie in fra l'oblio ſepolte,
In dono aurà da te l'Egitto ſteſſo.
Tu gran FERNANDO ſol nulla ſaprai
Di più di quel che già tua mente inteſe,
Ma queſte carte altrui faran paleſe,
Vna memoria almen di quel che ſai.

ELO-

ELOGIVM I.

Siue

EPIGRAPHE.

Auguſte Cæſar;
Clementior Cæſare, Auguſto ſapientior;
Vtriuſque genitura felicior;
Sub Catholicæ Religionis Horoſcopo
Natus inter Aui, & Parentis pro Eccleſia labores;
Hauſiſti è Cœlo regnaturam in terris per aduerſa proſperitatem,
Poſt Infantiam Herculeâ ſorte exercitam,
Pueritiam Virtuti & Mineruæ ſacram,
Iuuentam Conſtantiâ & Victoriâ firmatam;
Superis Hominibuſque conſpirantibus
Electus Romanorum Imperator
More Romano dictus es
A debellato ſeculo ferreo
Ferdinandus,
A propagata Primi & Secundi Pietate
Tertius.
Mox imperaſti more Auſtriaco,
Amando & triumphando:
Hoſtium armis in trophæa beneuolentiæ verſis:
Fortuna Maieſtati conciliata:
Bellona Religioni ſubiecta.
Sic ſtetit Rerum moles
Tuæ Potentiæ ſimul, ac Sapientiæ viribus.
Potentiâ viget Imperium, Sapientiâ nititur.
Demum domito *Marte* domuiſti indomitam Mortem;
Expirante quam genueras *Mundi Spe*.
An vt Poſteritas diſceret à TE aliquid pluſquàm Cæſareum?
Cæſareum eſt Hoſtibus, pluſquàm Cæſareum fatis non terreri.
Maiorem hinc ominare triumphum.
Nunquam Pietati fata nocent.
Olim Te *Occidens*, nunc & *Oriens* manet;
Cui Sapientiam reddis, reddes felicitatem.
Sic voueo

Ignatius Bomplanus S. I.

II.

GLORIOSISSIMO

FERDINANDO III.

CAESARI SEMPER AVGVSTO.

ELEGIA

Ferdinandi de Fürſtenberg Canonici Hildeſienſis & Paderbornenſis,

Diuum,

ON genus AVSTRIADVM demiſſum à ſanguine
Non clauſum mundi finibus imperium,
Non immortales auſim memorare triumphos,
Dignaque Mœoniâ fortia bella tubâ:
Seu domitas aquilis CÆSAR victricibus arces
Sueuorum lætis ſubruit auſpicijs;
Seu malè Romanis parentem legibus Iſtrum
Vindicat; Arctoas ſiue refringit opes.
Illa canant alij, quorum ſuffulta cothurnis
Surgit, & heroum Muſa laborat epos.
Me iuuat imbelles elegos, ac parua ſonantem
Carmina non altâ tutiùs ire viâ,
Et mores celebrare, ſacras & CÆSARIS artes.
Materies numeris conuenit iſta meis.
Vates ille pios, & vatum dona piorum
Blandus amat poſitâ nube ſupercilij.
Ille Heliconiadum decus & tutela Sororum
Ornat diuitijs Numina docta ſuis.
Ardua Cecropiæ quis neſcit fana Mineruæ
Condita? quis Clario tecta ſuperba Deo?
Quà Viadrus glaucum redimitus arundine crinem
Alluit Aonijs templa dicata choris.
Quà Pandionias latè miratus Athenas
Danubius mutis ſegnior hæſit aquis.
Et quà CÆSAREO ſurgentia limina ſumptu
Æquat Cyrrhæis regia Praga iugis.
Illic: Enceladi qualis poſt bella minaci
Iuppiter armatas exuit igne manus;
Qualis & Herculeis altum ceruicibus axem
Impoſuit longo pondere feſſus Atlas:
Terrarum dominas exoſus CÆSAR habenas
Imperij vaſtum ſæpe reclinat onus,

Et

Et vires, Natura, tuas, ac ſemina rerum
Scrutatur docto ſedulus ingenio.
Quis tremor attonitas vertat cum ciuibus vrbes;
Impellat refluas quis maris æſtus aquas;
Quæ vis diuitias imâ tellure repoſtas
Nutriat, aut gemmas, Dædala concha, tuas;
Quàm procul Arctoo concretus frigore pontus
Ingentis Nili diſtet originibus;
Quàm procul occiduis diuiſus Gadibus Indus
Mergat Erythræo nota fluenta ſalo;
Vnde leues venti naſcantur, & Ætna ruinas
Montis alat piceos eiaculata globos;
Vnde fluat ſalſus pelagi liquor, vnde teporem
Ducat Baianæ vena ſalubris aquæ.
Omnia rimatus demum miracula terræ
Subiectam volucri mente relinquit hunum,
Et picturatum ſtellis emenſus Olympum
Peruolat æthereæ lucida ſigna domûs.
Hîc illi geminam Virgo Marathonia libram,
Et ſua vicinus ſubijcit aſtra Leo,
Et demptum lateri gladium concedit Orion,
Debita CÆSAREÆ præmia militiæ.
Hîc Solis veſtigat iter, cauſaſq; latentes
Pallida cur nigris Cynthia ploret equis;
Cur ſitiant Afri; cur ſeptem regna Trionum
Vrat Hyperboreo bruma morata gelu;
Cur fugiant vmbræ, Cancro torrente, Syenen;
Cur variet maior meta minoruè diem.
Sed quota doctrinæ pars eſt, laudumque tuarum,
AVSTRIADE, magni ſidera nôſſe poli,
Et circumfuſo porrectas æquore terras
Quà Sol Eoos luſtrat & Heſperios?
Si tibi facandis etiam Sapientia chartis
Eruta Niliacæ panditur hiſtoriæ,
Nec te ſacra latent adytis abſtruſa verendis,
Marmora nec ſculptis nobilitata feris.
Scilicet Ægyptus doctrinam credere ſaxis
Auſa peregrinas finxerat effigies,
Vt ſolis arcana Deûm manifeſta magiſtris
Arcerent dubijs vulgus imaginibus.
Seraq; poſteritas quondam labentibus annis
Intactum priſcæ noſceret artis opus.
O vanas hominum curas! ô cœca futuri
Pectora! regali tot monumenta ſitu.
Barbarus Armenij lacerauit potor Araxis
Cambyſes Pharios depopulatus agros,

Et

Et potuit ſeclis fugitiua tacentibus ætas
Seruatas etiam vertere relliquias:
At non æternos olim ſubducet honores
Longa dies meritis, inclyta Roma, tuis,
Quæ Peluſiacum ſpirantia rudera faſtum
Colligis, & medio tollis ad aſtra foro.
Nec tua celabunt obliuia, MAXIME CÆSAR,
Facta, nec ingenium nox premet atra tuum.
Si qua etenim laus eſt, quôd Te duce freta vetuſtas
Mempheos obſcuros prodit aperta ſinus,
Quòd patet Inachiæ facies ſecreta iuuencæ,
Quòd canis, & ſacri myſtica forma bouis,
Et quæ præterea famoſi monſtra Canopi
Antiquis ſuperant conſpicienda notis:
AVSTRIADVM titulos leget vltimus accolta Nili,
Et quatiet læto tinnula ſiſtra ſono.
Iam Solyme, iam diſcet Arabs, & clara loquentur
Marmora CÆSAREA munera ſparſa manu.
Fallor? an AVSTRIACIS addent quoque fata trophæis
Sacra Parætonijs ſigna reuulſa tholis?
An FERNANDE tuum iam nunc Victoria nomen
Læta parat ſaxis ſcribere Pyramidum?
Gloria Pellæis certè vocat æmula palmis
Europæ reſides ad pia bella manus.

ELO-

ELOGIVM III.

GRAECIA,

ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΩ ΤΩ ΤΡΙΤΩ,

ΤΩ ΑΗΤΤΗΤΩ

ΚΑΙ ΣΑΡΙ,

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΘΕΟΠΡΟΒΛΗΤΩ,

ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΩ,

ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΩ,

ΠΑΤΡΙ ΠΑΤΡΙΔΟΣ

ΧΡΗΣΤΩ, ΕΥΤΥΧΕΙ, ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗ

ΔΟΞΑ, ΖΩΗ, ΚΑΙ ΥΓΙΕΙΑ ΑΕΝΝΑΟΣ.

Καῖ τὴν ἐκτεθεῖσαν Ἑλλήνεσι φρισβείαν, ὑπὲρ

ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΤΟΥ ΓΟΖΑΔΙΝΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΖΑΚΥΝΘΟΥ,
ΚΑΙ ΚΕΦΑΛΛΗΝΙΑΣ.

ΠΑΡΟΞΥΝΘΕΙΣ Ὀκταβιανὸς ὁ Αὔγουστος τῷ τὸ κτήσασθαι ἔφυτι, τὴν ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸν αἰασαθέσιν ὀβγίσιοις ἐξεσκολαμμένην ἀρχαίαν σοφίαν, τὴν Αἴγυπτον πᾶσαν, πλείστων ὑπουργουμένων, καὶ συμπραττόντων σοφῶν κατεσκόπησέ τε, καὶ ἐξηρεύνησεν. Ὅπως εἴ τινα ἐξεύροι τὴν ἱερογλυφικῆς μαθήσεως ἔμπειρον Ἐρημίτην, τὸν εἰς Ῥώμην μεταπέμψηται, πρὸς ὑπηρεσίαν τῆς ἀπορρήτων ἐρημιτήσεως. Ἀλλ' αὐτὸν μὴν τὰ τῆς δύσεως ὑπ' ἀπέβη, ἀ πρὸ πολλοῦ τῆς μυστικῆς τῶν παλαιῶν ἀπαίτων παιδείας, οἱονεὶ τοῖς τῆς λήθης ῥεύμασι κατακλυσθείσης, καὶ καταβαπτισθείσης. Φερδινανδος δ' ὁ ζῆτος, Καῖσαρ Αὔγουστος, τοσοῦτον Ὀκταβιανοῦ ἀτυχέστερος, ὅσον τοῦτο αἰτιωτέρας αἰῶνος ἐπέτυχεν, ἢ τινος ἀδημιᾷ πανδημῇ, καὶ σπανίᾳ ὁπτυχὴς γεγονέναι κατέχυσεν, ὁ ἕτερος, ὁπλοίκα δὴ, ὑπ' οἶδ' ὅπως περιέπεσεν αὐτῷ Ἀθανάσιος Τουπίκλιν ὁ Κίρχερος, καινὸς αἰνίγματος Σαφιστὴς, καὶ Οἰδίπους παλίμψυχος, ὃς Βασιλικῷ νυχθεὶς ἐνθαλάμῳ, μὴ λαμπρᾶς τῆς δημοσίας εἰς τὰς τῆς σοφίας παρυφὰς, ἀφιππάσατό τε, καὶ ἀφίππατο, σὺν μέχρι τέτε ἀπορραγάσης, καὶ ἀθίκτους θησαυρὸς αἰσκάλυψε, καὶ ἀνέσκαψεν. Σοῦ γε πρῶτος τοῖς Φερδιναδικοῖς θρήμασι περιθὼς, καὶ τεθαρρηκὼς τοῖς περιαλμασι, τὰ ἐνδόμυχα τῶν Μεμφιτικῶν ἀδύτων κρυπτοφυλακεῖα καὶ βάθος εἰσδὺς, τὰς μυστικὰς τῆς ὀργίων σφραγῖδας λυέλυξε, τὰ τῆς ἀρχαίων ἱερέων μυστηριώδη γραμματεῖα, καὶ εἰχνεύδια, τῆς αὐτοκρατορικῆς συμμαδομένης, καὶ σωτηριψυχούσης μεγαλοδωρείας αὐεπτυξε. Διό σε Καῖσαρ παμδαίμονα δικαιοῦμεν, ὅς γε δὴ τοῖς τῆς μεγάλων αἰωφελοῦς μνήμης κατορθώμασι, καὶ τοῖς τῆς ἐφαμιλλευθέντων σκηπτόμενος ὁπτηδεύμασι τοιούτῳ σωτῆρι ἔζησας, ὅστις βέλτιστος αὖ, καὶ δυνατὸς φρονιμῶς σωφρονεῖν, καὶ ἔργῳ σκηπτόμενος τῆς ἐφορμὰς σε φρενὸς τὰ κυήματα. Τὸ παλαιὸν ὁ Αὔγουστος τῷ σφᾶς αὐτὸν δυνάμεως θεοποιεῖσθαι τῇ αἰσχύνῃ τῆς ἐφορμένων Ὀβγίσιων. Ἀλλὰ σὺ μὴ καθ' αὐτὸ τοῦτο δυνατώτερος, ὅτι ἐ μόνον σὸν πλεθριαίας λίθας αἰορθοῖς, ἀλλὰ καὶ ὑφ' σὸν ἄλλας ἔλαχες, ὥστε τῇ σῇ χερνίχ, καὶ ὁπωρεία σὸν αἰῶνος, καὶ ἀφώνους πέζας τῆς ὀβγίσιων ἤδη λαλεῖν, μὴ χείλεσιν αὐεπιγλύφοις τῶν ἀπόθετον, μὴ κρυπτῷ ἐκ δισχιλίων ἐτῶν τὴν Αἰγυπτίων σοφίαν ἐξερεύνεσθαί τε, καὶ ἀποσοματίζειν. Ἴδε τοιαδεῖ ἐνδίκως ὑπὸ τῆς ἐγκωμίων διφθαρθεὶς δίψημίας, καὶ τοῖς τῆς φήμης ἐποχημάτων πτέρυξι συγκοσμοῦντος, συναλαλάζοντος, καὶ συμπαιανίζοντος τὰ σύμπαντος ἀνθρωπίνου γένους πομπὴν, θιασάρχης, καὶ θριαμβάρχης, καὶ καθέκαστον ἰδίωμα τῆς οἰκουμένης ὡς σὲ πρέσβεις ἀγγέλους, καὶ κήρυκας

✠ ✠ ✠ ✠

γυναῖ ἄπος ἑλλᾷ, τὸ σὸν ἐπ' ἄρσεν ἐπαίροντας ὄνομα, καὶ ἀλαθῆ τύχῃ θεοθεσπίζοντας, καὶ αὐτόθεοι ἐπάχομένους

Ζήσεις Καῖσαρ ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ ὁ Τρίτος.
Ζήσειεν Ἐρεμῆς Τρισμέγιστος καὶ νέος.
Ζήσεις Τριπλῷ τῷ κράτει παλιμβίως.
Ἡ δ' Ἀσεβείᾳ, ἀρχῇ τε, καὶ ἰσχύϊ
Τετρόλβιος, Τετραδυτυχὴς, καὶ Τετραμάκαρ.
Μεθ' ὧν τηθυτῷ τῷ χρυσῷ χορηγίδα
Ἔθηκα ποιμὴν ὁ Ζακυνθος φιλόγως,
Τ' Ἀμῷ ἐπειπὼν μετρίως ἐκ καρδίας.

Argumentum Elogij Græci præcedentis.

FERDINANDO III.

CAESARI,

REGI TRISMEGISTO,

PATRI PATRIÆ, &c.

Felicitatem.

Franciſcus Gozadinus Epiſcopus Zacynthi & Cephaleniæ.

OCTAVIANVS AVGVSTVS Cæſar, veteris Sapientiæ, quæ in Obeliſcis à ſe erectis inſculpta ferebatur, acquirendæ deſiderio percitus, vniuerſam Ægyptum, doctorum hominum operâ explorauit, vt ſi quem hieroglyphicæ doctrinæ peritum reperiret Interpretem, eum Romam aduocaret ad arcanarum rerum interpretationis officium. Sed votis ſuis potiri non potuit, omni iamdudum doctrinâ Veterum myſticâ veluti lethæo quodam flumine ſummerſâ. FERDINANDVS III Cæſar Auguſtus, tantò Octauiano felicior, quantò felicioribus auſpicijs id conſecutus eſt, quod alter nullis votis aut ſumptibus conſequi potuit, dum neſcio quo fato ei obtigit Athanaſius Kircherus nouus Interpres, Oedipus rediuiuus; qui Cæſareo ſtimulatus imperio, intellectu ſplendenti ad Sapientiæ regiones volauit, theſauros detexit hucuſque inacceſſos. Hic primus iuſſis fretus Ferdinandæis abditos adytorum Memphiticorum receſſus altiùs ingreſſus, arcana ſacramentorum ſigilla aperuit, Sacerdotum veterum myſterioſa volumina, Cæſareâ obſtetricante munificentiâ, interpretatus eſt. Cæſarem proinde Te felicem prædicamus, qui cùm magna & prægrandi perpetrandi deſiderio æſtues, talis Tibi obtigerit, qui magnæ mentis Tuæ conceptus in executionem vrgere & velit, & poſſit: Auguſtus olim potentiæ ſuæ ambitum in Obeliſcorum vaſtis molibus erigendis poſuit; at Tu vel hoc ipſo potentior, qui non tantùm ſaxa grandia erigas, ſed & hoc præ alijs Tibi obtigit vt Tuâ ope & opera muta Obeliſcorum ſaxa

iam

am loquerentur, & apertis buccis reconditam iam à bis mille annis Ægyptiorum Sapientiam eructarent. Ecce itaque meritò super encomiorum plaustra vectus humano genere applaudente triumphas, & omne Idioma Orbis terrarum suos ad Te nuncios mittit, vt Tuum ad sidera nomen extollant.

Viuat FERDINANDVS III Cæsar,
Viuat Mercurius Trismegistus rediuiuus,
triplici Regno, nec non
Imperio, Potentia, Religione
Termaximus.

ALIVD ELOGIVM.

Θσ'.

ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ ΕΓΚΩΜΙΟΝ

Εἰ ὧπερ

ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Ο ΤΡΙΤΟΣ

ΑΝΑΒΙΩΝ ΑΠΟΛΛΩΝ ΚΗΡΥΤΤΕΤΑΙ.

Αγε, δι' ἐχθ',
Ἑλλωικὴ λύρα καὶ πάλαι, νῦ νεῦ ἐν
λιγυροτάτη.
Κρῦε τὰς χορδὰς συ κομψότητ@ μιχθείσας.
Τὸ δ' σῆς φύσεως ἰσίον ὐκ Αἰολῳ, ἀλλ' Ἀθήνᾳ
καθιερωμένον πέλασον.
Ἐπαίνων δ' εσμὸς, ὡς σημεῖον σεβάσεως ὑποτέλεσον
τῷ αἰαβιωτῖ Ἀπόλλωνι
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΩι τῷ Τρίτῳ τῷ Καισάρων Καίσαρι,
ὅτι τῷ Καισάρων δόξα,
ὃν εἰ σεμνυόμεσα φάδις, τιω ἀυτιω
ἀρετιω, ἥλιον ἡλίᾳ
νῦ σεμνυόεις, νῦ ἄδεις.
Ἀπόλλων.
τῷ μυζῶν ὐαρφίλῳ χορῷ συμβάλλεϑ.
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ Καῖσαρ φιλοτίμῳ παιζῶν τῷ ἀρετῷ
οἱ χορεὶ δραμιλλῶντες πρὸς ἀλλήλυς
ἢ λάμπυσιν, ἢ παίτας εἰς θαῦμα κινῦσιν.
Ἀπόλλων ἐν γῇ ἐλεύθερ@ ἕνεκα σωυέσεως,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ ἐν ἀρχῇ ἕνεκα σεμνοίας.
Ἀπόλλων κρατεῖ ὀλύμπυ φέγγεσι παρθενίας λαμπρῦ

ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ ἑρανᾶ τᾶ Γερμανᾶ κύδεσιν
ἀγαθείας.
Ἀπόλλων ἥλιϑ. ἐν ἄεϑλοις, ὅτι φωτίζϑ,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ ἐν σπήπτροις, ὅτ' ἂν δμάϑϑ.
Ἀπόλλων ἐν ᾠδᾶ τιμωρεῖ σὺν κακοῖς
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ ἐν βασιλείῳ,
Καὶ δύο τ' ϑέμιδϑ. ὀφθαλμοὶ.
Ἀπόλλων αἰϑεῖ ἐν δμαδήμασι δάφνης,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ ἐν στέμμασι ϑειάμβων.
Ἀπόλλων ἀεὶ τλὼ ὄψιν νέϑ.,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ τλὼ ἀβλάβειαν,
κἄν ἐν κόζμῳ ϑάμβϑ.
Ἀπόλλων τᾶ πεύσφορα τῇ νόσῳ φέρϑ τοῖς σώμασι,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ τ' ψυχᾶς τῷ πρὸ ϑεὸν παύ νοσουώτων
Ἀπόλλων γλυκύτητι λύρας ϑέλϑ παύτων τᾶς καρδίας,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ λόγων τῷ ψυχιώτε,
κὴ γλῶτταν τοῖς ἀψύχοις τε, κὴ ἀγλώτοις
λίϑοις ἐμβαλλόντων.
Ἀπόλλων παλάμας τᾶς τᾶ ἑρανᾶ σφαίρας
σωιάπτϑ,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ ἑρανίᾳ, καὶ πολιτικᾶ κόσμᾳ ξοχὰς
ἀσυμφώνως ἢ παρμονῷ, ἢ νδόμασιν
εἰς συμφωνίαν ἄϑϑ.
Ἀπόλλων σοφίας ἀρχηγὸς,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ σεμνοτιᾶς.
Ἀπόλλων τᾶ δύκαρπα τ' σοφίας σπέρματα τοῖς ἀνθρωπίνοις
στήϑεσι δμανέμϑ,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ τλὼ ϑείαν σοφίαν ϑεσπέσιϑ. παδδείγματα ζωῆς,
κὴ ἀρετᾶς τ' τῷ ἀνδρῶν
ψυχαῖς παρέχϑ.
Ἀπόλλων τῷ Ὁμήρου πνεῦμα,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ τῷ Ἀλκιδᾶν ῥώμαν.
Ἀπόλλων τοῖς ϑεοῖς πολλᾶ
τίϑεϑ,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ τοῖς βασιλεῦσιν.
Ἀπόλλων ὅπ' τύτας δμαβεβομμύϑ. ϑεῖϑ. ἐγένετο,
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ ἀϑάνατϑ., κὴ ϑεῖϑ., εἰ βύλεϑ
ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΣ γὰ τ' ἡμετέρας φύσεως ἔτω βασιλεύϑ
ϑαυμαζέσης ὅτι βασιλεύϑ.
Τὶς σωῖ
Τὸν ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΝ Τὸν Καίσαρα ἐ κηρύξϑ
ἀναβιωῦτα Ἀπόλλω.
ὥσπερ κωφὸς ὁ μὴ ἐπαινῶν Τὸν ἡρακλέα,
ὕτω κὴ ὁ μὴ κηρύττων Τὸν ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΝ
ἀναβιωῦτα Ἀπόλλω.
Ἄγε Ἑλληνικὴ Μῦσα,
Τὸν ΦΕΡΔΙΝΑΝΔΟΝ τὸν Καίσαρα
Οὗ δόξαν πᾶς ὁ κόσμϑ. ἐν χορδαῖς τᾶ στόματϑ. ἔχει,
ἔχε,
κὴ Τὸν δ' ἔχουσα τλὼ ἀρετλὼ ἔχεις,
ἥπερ ἅπαντα ὑπερβάλλει.

ΓΕΩΡΓΙΟΣ ΜΟΥΣΑΛΟΣ Ο ΚΡΗΣ ΕΠΟΙΕΙ:

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΤΑΤΟΝ

Φ Ε Ρ Δ Ι Ν Α Ν Δ Ο Ν

Τὸν Καίσαρα ὄντινα ἡ ἑλλὰς αἰρεῖ σφέτερον Βασιλέα
καὶ Αὐτοκράτορα.
Γεωργίου Μυζάλου τοῦ Κρητός.

Σοὺς λύρα δοξολόγους ἐλλείων μέλπεν ἐπαίνους,
Οὓς αἴσιζα σοφὴ Ἑλλὰς ἀγὸν σὲ θέλει.
Ἀλλάγε αἰνολύρου τέρψιος τυραννίδα θεσπεσίαν,
Σκηπτέχε δ' ὀπάσει σοὶ τὸ κλέος μεγάλως,
Οὕτως εἰ τρέσεις, σὸν ἔργον ἐπάξιον ἔσαι,
Ἀπόλλων δ' ἔσεαι ἐν χθονὶ Αὐτονόμος.

Græci Elogij, in quo FERDINANDVS III. Cæsar, rediuiuus Apollo prædicatur, interpretatio Latina.

Agedum persona Græca Cythara,
& olim, & modò in Regum laudibus canora,
chordas tuas pulsa elegantiæ melodiâ suauissimas;
tui ingenij vela non Æolo, sed Mineruæ dicata
pande.
Laudum tributum, vt venerationis signum, repende rediuiuo Apollini
FERDINANDO III. Cæsarum Cæsari,
quia Cæsarum Gloria;
quem si laudans canas, virtutem Solis Solem
& canis, & laudas.
Apollo amico Musarum stipatur choro;
FERDINANDVS Cæsar magnifico omnium virtutum choro,
qui inter se digladiantes ita refulgent, vt omnes
in admirationem rapiant.
Apollo in terris liber prudentiæ dicitur;
FERDINANDVS Cæsar in imperio prouidentiæ.
Apollo regnat in Olympo luminibus virginitatis conspicuo;
FERDINANDVS in Cœlo Germaniæ gloriâ nobilitatis
illustrissimo.
Apollo inter sidera Sol, quia illuminat;
FERDINANDVS inter sceptra, quia optimè regit.
Apollo in inferis sceleratos castigat;
FERDINANDVS in Imperio;
ambo Iustitiæ oculi.

Apol-

Apollo Coronis cingitur lauri,
FERDINANDVS triumphorum.
Apollo ſemper in aſpectu iuuenis,
FERDINANDVS in Innocentia,
licet in Mundo miraculum.
Apollo congruentia morbis adhibet corporibus,
FERDINANDVS animabus ægrotantium ex illis peſtibus,
quæ in Deum armantur.
Apollo dulcedine Cytharæ mulcet corda omnium.
FERDINANDVS dulcedine verborum animam,
& linguam inanimis, ac elinguibus præbentium.
Apollo manibus Cœli ſphæras adaptat;
FERDINANDVS cœleſtis ac politici Mundi diſceptantes
vel ſollicitando, vel nutu in concordiam vnit.
Apollo Sapientiæ præſes,
FERDINANDVS exercituum Dux.
Apollo fœcunda Sapientiæ ſemina humanis corporibus influit,
FERDINANDVS diuinâ ſcientiâ conſpicuus exempla
virtutis, ac vitæ
hominum mentibus præbet.
Apollo Homerorum Muſa,
FERDINANDVS fortium robur.
Apollo plurimi habetur à Dijs,
FERDINANDVS à Regibus.
Apollo hiſce clarus in Numen quaſi euaſit,
FERDINANDVS geſtorum gloria diuinum quid ſapit.
Quis igitur
non prædicabit
FERDINANDVM III Cæſarem,
rediuiuum Apollinem?
Quemadmodum mutus, quiſquis non laudat
Herculem,
ita
quiſquis non prædicat FERDINANDVM III Cæſarem,
rediuiuum Apollinem.
Age Muſa Græca,
tuam pulſa Cytharam;
FERDINANDVM Cæſarem,
quem totus terrarum Orbis in ſui oris chordis habet,
habe;
quem cùm habeas, ipſam habes virtutem,
quæ omnia ſuperat.

Epigramma Græcum in Auguſtiſsimum FERDINANDVM III CAESAREM, quem Græcia ſuum elegit Regem, & Imperatorem.

TVAS lyra Græca tuam gloriam recenſentes cecinit laudes.
Quas audiens docta Græcia te poſcit ſuum Imperatorem.
Sed age grauis Lupi Turcæ tyrannidem frange,
Et dabit tibi Regis magni honorem.
Si ita facies, te facinus dignum erit,
Et eris Apollo in terris liber.

ELOGIVM IV.

ITALIA.

SONETTO

DEL SIGNOR AGOSTINO FAVORITI.

CONTRO te s'armi pure il furor cieco,
E crollar tenti, ò ricuſar l'Impero;
Che'l brando vincitore, e'l cor guerriero,
FERNANDO, e'l Dio de le vittorie hai teco.

Ei miri te con liuid'occhio, e bieco,
Che calcando di Gloria il bel ſentiero,
Rendi à l'Aonie Dee l'onor primiero,
Mentre ſcriuon di te l'Arabo, e'l Greco.

Per te ſpiega KIRCHERO in dotti inchioſtri
Le note de i miracoli, ch'ereſſe,
La ſaggia Memfi, e'l barbaro Seſoſtri.

Vario è l'arcano de le forme impreſſe:
Mà d'vn linguaggio ſol parlan quei moſtri,
In dir, che à prò del Mondo il Ciel t'eleſſe.

ELOGIVM V.

HISPANIA.

A LA CESAREA, Y AVGVSTA MAGESTAD

DE

FERNANDO III.

EMPERADOR.

ELOGIO

De Don Franciſco de la Carrera y Santos, Academico de los Anfiſtilos, de Roma.

SONETO.

AL Principe mayor, al Soberano,
Que en repetidas glorias goça el ſuelo;
Al que apoſtando imperios con el Cielo,
Se duda entre los fueros de lo humano:

Al Eſplendor Auſtriaco, que hufano.
Le admira tanto barbaro desbelo,
Rindiendo la zerbiz, con deſconſuelo,
Al impulſo imbençible de ſu mano,

A eſte Campion, en culto reberente,
Atanaſio Chierchiero, dà la gloria,
Que fue de Egipto honor, en breue ſuma;

Porque traherla puede ſolamente
Del ſepultado oluido a la memoria,
Para tan grande Principe, tal pluma.

ELO-

ELOGIVM VI.

GALLICVM

A LA MAIESTE DE L'EMPEREVR

FERDINAND III.

Sur l'Oedippe Aegyptien.

SONET

DE PIERRE SIFFREIN GALTERII.

ROME, tu doibs beaucoup à la magnificence
De ces fameux Cesars, dont tu tiens tes beautés,
Et qui t'ont autrefois faict vaincre en raretés.
Tout le reste du monde aussy bien qu'en puissance;

Ces grands liures du Nil, dont la rare science
S'esleuant jusq'au Ciel, voloit des touts costés,
Ont estés par leurs soins dans tes murs transportés,
Faisants gemir la mer, dessous leur poids immense.

Mais ces liures n'estoient, que des liures muets;
Et toute leur science inutile à jamais
Aux plus perçants esprits eust demeuré secrete;

Si le grand FERDINAND, pour nous la reueler
Par les heureux trauaux de son docte interprete,
N'eut trouué le moyen de les faire parler.

*****

ELOGIVM VII.

LVSITANIA.

FERDINANDO III.

CAESARI.

ELOGIO PORTVGVES

A FERNANDO III. Rey de Romanos, Emperador Eleito.

Onſagraraõ os Antigos ao Sol ſeus Obeliſcos; hoje ſe dedicaõ a FERDINANDO Emperador, Sol animado. Dà luz, de exemplo aos Reys; ſombra de emparo aos Sabios. Saõ mais altas ſuas virtudes, que profundos os miſterios dos hieroglificos. Saõ mais peregrinas ſuas perfeiçoẽs, que peregrinas as figuras das Pyramides. Leuantaraõſe eſtas pera memoria; agora ſe illuſtraõ com o entendimento. Com acertada eleiçaõ offreçe hum Germano o ſentido germano deſtes enigmas ao Emperador Eleito de Romanos; que he juntamente Auguſto, e Mecenas: Auguſto pera os Vaſſallos, Mecenas pera os Sabios Varoẽs. Aquelles enriquece com a fortuna de Ceſar, aeſtes alenta com o fauor de Mecenas. Tome Carlos Quinto colunas com o Plus vltra, *deſuas armas vitorioſas. Aceite FERDINANDO III. firmiſſima coluna da Religiaõ Catholica, Obeliſcos, com o non* Plus vltra, *de ſuas diuinas virtudes; que bem correſpondem Obeliſcos, e colunas. Ia Grecia may das ſciencias por nome, e em figura de Grecio rendeo obediencia ao Imperio: agora o Egypto por miſterios e figuras, e Roma Theatro dellas. A ſombra da Ceſarea Mageſtade crece a luz da ſabiduria. Reſuſcitaõ à vida figuras mortas; Tornaõſe politicas as que eraõ mudas. Bellas as que pareciaõ monſtros. Milagres da proteçcaõ Imperial: que chega a obrar marauilhas nas meſmas marauilhas do Mundo.*

ELOGIVM VIII.

ANGLIA

IN

FERDINANDI III.

AVGVSTISSIMI

Iuxtà & Sapientiſsimi Imperatoris munificentiam, qua obſtetricante Kircherianus Oedipus poſt viginti annorum nixum feliciter editur in lucem.

ENCOMIVM ANGLICVM

Iacobi Albani Gibbeſij, Med. Doct.

NO no more, turn'd milky cow, doth ſtray,
Nor *Apis*, the black oxe, Canopian hay
Chews into oracles: *Anubis* now
Barkes North, and *Ibis* heares no Coptick vow.
Nor *Pyramids*, nor *Hieroglyphicks* haue
Or place, or prieſt in *Memphis*; *Belu's* graue
It ſelfe lyes digg'd vp, without Obeliske,
To open ayre, wherein ſome Baſiliske,
Or fowler ſerpent lurkes; which was in yore
Preſt (wondrous to behold) by many' a ſcore
Of lofty towring ſpires. So nothing ſtands
Touch to fell tyme, or ſcapes its greedy hands.
Cambyſes could doe this! *Auguſtus* yet,
Inclin'd by pitty ſau'd what he might get.
Rome shews in whole and parcels all the rubble
Of waſted *Ægypt*, giuing pleaſant trouble,
And moſt ſweet rack to witts, to know, and ſee
The mangled parent of Antiquitie.
Ægypt, mother of arts, where better might
Then here, ith' lapp of ſcience, take delight,
Gather'd in *Rome*, diſmember'd? perhaps too
Appeare farr brighter, then did euer doe.
A *Capitol*, a *Cirque*, a *Vatican*,
Mar's field, a *Pallace*, *markett Vlpian*,

The *ſacred ſtreet* with the *triumphall gate*,
The *court*, the *porche*, the *pulpit*, ſett a ſtate
Farre other, then *brick-Walls* of Babylone,
Or Niles *dry-ſhoare* bepau'd with pibbleſtone:
To Negro's miracles, who knew no better,
As vnto vs their beaſt or fowle a letter.
No longer ſhall it be ſo. For their *Sphinx*
W'haue found an OEDIPVS, doth ſolue the links
Of chayn'd myſterious emblemes, holy rites,
Cloſe riddles, obſcure ſymbols; Ægypts nightes;
Scarce hauing other darkeneſſe. KIRCHER's he,
That whylome gaue a proofe of maſterie
O're ſuch concealed wiſedome, when the *Pile*
He did expound of *Sothis*; held a vile,
And lumpish maſſe before; not vnderſtood,
Till great PAMPHILIO's order made it good.
Yea chang'd its name, and call'd it from his ovvne,
With *golden gentle Doue* reſplendent shovvne.
Thankes then to high and mighty FERDINAND
For this hidd treaſure, from whoſe noble hand
The vvorld's inricht, and eu'ry ſingle vvight
Grovvth more then Sophi, put ſo forth to light.
What marueyle? ſince he animateth ſtones
T'inſtruct our ignorance, inueſts the bones
Of dumbe Harpocrates vvith flesh againe,
To play the *truchman* in a human ſtraine.
O efficacious mouer! apes, and ovvles
Speake cathedratick language: by thee, ſovvles
Pythagoræan proue: transform'd an Aſs is
So reu'rend, I'de ſvveare it vvere Amaſſis.
To thee belongs the fame of *Triſmegiſt*,
A righter *Hermes*; th'haſt outgon the liſt
Of's *triple grandure*: or if that not pleaſe,
Ioyne Ptolemies, and ſtout Muſagetes.
This is the *vnited ſenſe* of th'Vniuerſe,
Though *differing tongues* it many vvays reherſe.

ELO-

ELOGIVM IX.

FERDINANDO III. CAESARI GERMANIAE, HVNGARIAE, BOHEMIAE REGI TRISMEGISTO.

GERMANIA.

Ehren-Lied

Dem Grosmächtigsten vnd Vnübervvindlichsten Keyser

FERDINAND DEM DRITTEN

Zu Ehren gesungen

Von G. P. H. Dicasta Norimberg.

I.

KVNST-SPIELENDE Schvvestern ernevvert den reyen,
Besinget der Kûnsten erfrevvtes gedeyen!
Die Trommel, Trompeten, Kartaunen, Muszqueten,
Die rasenden Waffen
Das buffen vnd paffen, der donnrenden Regen,
Vnd blinckrenden Degen
Nun liegen entschlaffen.
Bestimmet den Chor!
Weil FERDINAND bringet die Kûnsten hervor!

II.

Die saiten mit frevvden kunstlieblich erklingen,
Die jauchtzenden stimmen nun ringen mit singen,
Das geigen vnd pfeiffen, das schluffende schvveiffen.
Der vvûrblenden flôten,
Das schallen vnd hallen der prallenden zincken.
Das steigen vnd sincken.
Der holen Corneten
Bricht lôblich hervor.
Weil FERDINAND bringet sein Weisheit empor!

Gott

III.

Gott, vvelcher' die vvallenden Wellen beſchloſſen,
Daſz ſelbe nicht auſſer dem Vfer gefloſſen,
Der ſteuret den Kriegen, verleyhet das Siegen;
Daſs Friedens gedancken
Vom Himmel durch jrrdiſche Gôtter herrûhren.
Die Hertzen regieren,
Vnd ſonder beſchrancken
Erôffnen das Thor,
Daſz FERDINAND bringet ſein Weiſzheit empor!

IV.

Die Kûnſte begûnſtigt vom hôchſten Regenten,
Verjaget, geplaget, ſich ſelbſten nicht kennten,
Beginnen zu ſteigen: ſie vverden jhr eygen,
Die lagen darnieder;
Ervveiſen vnd preyſen, vvas vveyland verborgen,
Mit ſeltenen ſorgen.
Vnd zeigen ſich vvider
In hôheſten Flor:
Weil FERDINAND bringet ſein Weiſzheit empor!

V.

Die ſteine mit ſchvveigenden zeichen begeiſtert,
Von vvunder-dolmetſchender feder bemeiſtert,
Sich ſelbſten bekrômen, erſchallen, ertônen,
Vnd laſſen ſich hôren:
Die Weiſzheit vnd Râhtzel der Alten entdecket,
Von Todten ervvecket,
So klûgliche lehren
Vergnûgend das Ohr;
Weil FERDINANDs Weiſzheit nun blicket hervor!

VI.

Gott, vvelcher vns Teutſchen die Ruhe gegeben,
Erhalte den Stiffter des Friedens, bey leben!
Sein Name bekleibe, verevviget bleibe,
Mit guldenen zeilen
In gvvidmeten Steinen mit luſt zu leſen,
Ohn alles vervveſen!
Wir mûſſen nun eilen
Mit ſingendem Chor;
Das FERDINAND bringet die Kûnſte hervor!

ELOGIVM X.

FERDINANDO III.

Electo, & Coronato ſuo

REGI HVNGARIA.

Quemadmodum in his Aegypti Obeliſcis, Oedipo interprete ἀθανασία *immortalitate donata vetera Aegypti ſecula legit; ſic in FERD. III. tanquam in Obeliſco ſuo, ſeu Pyramide coronata, veteres Regum, & Heroicorum ſuorum temporum glorias ſe lecturam ſperat: & ſic ait:*

1. REgi Aegyptuſnak, s'ím az Oedipuſ-
Hogy kövét nézegettem; (nak
Régi Királyimnak, s'el-dölt Oſzlo-
Szép hírét emlegettem; (pimnak
2. De reád tekíntvén, ſzívem-rád függeſztvén,
Reménlve fohászkottam!
Es már nem siráſſal, de nagy óhaitáſſal,
Ottan így okoskottam:
3. Romlott-Aegyptuſnak, s'tólmács-Oedipuſ-
Irásit ím itt látom. (nak
Règi ſzépſégemnek, és dicſőſégemnek
Romláſát nem ſiratom,
4. Mert FERDINANDOMBAN, válaſzt Királyom-
Mint Királyi kő-ſzálon, (ban,
Régi Királyimnak, s'édes Fiaimnak
Szép nevét fel-találom.

5. Iſtván-

5. Istvántől, Lászlótól, Mátyás Királyomtól
Valakik most félnének
Magyar-Koronádban, Magyar Országodban
Hogy ha most ők élnének;
6. Nagy FERDINANDOMTOL, mint úji ISTVA-
Kivánom hogy féllyenek (NOMTOL,
S'az én Szent Királyim, vitéz Kapitányim
FERDINANDBAN éllyenek.
7. En vagyok Atyádnak, s'Cſáſzár-homlokod-
Szabad koronázója! (nak
Kérlek koronámnak, maroknyi hazámnak
TE légy Oltalmazója:
8. Szomszéd-ellenségem hamis békeségem
Hogy azt ne veſztegeſſe;
Hanem Oſzlopimmal, úri-Fiaimmal
Felséged épitheſſe.
9. Hallyon ellenséged, és éllyen Felséged
Szabad Magyar Országban:
Hogy ISTVAN Királynak, és koronájának
Társa légy Meny Országban.
10. Eddig è kóveknek, mint élő könyveknek,
Romlott kő-kép-íráſi.
Kő-, s'könyv-olvaſásban, és könyhullatásban
üſző pennám-síráſi!

FERDINAND CSASZAR, E KIS IRAS FELSEGEDHEZ IGY OHAIT:

Quan-

Quando Aegyptiacis ſpirantia ſecula ſaxis.
Canaque ſaxa tuis video viuentia chartis,
Oedipe; mox patrijs altùm illachrymata ruinis,
Heu mihi! dico, meos pulcherrima ſceptra coloſſos!
Sic & ego iaceo!
Ne iaceam: tu ſta, felix, Auguſte Coloſſe!
Quotquot & Ungaricis felicia nomina ſceptris
Aurea Apoſtolico fecerunt tempora Regno,
Omnia in Auguſto legat ætas noſtra coloſſo,
Dum veteriſque nouæque facis compendia famæ,
Iam raucas tergens lachrymas, atque vnicus implens
Quod ſolet aut virtus, vel fors fortuna vocari.

Ica Hung.

****** ELO-

ELOGIVM XI.

BOHEMIA.

Neymocniegſſyho a Neyneprzemozieniegſſyho

CYSARZE

FERDYNANDA

TRZETIHO

VHERSKEHO A CZESKEHO KRALE &c.

Ziádny' nelze doſti chvváliti.

1

BYt te vvſſyckni Národovve,
FERDYNANDE, chvválili,
VVſſyckni ſpolu gazykovve
Tvvau dûſtognoſt ſlavvili:

OMNES linguæ & Nationes Te FERDINANDE laudare non ſufficiunt.

2

Nemohliby z vvſſy moz'noſti
Doſt o Tobie mluvviti,
A z niziádnau vvy'mluvvnoſti
Chvváły tvvé vvypravviti.

Non ideo tamen linguam Bohemicam tot inter alias ſilere decet, & Regi ſuo honorem debitum non exhibere.

3

Zdaliz' gá vvſſak proto muſym
Do konce vmlknauti,
Slávvy tvvé ſe nepokuſym
Aſpoň zvvrchňe dotknauti?

3

Acz gá nic dle tvvé hodnoſti
Nemohu povviedieti;
Z mé vvſſak ſluſſné povvinnoſti
Nemohu téz' mlczeti.

5

Zdaliz' ſnad mezy giny'mi
Czesky' gazyk przemily',
Gazyky vvſſerozliczny'mi,
Bude ſám nezdvvorzily'?

6

Ziádny' Národu Czeské'mu
Krzivvdy te' at neczini,
Zie neczinie Krály ſvvé'mu
Vctivvoſti, zavvini,

7

Ey tehdy przeſlavvny' Kráły
VVjteg od Sluhy tvvé'ho,
VVſſech giny'ch Gazykûvv chvvály
Mieg odemnie ſame'ho.

Salue igitur

8

Tys vvſſy ctnoſti ozdobeny'
FERDNANDE neyctnoſtniegſſy
Tys *Atlas* nevvymiſsleny'
Mocnárzi neymocnieyſſy:

Omnibus virtutibus prædite,

9

Tys *Theſeus* vvz'dy chvvaleny'
Pln laskavvé' ſylnoſti,
Hercules neprzemozieny'
Pln vvtipno-vdatnoſti:

10

VV tvve' vvelké' myſli má Stánek
Poboz'noſt, Spravvedlivvoſt,
V tebe má zlaty' ſchránek
Z Sſtiedroſti Dobrotivvoſt:

11

Maudroſti tvve' ſe Svviet divvi,
Giz' to nepochopuge.
Neni nez'li závviſtivvý,
Genz' Tebe nemiluge.

12

Tys ná'ſs *Oſiris* Cy'ſarzi,
Ty gſy vvſſech Srdcy' ziádoſt,
VVſſem gednim zrzenim tvve' tvvárzi
Dûſtogne czinjſs za doſt.

Tu Orbis noſtri Sol es,

13

Oſiris od Egyptczanûvv
Miſto pravve'ho Boha,
Od tech nemaudry'ch Pohanûvv
Byl cten przes Le'ta mnoha.

quem Aegyptij Oſirin vocabant, & tanquam Deum colebant,

14

Za Boha gim Slunce bylo,
Oſiris gey zuvvjce,
Zieby vvſſe dobre' czinilo
Zle' ſe domnivvagjce.

15

Bohatſtvvjm ſvvy'm mu czinili
Czeſt Egyptſſtj Královve,
Z vvſſlym vmienjm mu ſlauz'ili
Te'z' gegich Mudrcovve.

16

Gemu ke cti ſe lámali
Hory cele' z kamene,
VVelke' Skály ſe teſali
Do proſtrzed Mieſt vvneſſene.

In cuius honorem Obeliſcos erigebant,

17

Coz' vvſſe o Slaupjch ſſpyczaty'ch
Y *Plinius* ſpyſuge,
Te'z' Mramorzjch cztyrhrannaty'ch
Spûſob doſt vkazuge.

18

Gichz'to ſſyroke' dolegſſj
A rovvne' cztyry ſtrany,
Auzſſtj ku ſſpjcy vvrchniegſſj
Se zcha'zy' z ſvvy'mi hrany:

19

Totiz' paprſslek Sluneczny'
Tak vvypodobňovvali,
Dle zdáni ſvve'ho dar vvdieczny'
Sluncy offierovvali.

20

Náſledovvnik tys pravve'ho
Slunce Spravvedlnoſti,
Námieſtek FERDNANDE geho
Gſy bez vvſſy pochybnoſti.

21

Geden Ctnoſtj tvvy'ch paprſslek
Z ſvvau neygaſniegſſly zárzi
Svvieta cele'ho okrſslek
Oſvviecuge, Cyſarzi.

22

Kacy'rzsky'ch bluduvv' temnoſti
Od mnohy'ch vvypuzugeſs,
K pravvdivve' VVjry ſvvietloſti
Blaudicy' przivvozugeſs.

23

Z obvvzlàſſtnj pak povvinnoſti
Czechovvè ten blesk vvdiecznie
Te tvvè Kràlovvskè gaſnoſti
Slavviti budau vviecznie.

24

Przjgmi tehdy Mramorovvy'ch
Tiech paprſslkuvv Sluneczných
Obrazy' z ruk *Kircherovvych*,
Za dobrodinj vvdieczny'ch.

25

BVH Tie Domu Rakauzske'mu
Chràniti vvz'dycky ſám racz:
A Smrt Národu Czeske'mu
Zàrz tvvau dlauho nezamracz.

Qui radium Solis repræſentant.

Tu FERDINANDE Solis
Iuſtitiæ *imitator & viceſgerens*

Lumine Tuo Orbem noſtrum illuſtras.
Hæreſum tenebras fugas.

Quod Bohemi præſertim experti ſunt.

Accipe igitur, donum Tibi debitum, Obeliſcos Kircherianos.

Si toto facunde voces *Caducifer* Orbe,
Linguas, Cæſaream laudando vt vincere poſsis
Virtutem: ſine laude tamen ſuperatus abibis.

MELCHIOR BALTHASSAR HANEL S. I.

ELOGIVM XII.

ILLYRIA.

ЯС ГѢЯИ

Големому, Гресѣлному, Грєслѧкному
Цѧрю, Хвєрдинѧнду Трѣтому;
повелѣвшєму толковѧти Єгѵпцкя
кѧмєнныя стѣлпы. Іяхе прєвєсѣдѣ
нзѣщи мѹдрєцъ.
Ятѧнасъ Кирхаръ.

NAPIS POHVALNI

Golemomu, Presilnomu, Preſlavnomu çaru

HVERDINANDV

TRETOMV,

Povelivzemu tolkovati Iegipskæ kamennæ ſtolpi.
Iæxe prębesjdi izuqi Mudreç
Atanàs Kirhar.

Maximo, Potentiſsimo, Glorioſiſsimo

IMPERATORI

FERDINANDO III.

Mandanti enarrari Obeliſcos.

EPIGRAMMA PROSPHONETICVM.

Auguſtiſsimo Teroptimoque Cæſari:
ILLYRIA
Vitam precatur,
Pacem gratulatur,
Victorias ominatur:
Hoc in Opere

Au-

Auguſtali munificentia
planè digno.
Cui ſimile Orbis non vidit.
Vnde & Muſa Illyrica
Prorumpit in verſus inauditos;
Carmineque Illyrico, modis
Latinis colligato,
Maieſtatem Sacram
deuota veneratur.

DVMA

Harvaçkì.

CARMEN PINDARICVM

Illyricè moderné.

Vîle, gorske knegínye,
Ke u kôlo ſaſtâv3e.
Spîvate dîvne píſni,
Nad ſtudençî biſtrîmi,
Kîmno vicnôe íme
Orpey Odrízkih dao ye Knez pevâça.
Gdi mutna, rîka Mariça,
I virovíta Strúmiça,
Sûſedski ízuír prijam3e,
Idu protîvne çíſte.
Vîle, ke iz visôçih
Drivate Ríle varhôva,
3irôka Stidçà grâda,
I xitorodna pólya,
Razmîrate ocíma.
Iſtinu mi kazuite:
Kadí su one gúſle;
Kîmi iz iâm martvackih
On ſvoiu, na ſvît bîli,
Euridíku vedî3e?
Kîmi derlyive vuke,
Divye medvìde, i ríſe,
Pokôrnē ſi tvorâ3e.
Kod vaſli ſe hrâne; il zaíſto
Bózi rāzkó3no nyímí
Svoie gudu popîvke?
Oníh, oníh ie meni
Gólemó ninye trîba:
Da ſlavim ſîlna çara;
Da ſpômnim múdra muxa;
Da pravim dîvno dílo.

NYmphæ, montanæ principes,
Quæ in chorum ſiſtentes
Concinitis geniales hymnos:
Lympidos ſupra fontes,
Queis nomen dedit æternum
Odryſiorum Orpheus princeps vatum.
Hebrus vbi amnis turbidus,
Strimonque vorticoſus,
Ortu vicine ſumpto,
Aduerſas abeunt vias.
Nymphæ, quæ ab excelſis
Frondoſæ Rhodopes iugis,
Spacioſos Sardicæ vrbis
Et frugum feraces campos
Dimetimini oculis.
Vera mihi narrate:
Vbinam Lyra illa;
Qua ex cauernis inferum,
Ille ſuam, ad lucem candidam,
Eurydicen ducebat?
Qua laniaces lupos
Feroſque vrſos, lynceſque,
Obſequioſos tenebat.
Vbiſue illa conditur; an reuera
Dij iucunde ad illam
Sua perſonant carmina?
Illa nunc, illa mihi
Eſt vehementer opus:
Vt celebrem fortem Cæſarem;
Vt memorem ſapientem virum;
Vt narrem mirum opus.

PJSAN
Staroſlovinskì.

Sîlni nebeſnjm çar opomenyen gîbom
Dîvna tvoríti ieſt poveljl cudeſa:
Kirharxe djvna mjru ſtvorj cudeſa
Iako bo Môiza xezlyem udarj skalu,
Abye xe xîvjh vôd izavríʒæ vrũtçi;
Síçe i Kîrhar skali gdj koſnù umom
Tâineæ vrũtçi mũdróſti ſæ iavíʒæ.
uxe da vmôlknut ſtrúni bogîny Parnaskjh
Spjvati drjvnjh hvalnaia djla muxey;
Vsíxe dvoivarhæ sínavi luzi gori
çârskimi glaſno da vozvonæt hvalami.
uxe i mudrjh ti Davorìy podately,
Vîl medoglasjh gizdâvi kolovode.
Skíni iz glavi tæ ſvjtonóſæ trâki,
Ixeno mnæt ſæ xârkago ſôlnça kõſi:
Ibo bezumya markluiu nôq razgónæt:
Tîxe Homîru vólhve ſuſpæti djvno
Pêtye: i væneç lôvorni pũſti lúcʒim.
Hóqet bo pravda: da iaſni ſvjta traçi
Celò caſtnôe Svjtlago çara paʒut;
Pravda kazúiet: da mudro Atanaſa
Cudnago tíme lôvorni vænec kraſit.

IAMBICVM BETTINIANVM
Sclauonicè antiquè.

FOrtiſſimus cœlico Cæſar permotus nutu
Mira patrari mandauit prodigia:
Kircherusq; mira orbi patrauit prodigia
Vt quippe virga Moiſes percußit rupem,
Protinuſq; perennium aquarum ebulliere fontes;
Sic & Kircherus cautes vt tetigit mente,
Arcanæ fontes ſapientiæ apparuere.
Iam conticeſcant dearum Parnaſſidum fides,
Celebrare priſcorum facta laudanda virum.
Omnes autem vmbroſi montis bicollis luci
Cæſareis alte reſonent præconijs
Iam & doctarum tu Iliadum dictator,
Nympharum melliſonarum ſuperbiens chorage,
Corripe a vertice iſtos luciferos radios,
Qui reputantur feruidi Solis comæ:
Quoniam ignorantiæ cæcam diſpellunt noctem;
Tuque Homere vates contine mirandum
Carmen: & coronam laureã linque melioribus,
Vult quippe Themis: vt ſereni lucis radij
Frontem colendam Auguſti Cæſaris cingant;
Dictatq; æquum: vt doctum Athanaſij
Mirandi verticem, laureum ſertum ornet.

DAVORIJA
Sarbski.

KLíknite mi sîlna çara míla bratyo,
i druxíno:
Nacnì More Davoríju; ili qu iu ia za
pêti.
Krĩpoſt mi va ſvakom muxu hvãlẽ y'vri-
dna i poʒtênya;
A iz çarskih ona parsî kot daníça lîpo
blîska.
Kîm te ímam slavni Kralyu pêti glaſom,
il beſidom?
Tî, za mũdroſt dati ʒqedro mílovao nĩſi
zlata:
Vrĩdno tî y' iz obla zlata klaſt'obraze, i
ſtobore.

EPOS HEROICVM
Modi & ſtyli Sarbiaci.

INſonate fortem Cæſarem cari fratres, & ſa-
dales:
Incipe commilito heroicum; aut id ego inſo-
nabo.
Virtus quidem in omni viro laude eſt digna, &
honore;
At ex regio illa pectore ceu phoſphorus pulcre
fulget.
Qua te debeo glorioſe Cæſar canere voce, aut
ſermone?
Tu pro ſapientia copioſe dando non pepercißi
auro:
Æquum tibi ex ſolido auro poni ſtatuas, & co-
lumnas.

DAVORIJA
Latinski.

Nî ceſtiti çaru, tvîm dîkam bîlo dovôlyno,
Cà ſe neizbroinih glaſom proſlavlyaʒe lyudî
Tva krîpoſt: iur i tvardo zvonî tva íme-na skalye,
I ſtudene ſtîne daiu mūdroſti ſloveſa.
Kîh, pokoli lítnih dvî tíſuqa Sunçe okrugov
Obtece, víklaſti mūdraç nemogaʒe iedîni;
Sam Atanâs ova cudá tvorî: ſam pameti sílom
Iskre nāvukov iz kamena kreʒe bogato,
Na perutîh, hvālē çarovo pako íme vîsôko
Prik gôr, i priko môra letî, i nebeſa dosíxe,
Iur moa kobza mucî: ali hôt nevſtane xelíti,
Ceſtíto mnoga líta çvati, ſlovì, íme golemo,
Vikuy, premagay, vladay, bud ſtraʒno protîvnim.

EPOS HEROICVM
Modi Latini.

NOn erat, o felix Cæſar, tuis glorijs ſatis,
Quod innumerorum vocibus prædicabatur populorum
Tua virtus: iam & dura ſonant tua nomina ſaxa,
Et gelidæ cautes edunt ſapientiæ verba.
Quæ, ex quo duo millia annuorum Sol circuituum
Percurrit, ſapientum nullus valuit explanare;
Solus Athanaſius hæc miranda facit: ſolus ingenij vi
Scintillas doctrinarum ex lapide excutit copioſe.
At Cæſareum, ſuper alas laudis, nomen ſublime
Trans montes, trans maria volat, & ſidera tangit.
Iamque mea cithara ſileſcit: animus vero vouere non deſinet:
Perfauſte multos annos flore, clareſce, nomen ingens,
Perenna, triumpha, regna, inimicis eſto tremendum,

Georgius Criſanius accinuit.

EIVSDEM

AD TVRCOS
Allocutio Turcica pro huius libri lectione.

Bu dunjadè dogurlikten ey maldarlùk joktur,
Allàh tala adamlarà jalnæz onì uerùr.
Brè ſiz jārer Otmantilèr acinæz gjozlerì:
Ve bakænæz bu kitābde akildar ſozlerì.
Bundà vardur hak Tangriden hep tamam bilmeklik:
Her kim bunì okúriſa, onún dur dogurlik.

IN hoc Mundo præ veritate melior theſaurus non eſt,
Deus bonus hominibus illum ſolus largitur.
Heus vos martiales Otmanidæ aperite oculos:
Et diſpicite in hoc libro ſapientia verba.
Hic adeſt de vero Deo ſincera notitia:
Quiſquis hunc librum perlegerit, is veritatem tenebit.

ELO-

ELOGIVM XIII.

HEBRAICVM:

Ioannis Baptiſtæ Ionæ ex Sapheta Galileæ, in Romano Athenæo Hebraicæ Linguæ Profeſſoris.

ארברה נא
למלך המהולל במעשיו המפואר בחכמתו
המרומם במלכותו האדיר האדירים
מלך המלכים
פירדינאנרום השלישי קיסר
הרומיים:

REGI

Glorioſo in operibus ſuis, ſplendido in Sapientia ſua, excelſo in Regno ſuo, maximorum maximo, Regi Romanorum Auguſto,

FERDINANDO III.

CAESARI.

זמר
על פירדינאנרום קיסר ומלך הרומיים:

מלך בבל על שחלם: בדברי דת המשיח:
המשילו הנביא לעוף: כנשר ברום פורח:
מלא הנוצה מורקמת: כאור החמא זורח:
על אחח כמה הקיסר: פירדנאנדו המזריח:
ולכל העולם מיישר: לדת ישוע המשיח:
שהוא יהיה כנשר: ויעלה גלגל ירח:
יביט אוביו למרחוק: לחפילם אוא יצריח:
ימים על המלך יוסיף: ושלום עד בלי ירח:

Alludit in hoc octaſtycho Poëta Hebræus breuiter, at ingeniosè, ad Aquilam, quam Ezechiël Propheta olim vidit c. 17. eiuſque virtutes & operationes FERDINANDO Cæſari adaptat.

✠✠✠✠✠✠✠

ELO-

ELOGIVM · XIV ·

SYRIA

Interpretatio Latina:

FERDINANDO III.

CAESARI.

SVRGE calame, & illius Aquilæ quæ ſurſum volat,
Et duobus capitibus duorum Imperiorum typos gerit,
Virtutes coloribus elegantibus ſcribe, pinge, triumphos celebra,
Et ſacrificia & holocauſta perfecta inter Syros ipſi macta.
Calamus imbecillis ex ala anſeris quomodo volem
Ad illum locum, ad quem vix peruenit magnus Iuppiter?
Præſertim in ea manu quam ipſe cognoſcis; & ad quem confugiam?
Propterea paruulus ſum ab eius encomio omnibus modis & formis.
Deſcende igitur, & inferiores eius (virtutes) lauda,
Et vota tua ſolue inter Syros, nè reprehendaris:
Neque hæc Ægyptius mihi permittit Oedipus,
Quoniam omnia hæc miro modo ordinauit & figurauit.
Hunc igitur ego & tu calame audemus,
Vt in eius laudatore coronam encomiorum illi offeramus,
Et vnico verbo perſtringamus noſtrum argumentum, audentes
Illum cognominare Ægyptiacè *Zaphnatfanehh*.

Abrahamus Ecchellenſis accinuit.

ELOGIVM XV.

ARABIA.

افردندوس قيصر الثالثي ☼

FERDINANDO III. CAESARI.

بك انتشر دين الحق في حلل النصر ☼ وردت على اعقابها ملة الكفر
تدين لك الاملاك بالكسرة والرضا ☼ وتخدمك العباد بالنهي والامر
فيا ملكا ضاهي الملايك رفعة ☼ ففي الملا الاعلى له اطيب الذكر
ليهنك ما اعطاك ربك انها ☼ مواقف هن العز في موقف الحشر
فلو لم تقم في الله حق قيامة ☼ لما انتصر الدين ذا النصر
فيا ملكا عم البسيطة نكره ☼ يرجي ويخشي عنده النفع والضر
وانسيت املاك الزمان الذي خلا ☼ فلا قدرة منهم تعد ولا قدر
راي لك عزا لم يكن مثله ☼ وبعد ضيا الشمس لا يذكر الفجر
فامثالك يقصر عنها قيصر ☼ ومن كان مثله من الملوك واكبر
لعمري مديحك في كل هدا فايق ☼ بل في انتصار الدين لك اعظم الفخر
فذكرك في البرير زاهرا ☼ تلمغي به سكان البر والبحر
لكن اليوم اتناسيوس ☼ نقشه حتي في صوان اهرام مصـــــــــر

Interpretatio.

TE Auctore propagata est vera religio victoriosis vexillis;
Et terga profligata vertit secta infidelis;
Tuis obtemperant mandatis volentes nolentes Principes;
Ac tibi imperanti & prohibenti seruiunt mortales.
O Imperator, qui cœlestibus comparare Angelis!
In eorum quoque gremio optimus tibi præparatur thronus.
Felix faustumque cedat Imperium quod tibi concessit Deus,
Ac pro meritis TVAE Maiestati aliud felicius elargiatur.
Nam nisi strenuè pro Deo certasses,
Nequaquam ita victoriosa Christiana stetisset religio.
O Imperator, cuius fama totum terrarum occupat Orbem!
Sperat vnusquisque à te remunerationem, & mulctam timet.
Iam obliuioni sunt dati præteriti temporis Imperatores,
Nec eorum potentiæ ratio ampliùs habenda est, neque maiestatis:
Is enim tibi adest maiestatis splendor,

Vt

Vt poſt Solis lucem nihili ducatur aurora.
A tua comparatione longiſſimè prorſus ipſe abeſt Cæſar,
Et ſi qui ſimiles illi fuerunt Imperatores, & multò adhuc maiores.
In his omnibus profectò valde tua excellunt encomia;
At in religione tuenda præcipuum tuæ gloriæ ſiſtis momentum:
Atque hinc tua per Orbem terrarum geſta ſplendent,
Quæ terræ mariſque incolis celebrandis encomia præbent.
Sed vnus hæc omnia hodie Oedipus in ſilicibus pyramidum Aegypti celauit.

Abrahamus Ecchellenſis Syriacæ & Arabicæ linguæ Profeſſor.

His agitat Mundum magnus FERDINANDVS Ideis.



ELO

ELOGIVM XVI.

SYRIA.

לאפי זהיא וכיא
פרדינגרוס תליתיא קסר דרומי
ורחמא מהירא דנזירותא ויולפנא
מאמרא יעקוביא:

Glorioſiſſimo, Inuictiſſimoque

FERDINANDO III.

CAESARI,

Religionis, Literatorumque Refugio.

Acroſtychis Syriaca.

לפרדינגרוס קסר דרומי:

לעל מן עימא וגיגלא דרומא שבילה מדלל
פציחא נשרא דתאגו מריא בשולטן כלל
רחמה לרומא דעלמא רומא מתום לא נתלל
דשני שופרח: אפלא לזוחח בזועא נגלל
ידעי מצרין ספרי פרס כמוצח דלל
נסב נכסיהון ונישא דשנהון לנפשה דלל
נשרא דעלוחי חד מן נביא קדם מלל
דושה בעוזא מתרץ לארזא דלבנן מטלל
ובנקש טוסה ופאיות חזוה סקיל ומשכלל
סלק טור לבנן ונתף מורון דקיסח מצלל
קטפה ללבא ולאפי מערבא טוסה קלל
סמח בארעא וטב מן זרעא כרמא עלל
רמרם סוכוחי וחכן פאריחי בשל חלל
דכלהון טוחמא למטלח דבסמא זמן אילל
ראזא דמרון במורון ארזא נביא טלל
ופרדינגרוס הא בנשרה לחון מברק מחלל
מריא נרימה ועממא לשמעח כלחון נזלל
יתיר נרמרמה על חרסים ועמא דלל

In-

Interpretatio Latina Elogij Syriaci versu Iacobitico.

SVPER Nubes, orbesque sublimes exorabilem suam dirigit semitam
Hilaris Aquila; cuius sertum Imperio Dominus coronauit.
Celsitudinem adamauit, nè mundus obscænus humectaret
Dona pulchritudinis eius; neuè suis eum fluctibus iactaret. Ostentat
Ægyptiorum notas, Persarumque Codices suo imminuit exhausto;
Illorum desumpsit diuitias, sibiq; illorum summi honoris finem attribuit.
Aquila, de qua vnus Prophetarum vaticinatus est,
Suam impetu dirigit viam ad Cedrum, quæ Libanum inumbrat,
Pennarumque ictu, & aspectûs fucati, elegantisque candore
Libani montem ascendit, eiusque defæcati opobalsamum ligni detraxit.
Collegit medullam, volatumque suum ad Occidentis plagas subleuans
Illam terræ indidit, vineam feliciori semine executa.
Exaltauit germina, ampliùsque poma decoxit, ac tersit;
Vt omnes ad iucundam ipsius vmbram nationes inuitauerit, ac vocauerit.
Ecclesiæ exaltationem in electa Occidentis plaga obumbrauit Vates,
Nostroque seculo reuelauit, commendauitque suâ fideli Aquilâ Cæsar,
Hunc Dominus extollat, omnesque ad illius obedientiam populos inuitet,
Insuper exaltet super hæreses, populumque dementem.

Stephanus Aldohensis Edenensis Maronita.

Sic agitat molem, & magno se corpore miscet.



ELO-

ELOGIVM XVII.

ARABICVM.

FERDINANDO III.

CAESARI,

REGI TER MAXIMO,

Potentiſsimo, Glorioſiſsimo, Iuſto, Pio, Felici,

Concinnatum

A P. Philippo Guadagnolo Clerico Minori, & in Athenæo Romano Linguæ Arabicæ Profeſſore Pontificio.

التقوي عمود للممالك لا يرشد غيره الذي ما رشد بنفسه ان فردندوس الثالث السلطان العظيم اظهر هذا بقضيب الملك وبخشبة المصلوب التي غـــلى راسه في الاكليل حتي ان يصير تدبير ملكوته بخشبة الخلاص اكثر من ان يكون بقضيب الملوك ✡ التقوي اذ كان متحدة لقضايب الملوك فهى حكمة بالحق وبها ملك الملوك ثابت والممالك سالمة بقوتها لانه الملك ليس بممكن ان يدوم دايما ان لم يكن اساس اصله بعبادة الله ✡ فهاهوذا السلطان العظيم فردندوس الثالث انه فعل كذلك فعلا كاملا والعالم هو شاهد بهذا كله اذها الحكمة ليست بمحكمة لو لم تكن متاسسة بالتقوي وبمخافة الله وليست بغير العلم فلهذا هو اشتغل نفسه دايما بالحكمة مع العلم حتي يحصل له كمال جميع الخيرات وكان نصرا لحكمة والعلم حتي يمتلى منهما الدنيا من اجل انه قد تحقق عنده القول مثلا ان كثرة الحكما هي شفا العالم وقوام الممالك الحقيقي الوحدني وليس بغيره ✡ فبهذا بقوته خرج هذا الكتاب خارخا عملا عجيبا كرامة لك ايها قيصر السلطان العظيم لك زيادة في الحكمة واما الملوك غيرك تحضيضا لهم منك على ان ينصروا نصرا للعلوم والعلما وللحكمة والحكـــــــ

ELOGIVM XVIII.

CHALDAEA.

In Lingua Chaldaica Thargumica.

Doctoris Ioannis Baptistæ Ionæ de Sapheta Galilæi, in Athenæo Romano Linguæ Hebraicæ & Chaldaicæ Professoris Pontificij.

חינא וחסרא למלכא רבא כמוהו לא ימצא בארעא
למלכא מלכיא
פירדינאנדו תליתי קיסר׃

Gratia Regi magno, cui in terra similis non reperitur,
dominatori dominatorum,

FERDINANDO III.

CAESARI,

ואנא בר חוית תושבחתא דספרא דא ולמן דאיתאמר
עליה אריכית שירי דא ואומר׃

מן יתיב על כורסין׃ דשלטין בארעא׃
שמא אחשוירוש׃ דשלט על ארעא׃
בעשרין ושבע׃ מדינין ומאה׃
לא דכל הכמתא׃ ביה לא איתחזאה׃
ברם פירדינאנדו׃ תליתי דמנדעא׃
וחכמתא איתּ ביהּ׃ ישלוט בכל ארעא׃
כשלמה מלכא׃ בכורסי אלהא׃
בסגיאת חכמתא׃ דיהב ליהּ עילאה׃

Interpretatio.

ALLVDIT in hoc octastycho Chaldaico ad Thronum Salomonis: qui, vti Rabbini memorant, cùm inter alia spolia ad Regem Assuerum fuisset delatus, Rex tanti operis reuerentia motus, nec eum ipse insidere vnquam, nec alium quempiam insidere voluit, nisi talis forsan se offerret, qui virtute & Sapientia Salomonem adæquaret. Et hunc ait esse FERDINANDVM III. Cæsarem, qui vti sapientia, gloria, & virtutum sublimitate, omnibus supereminet, ita meritò solus veluti alter & rediuiuus Salomon, Throno illo dignus est.

✠✠✠✠✠✠✠✠

ELOGIVM XIX.

ARMENIA.

ՖԷՐԴԻՆԱՆԴՈՍԻԷՐՈՐԴԻ

ազգատոհիաւռ կայսերի: Հրդւա

րոյն ամծաւերիմէծահպր

ԱՔՔայի.

FERDINANDO III.

CAESARI,

REGVM MAXIMO.

Kanſi FERDINANDVS uou ail inu Zaniah Skaieſerakan pachtutiunn, kan ſuars aſtuazain arrakinunn, uaſnoro iuiera hauidicnakan hauatu haſtatutian ſatorr haſtatiac. Kanſi ſiroh ierknanorac ſziranis uârriac, shachtutian niſcian acciun ſorutian iuru gauaſanah arzanazoc: ſcapirakam hamperutiunn choragidutian iuro ind tagi ogoſtaparr miezutian ierrial huſiac: Kanſi orpies ierkat i anunn iur, ſcaragri, nuinpes paizarraguin oski i arrakini uars iur artapaili: Sapſtambs nuacciac, shinaſantials azatakan zochutiamp karrauare: Ieh ierkatieken hachtokih ſierkatieken kians hoſiac, ieh patuakan uaruk oski tipiac: Kanſi Jamienain ogoſtaparr arrakinutium binun haſtatiac: Naicus kamiczoh ſinkni ogoſtaparr nuezutianſi kirtiel i uars aſtuazapaſctutiann: Vaſnoro aſtuazapaſctutiunn iur ind ail ſorutiuns ſinkn uieraze i hierkins arr aſtuaz, i hauitzenakan ieranutiann miſct hachtieloze: arr asks markan uoccierpiek merranieloc i pari hampaht iur:

INTERPRETATIO.

QVONIAM FERDINANDVS Cæſaream fortunam nil aliud eſſe fatetur, quàm diuinæ diſpoſitionis virtutem; id eò ſupra æternam fidei confirmationem ſedem ſuam fundauit. Et quia amore cœleſtium purpureum ornauit paludamentum, ideo victrici dextræ, virtutiſque ſuæ ſceptro adamantinam connexult patientiam; & auream ſuam prudentiam veluti rutilantem Carbunculum in Auguſtæ magnitudinis coronã inſeruit. Sicuti enim ferrum in nomine eius exprimitur; ita illud virtutum omnium magiſterio in ſplendidiſsimum conuertit aurum. Dum rebelles debellauit, quid aliud fecit, quàm quòd aureâ victoriâ ferream hoſtium virtutem proſtrauit? Aureus itaque FERDINANDVS Cæſar, quia aurea mens, aureo virtutum theſauro omnium in ſe oculos, menteſque etiam ferreas conuertit. Hac itaque aurea virtutum catena & nos Armeni attracti pedibus Maieſtatis Tuæ prouoluti, tributum laudis debitum pendere voluimus, orantes Deum, vt Auguſta Maieſtas, quæ mentis conformitate diuino ſeſe ſemper ſubijcit imperio, poſt hanc vitam æternæ felicitatis Imperio fruatur in cœlis, quæ virtutum ſplendore, & terreni Imperij magnificentia tantopere fulget in terris.

Zacharias Agam Nachaiuanenſis ad radices montis Ararat, Sacerdos Armenus.

ELO-

ELOGIVM XX.

PERSIA
FERDINANDI III.
CAESARIS
HONORI CONSECRAT.

عروس فکر من ازپی جمالی سربر نیارد ودیدہ یاس ازبشت پای خجالت
برندارد ۞ ودر زمرہ صاحب جمالان متجلی نشود مگر انکہ کہ متجلی کردہ
بزیور قبول ہردینندوس قیصر امیرکبیر ۞ انکہ شود بحقیقۃ کہ بسندیدہ امد در
بارگاہ شاہ جہان بناہ سایہ کردکار وبرتو لطوبرورد کار نخر زمان کھو الایمان
المویدمن الاسما عضد الدولۃ القاہرۃ سراج الملۃ الباہرہ جمال الانام مفخور امیر
کبیر عالم عادل موید مظفر علی الاعدا ظہیر سریر سلطنت مشیر تدبیر
مملکت کھو الفقرا ملاذ الغربا مربی الفضلا محب الاتقیا افتخار ال الامنیہ
یمین الملک ملک الخواص فخر الدولۃ عمدۃ الملوک والسلاطین ۞ اطال اللہ عمرہ
واجل قدرہ وشرح صدرہ وضاعو اجرہ کہ ممدوح اکابر افاقست ومکارم
اخلاق ۞ اطاناسیوس کیرکر ۞

Interpretatio.

ECCE Cæsar, sponsa meditationis meæ Liber hic caput suum, ob deformitatem, non effert. Neque vultum spe omni egenum tollit, ob verecundiam in pedis superficiem defixum. Neque in pulchrorum agmine formam & splendorem ostentare potest, nisi tunc temporis, cùm amplexus ornamento eam exornârit Cæsar FERDINANDVS. Tum autem verè perfectus erit, cùm gratus acceptusque visus fuerit in Aula Regis Magni, qui in hoc Orbe mortalium est refugium, Conditoris vmbra, beneuolentiæ diuinæ splendor & radius, temporis annona & sustentamentum, religionis refugium, cœlitùs firmatus, victricis potentiæ lacertus, gentis illustris lumen, hominum pulchritudo, Christianæ Religionis delicium, Princeps magnus, sapiens, iustus, hostium victor, solij Regij columen, Dux administrandi Regni prudentissimus, pauperum refugium, peregrinorum portus, sustentator æstimatorque Literatorum, piorum amator, fiducia Regum & Principum. Deus vitam illius proroget, potentiam eius extollat, animum illustret, & præmia vitæ æternæ illi geminet. Est enim per totum terrarum Orbem maximorum laudatissimus, virtutum omnium, morumque compendium.

Author.

ELOGIVM XXI.

Lingua & Charactere Samaritano,



IMMORTALI

FERDINANDI III.

CAESARIS

Honori dicat Oedipus.



Interpretatio.

AQVILAM fers FERDINANDE Cæsar, & quidem bicipitem, animo & insignibus suis Imperiali Maiestate fulgentibus. Aquila siquidem biceps es, quia radijs intellectus Tui Orientem & Occidentem complecteris Solem. Imperatorem & Cæsarem quatuor oculis instructum esse oportet, vt vno Boream, altero Austrum, reliquis duobus Orientem & Occidentem respiciat; atq; adeo animo suo totum complectatur Vniuersum. Magno alarum remigio gaudes, quæ est Sapientiæ Tuæ virtus, qua vel ipsos cœlos penetras. Potentiæ Tuæ fortitudine & robore terræ marique dominaris, solus in politico Mundo maximus. Leonem fers, quia Tibi cœlestis quædam efficacia est, soli à Deo concessa Cæsari, qua omnia Tuæ subdas potestati. Columbam refers, & quidem sine felle, quò cœlestis mansuetudinis dulcedine omnes in Tui amorem conuertas. Solem refers, quia prouidentiæ Tuæ radijs vniuersi politici mundi finibus influis. Anubis es, quia sagacitate magnæ animæ Tuæ omnia indagas; omnes scientias & artes ingenij Tui vastitate complecteris. Cùm itaque hoc virtutum complexu adorneris, meritò Tibi Obelisci statuuntur, quorum apex non nisi cœlum contingit.

ELO-

ELOGIVM XXII.

Veteri lingua Aegyptiaca siue

COPTA

AEGYPTVS

FERDINANDO III.

CAESARI

ERIGIT,

Et eidem dedicat Oedipus.

Ⲥⲁⲗⲱⲙⲱⲛ ⲁⲩⲉⲥⲁⲍⲓ ⲥⲉⲛⲛⲓⲕⲟⲥⲙⲓⲕⲟⲥ ⲙⲛⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗⲍⲉⲛ ⲛⲓⲁⲥⲧⲣⲁ ⲙⲛⲧⲉ ⲉⲧⲕⲱⲧ ⲛⲉ ⲡⲓⲡⲛⲁⲣⲟⲥ ⲥⲟⲩⲱⲙ ⲛⲓⲃⲓⲛ ⲛⲓⲥⲱⲙⲁ ⲙⲛⲧⲉⲕⲧⲓⲕⲓⲕⲓⲥ ⲉⲃⲟⲗⲍⲉⲛ ⲛⲓⲃⲏⲣⲓⲟⲛ ⲁⲩⲉⲥⲁⲍⲓ ⲉⲃⲟⲗⲍⲉⲛ ⲛⲓⲱⲩⲱⲙ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲥⲉⲛⲛⲓⲱⲉⲛⲥⲓⲕⲓ ⲙⲛⲧⲉⲗⲓⲃⲁⲛⲟⲥ ⲫⲁ ⲡⲣⲏ ⲥⲁⲥⲟⲡⲱⲛ ⲁⲩⲧⲱⲙⲛ ⲫⲧ ⲧⲟⲩⲟⲟⲩ ⲛⲉⲧⲉⲣⲟⲛ ⲥⲁⲗⲟⲙⲱⲛ ⲙⲃⲉⲣⲁⲓⲛⲁⲛⲁⲍⲟⲥ ⲛⲁⲓⲁ ⲧⲣⲟⲭⲟⲥ Ⲓ ⲛⲓⲁⲓⲁⲧⲣⲟⲭⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉⲙⲕⲁⲧ ⲫⲏ ⲫⲛⲉⲧⲉⲣⲥⲱⲃ ⲛⲓ ⲡⲟⲗⲓⲧⲉⲩⲧⲏⲥ ⲛⲓⲕⲁⲁⲉⲛⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲥⲡⲉⲥⲓⲟⲥ ⲛⲓⲥⲧⲉⲫⲁⲛⲓⲥ ⲛⲓⲁⲣⲱ ⲛⲓⲃⲉⲧⲏⲥ ⲛⲓⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ ⲛⲓⲉⲉⲉⲗⲓⲧⲟⲥ ⲁⲩⲧⲏⲓⲟⲩ ⲫⲧ ⲛⲓⲅⲉⲛⲟⲥ ⲙⲧⲉⲛⲓ ⲗⲁⲥ ⲁⲩⲧⲏⲓⲟⲩ ⲛⲓⲉⲉⲓ ⲛⲉⲙ ⲫⲓⲥⲓⲟⲗⲟⲅⲓⲁ ⲛⲉⲙ ⲥⲉⲛⲫⲉⲉⲉⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲉⲛⲓⲅⲙⲁ ⲛⲉⲙ ⲥⲩⲛⲟⲃⲉⲥⲓⲥ ⲁⲩⲧⲏⲓⲟⲩ ⲫⲧ ⲛⲓⲉⲉⲓ ⲙⲧⲉⲃⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲥⲁⲗⲁⲧ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲧⲉⲫⲧ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲗⲁⲁⲩ ⲛⲓⲁⲍⲓⲟⲥ ⲡⲉ ⲛⲓⲥⲧⲁⲩⲗⲏ ⲙⲙⲟⲩ ⲛⲓⲁⲍⲓⲟⲥ ⲙⲧⲉ ⲟⲃⲉⲗⲓⲥⲕⲟⲥ ⲙⲧⲉⲁⲃⲁⲛⲁⲥⲓⲁ

Interpretatio.

SALOMON *locutus fertur sapienter de totius Mundi mysterijs, cælorum opificio, & natura rerum; Animalium naturam & proprietates argutè penetrauit; de herbis, fructibus, floribus disputauit prudenter, à Cedro quæ est in Libano, vsque ad Hyssopum quæ egreditur de pariete. Diuina prouidentia alium nobis hoc tempore Salomonem dedit. An non hic FERDINANDVS III. Imperator, virtute, sapientiâ, & potentiâ coronata Maiestas? Quis linguas & scientias, quas possidet, linguâ satis explanet? quid in naturalium rerum notitia illum latet? Politices cognitionem penitissimam Mundus miratur, cuius vel nutu leges conduntur, verba ipsa oracula sunt. Numinibus olim Obelisci erigebantur. Quid ni & hunc laudis Obeliscum FERDINANDO III. Cæsari veluti terreno cuidam Numini consecrabimus? Consecretur itaq; Cæsari diuinitatis vmbræ, ad nominis immortalitatem.*

ELO-

ELOGIVM XXIII.

AE THIOPIA,

ንጉሠ:ነገሥት:ወሰላዑሰ:ላዕሰ:ላዖሰች:

ፈርዲናንዶስ:ቄሰር::

Regi ſummo, Celſorum Celſiſſimo, Dominatori

FERDINANDO III.

CAESARI.

አጥቀ:ልዑል:ሠላያል:ንጉሠ:ነገሥት:ፈርዲናንዶስ:ቄሳር::ናሁ:

ሞጻእነ:ለወድሶ:ታይላቲነ:እንዘ:ንሲ ምህሮ:አብረሔኪክ:ከቡሬት:ቦኣዖ-ጌ:ሰላ ም:

መንፈሰዊ:ንሕነ:ካህናቲ:ኢትዮጵያ:እሰ:ህለውነ:በሮምያ:ሶበ:ሰማዕነ:ካዘወ:

ያነንክረ:ኪሳዕሙ:በእንቲ:ጥበ ብንክ:መንክረ ዊት:ዘዘዚ:ትስሕት:ልበ:እሰዕሙ:

ሕዝቡ:እሰ:ይነብሩ:አጽ ናፍ:ሃ ድር:: ከነ ዘመ:ሰሎሞ ን:ሳሐ ቦ:በመንክረ ት:

ጥበቡ:ለንግ ሥትነ:ዘሳ ቦ:: በእማን:አንበሰ:ትያ ኽህት:አንቲስ:ቲወለድ ክ:

ከመ:ታ ንሥአ:ለጽንቲ:ጥበ ት:ሰሎ ሞን:

Interpretatio.

ECce, potentiſſime, & excelſe Imperator FERDINANDE Cæſar, nos Aethiopiæ Sacerdotes, qui Romæ ſumus, ad virtutum Tuarum laudes accedimus, genua Tua veneranda deoſcuando, oſculo pacis ſpiritualis. Siquidem audiuimus, quomodo admirantur omnes mirabilem Tuam Sapientiam, qua omnium hominum attrahis corda; quemadmodum Salomon admirabili ſua Sapientia attraxit Reginam noſtram Saba. Verè, ſine vlla adulatione, tu natus es vt ipſam Salomonis ſapientiam reſuſcites. Ille quidem in lecto adeptus eſt eam; Tu verò in labore, & ſudore, ac magna ſolicitudine. Idemque populum ſuum ſemper rexit in pace; Tu ſanè in medio tantorum bellorum, hoſtiumque poſitus, gubernaculum Tuum tam prudenter agis, ob ſingularem virtutem, tibi cœlitùs inſitam, vt virga Tua Imperiali omnes ponas aduerſarios Tuos ſub ſcabellum pedum Tuorum; Sapientia autem Tua illis, qui veram fidei veritatem ignorant, viam monſtres. Quocirca, vt ſimul Tu, cum omnibus populis Tuis, in cœlo, & in terra lucrum facias, atque pace, & incolumitate quàm diutiſsimè viuas, Deum humiliter deprecamur. Amen.

Ego Electus Epiſcopus Calliopolenſis Antonius d'Andrade, natus in Aethiopia Oppido Tacuſſa, è Luſitania oriundus, qui hæc ſcripſi, & ex Idiomate Aethiopico in Latinum tranſtuli, m.p.

ELO-

ELOGIVM XXIV.

Lingua hieroglyphica Brachmanum.

IMMORTALITATI
FERDINANDI III.
CAESARIS

Ab Authore concinnatum.

DD.

INDIA.

Imperator (FERD. III. Cæsar)


trium Regnorum

Princeps;


Libertatis

tutator & defensor;


Seruator


fidei, &


religionis;


Reparator

felicitatis;

Defensor

Innocentum;

Propugnator

dissidiorum;

Regula.

Iustitiæ;

Restitutor


pacis;


Consiliorum.


iuris diuini &


humani


executor;


Doctrinæ,

Scientiæ,

rectitudinis vitæ,


bonorumque operum


cultûs

exemplar;

Sapientiæ.


humanæ


compendium;


Amor omnium.

ELO-

以作施賜之谷來威。臣念
耶穌今日又需。
聖化。節係
欽惟
天主祈懇。
聖寵並 國家萬萬歲壽。既享
天朝恩。樂土太平之福。臣罪蟻螻報效
之誠。元日多簽中建華立文豐碑。須
耶穌今日卜彌格爾
元吉矣。

Finis lectionis Sinicæ, quæ peragitur perpendiculari literarum ordine à dextra inchoando.

ELOGIVM XXV.

CHINA.

FERDINANDO III.

IMPERATORI SEMPER AVGVSTO.

A R. P. Michaële Boym Soc. IESV occasione Oedipi Ægyptiaci Sinicâ linguâ erectus Colossus.

尼日多篆開意碑記
尼日多國碑篆字。古今人 無解可者。
聖音順意。蒙恩給賜。廩餼。古而幸敢著述也。
福爾提安督皇帝大名。世世稱先曰不極。尼日
多白王王故聲頓石在砫。篆文字人十年所不通。
羅瑪古小詔譜貢知意耳。
天子大德。萬方萬姓生灵
朝德合天地。開貨生殊。物次貝美利。統極武蕭
四海。止沸定塵。六合遝平。百蠻取則道。仁

++++++++++

AEGYPTIACI OEDIPI COLOSSVS.

ÆGyptij Regni monumentorum ſymbolicos characteres, quos tam ex antiquis, quàm modernis, nec vnus homo valuit explicare, Auguſtiſſimæ voluntatis obſecutus mandato, receptis beneficijs & liberaliſſimis impenſis, Magiſter Kicherus felici auſu aggreſſus, explicuit, explanauitque. FERDINANDI Auguſtiſſimi Imperatoris magnum nomen futura ſæcula infinita deprædicabunt. Ægyptiorum Regum fama in rudium impolitorumque lapidum erit Coloſſis; ſymbolicas figuras homines mille annis quas ignorabant, Romana iam Vrbs legit, & intelligit. Auguſtiſſimi Imperatoris heroica facta vniuerſi Orbis populi æternùm in codicibus conſeruabunt, ſuſpicient, reuerebunturque. Auguſta Maieſtas virtutibus cœlum terris vniuit, reſerauit beneficijs ſalutis opera, & rebus eſt auxiliatus pulcherrimo incremento; conciliauit polos Mundi robore inuicto, compoſuit quatuor maria, ſtitit furentium bellorum pulueres; Vniuerſo pacem reſtituit; Centum barbaris dedit leges & præcepta; Pietati Liberalitatem, & Clementiam coniunxit Maieſtati. Perpendens ego Societatem IESV ſub vmbra Auguſtiſſimæ Maieſtatis commorari, & connumerari inter populos qui ſequuntur Cæſareum currum, die noctuq; ſollicitus cum reuerentia incendo odores Cœlorum Domino, ſupplicando medullitùs, vt Auguſtiſſimæ Maieſtatis perſonam vnà cum Imperij Domo in decem millenos annos conſeruet longæuam. Quia verò fruimur Auguſtiſſimæ Maieſtatis plurimis beneficijs, & gaudet terra pacis felicitate; ego tenuiſſimæ formicæ inſtar in animi grati ſignificationem Ægyptios inter explicatos Coloſſos, erigo Sinicâ linguâ hoc florentiſſimum monumentum, præconium perennis felicitatis

E Societate IESV

Michaël Boym.

Vni-

ELOGIVM XXVI.

SINICVM

IN LAVDEM OEDIPI.

萬[1] 萬[6] 人[11] 知[17] 格[23] 言[28] 格[34]
物[2] 物[7] 教[12] 道[18] 物[24] 師[29] 物[35]
之[3] 有[8] 知[13] 方[19] 在[25] 始[30] 理[31]
本[4] 緣[9] 所[14] 知[20] 始[26] 通[31] 教[32]
始[5] 理[10] 焉[15] 物[21] 在[27] 理[32] 始[33]
[16] [22] [27] [33]

孔[37] 朝[41] 遠[46] 吉[51] 其[57] 其[63] 其[68] 開[74] 意[75] 吉[75] 師[76] 同[76] 耶[77] 穌[77]
子[38] 夕[42] 人[47] 師[52] 徒[58] 教[64] 書[69] 會[78] 卜[79] 彌[80] 格[80] 呣[81]
七[38] 里[43] 來[48] 可[53] 詣[59] 天[65] 西[70] 下[71] 有[66] 滿[67]
十[39] 尊[44] 領[49] 孔[54] 人[60] 下[66] 東[71] 有[66] 到[72] 耳[72]
有[40] 華[45] 學[50] 子[55] 安[61] 有[66] 到[72]
徒[40] 士[45] 道[50] 與[56] 黨[62]

ELO-

Interpretatio.

1 2 3 4 5
Vniuerſarum rerum eſt principium & origo.
6 7 8 9 10
Vniuerſarum rerum eſt cauſa & ratio.
11 12 13 14 15 16
Homo docet nôſſe quæ originis principia,
17 18 19 20 21 22
Nouit iter omnium rerum, rationis ſcientiam.
23 24 25 26 27
Philoſophia conſiſtit in principijs, conſiſtit in ratione.
28 29 30 31 32 33
Kircherus *Magiſter penetrauit rationes, docet principia.*
34 35 36
Philoſophiæ Magiſter Magnus eſt profectò.
37 38 39 40
Cun çu (Sinarum Doctor) *ſeptuaginta habuit diſcipulos,*
41 42 43 44 45
Die noctuque parui magni ex Sinenſium Imperio
46 47 48 49 50
Remotiſſimi homines veniebant recipere eius doctrinam.
51 52 53 54 55 56
Kircherus *Magiſter poteſt Cun çu vocari;*
57 58 59 60 61 62
Illius diſcipulos quiſnam homo potuit numerare?
63 64 65 66 67
Illius doctrina Orbem iam repleuit;
68 69 70 71 72
Illius libri in Occidentem & Orientem iam penetrarunt.

73 74 75 76 77 78
Ægyptiaci Oedipi Authori R. P. Athanaſio Kircher, eiuſdem Soc. IESV.
80 79
Michaël Boym,
&
Andreas Chîn Sina, cuius officium eſt Yeu-Kì, eiuſdem Patris ex Regno Sinarum in Vrbem Comes.

ELO-

ELOGIVM XXVII.

AEGYPTI PRISCA SAPIENTIA.

FERDINANDVS III. CÆSAR

diuinæ prouiden tiæ inſtrumentum,
politici Vni uerſi oculus,
Oſiris Auſtriacus,
regio intellectus oculo cuncta perluſtrat,
vt prouidentiâ guber natrice omnia cõſtituat;
munificus om nium benefactor,
corde & linguâ Sapientia conſpicuus,

Mercurialium ar tium promotor,
variarum & ipſe inuentionum author,
HORVS, Impe rialis Legiſlator,
neceſſariarum rerum curæ intentus vnicè;

Momphta Auſtriacus fortitudine & robore

omnia fulciens,
Archetypo intel lectui conformes
operationes mentis ſuæ dirigens;
politici Mundi diuus Legiſlator
Craterem Imperialem vitali influxu
fœcundans, Oſi ris terrenus;
Trium Regno rum populis

indefeſſus ex cubitor, ſollicitâ
vigilantia trium Regnorum
populis, eorumque commodis prouidens;
Religionis, poteſtati que Eccleſiaſticæ
defenſor ze lantiſſimus;
Genius Agatho dæmon politici
dodecapyrgi con ſeruationi incumbens,
malorum omnium exciſor, profligator,
& ex pulſor.

EPILOGVS.

Viue agedum Cæſar, viuat domus inclyta, viuat
Imperij columen, relligionis honos.
Tot Tibi Olympiades deuoluant ſtamine Parcæ
Accinuit linguis quot polygloſſa Charis.
Et poſtquam longos regnando expleueris annos
Orbe triumphato victor ad aſtra redi.

Nota in hoc Triumpho Cæſareo tria Idiomata poni quæ in Oedipo non continentur, & ſunt, Hungaricum, Boëmicum, Turcicum.

PROPYLÆVM AGONISTICVM

Ad Viros Veteris Sapientiæ ſtudio deditos, æquoſque huius præſentis Operis æſtimatores;

Quo

Nonnulla, quæ obijci contrà poſſent, ſoluuntur, Auctoriſque in ſcribendo fides & ingenuitas, ſtyli ratio, Operiſque difficultas monſtrantur.

QVANQVAM, Viri doctiſſimi, *nullo Operi meo præſenti, vnanimi melioris notæ Literatorum conſenſu non approbato tantùm, ſed & quotidiana multorum annorum ſollicitatione, & armata veluti deprecatione extorto, patrocinio opus ſit; neque acres Ariſtarchorum quorundam Obeliſcos, ac reprehenſiones, quas nullus vnquam in tam glorioſo puluere deſudantium vitare potuit, formidem: idem tamen mihi, quod magni nominis Scriptoribus vſurpatum ſcimus, faciendum eſſe exiſtimaui, dum præuiſa contradicentium tela, agoniſtica hac proluſione non cautè tantùm eludenda, ſed & efficaciter elidenda, haud incongruũ eſſe iudicaui. Enimuerò ita rebus humanis natura quaſi comparatum eſſe videtur, ac veluti fato quodam inſitum, vt quemadmodum luci vmbra, ſic rebus præclaris, ac laude dignis conatibus indiuidua adſit rerum obſcuratrix inuidia. Nam vt rectè ille:*

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθόνεει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Quod

Quod ſi in viliſſimis rebus locum habet, quantò magis in negotio literario? quod tantò ſanè excellentiùs eſt, quantò nobilitate ſua omnes reliquas actiones humanas excedit longiùs. Monſtrant id feruentiſſimæ Doctorum dimicationes, ac literaria prælia frequentiſſima, quibus ſe mutuò tanta contentione impetunt, vt plurimi è ſedatioribus ingenijs Antigenidem imitantes, priuata Muſa contenti, intus ſibi viuere malint, quàm partos ingenij fœtus tot decertantium inſultibus temerè dilacerandos exponere. Quod & ego feciſſem, niſi Maiorum auctoritate compulſus, ac ſuffultus, Opus hoc multorum annorum labore partum, nunc tandem luci publicæ exponere fuiſſem compulſus. Quæ igitur aut auſibus meis opponi, aut præſtitis laboribus obijci poſſe à nonnemine video, ſequentibus capitibus quàm potere breuiſſimè explanabo.

CAPVT I.

Reſpondetur ad argumenta, queis ἀδύνατον eſſe hieroglyphicorum interpretationem, opinari quis poſſet.

Obiectio. PRIMVM igitur, quod obijci poſſe mihi video, eſt hieroglyphicæ interpretationis ἀδυναμία. Sic enim arguentes audire videor, Cur ſtudium amplexus ſim adeo arduum, ac doctiſsimis philologis nè tentatum quidem, priſcis verò antiquitatis Scriptoribus non niſi obiter ac perfunctoriè tractatum; materiam, inquam, difficilem, intricatam, incertam, innumeris vti myſterijs, ſic difficultatibus refertam, nullis finibus clauſam, ſed in triplicis philoſophiæ adhuc incognitæ infinitos ambitûs exporrectam.

Solutio. Hiſce primò aliud non reſpondeo, niſi quòd olim gallus à fele reprehenſus; hoc mihi ingenium eſſe, hanc affectionem naturaliter datam. Etenim à natura ita comparatus ſum, vt nihil homine dignius eſſe exiſtimem, quàm induſtriam, vireſque ingenij ijs in rebus potiſſimùm, quas obliuioſa ac indocta ſecula ſucceſſu temporum neglexerunt, inſtaurandis, aut quas natura à communi hominum conſpectu ſubmotas in abditis ſecretorum penetralibus condidit, ſagaciter indagandis, experiri. Non quòd me vltra omnes priorum ſæculorum, veluti faſtuoſus ille apud Plautum Maximus, ingenij felicitate atque acumine ὑπερφυῶς extollam, aut vti iactabundus ille Terentij Bombilius, me Iouis alite perſpicaciorem oſtendam: abſit; id enim pudendæ vanitatis argumentum, modeſtiæ, quam ſacra me religio à puero docuit, omninò contrarium, ſatis noui; ſed ſolius veritatis inquirendæ deſiderio inſatiabili compulſus, Opus hoc arduum, à multis inchoatum, à paucis penetratum, atque adeo ob impenetrabiles difficultates veluti derelictum, ad incudem reuocare conatus ſum. Acceſſit Cæſaris imperium, & eminentiſſimorum Virorum è diuerſis

sis Europæ partibus scribentium sollicitatio, quâ ad tam laudabile studium prosequendum, & ad Isthmum hunc perfringendum, pro authoritate quâ pollent maxima, non persuasêre tantùm, sed vltrò currentem impulêre. Quibus omnibus antiquius fuit magnum honoris Dei, boniquè communis promouendi, quod in animo meo exarsit, desiderium; quod tantò melius est & optabilius, quantò longiùs patet. Magno, fateor, labore, intenso mentis æstu opus fuit; sed memor eram illius sapientissimi Persarum Musladini Sadi, sic Persicâ elegantiâ ludentis:

❁ کرچه بیرون زرزق نتوان خورد ❁	*Quamuis præter bona à Deo concessa, nemo quid concedere possit,*
❁ در طلب کاهلی نشاید کرد ❁	*Non tamen in illis acquirendis pigritiam monstrare debet.*
❁ غواص اکر اذ نهنگ کام دهنک ❁	*Vrinator si Crocodili mitlum veritus fuerit,*
❁ هرکز نکند در کرا نمایه بجنک ❁	*Pretiosam margaritam nunquam acquisiuerit.*
❁ کر تو در خانه صید خواهی کرد ❁	*Tu si intra domum tuam prædam habere vis,*
❁ دست وپایت جو عنکبوت بود ❁	*Manus pedesque tui sint instar araneæ.*

His animatus, Opus aggressus diuini Numinis ductu consumaui; quæ quidem ardui conatus vnica causa fuit. Sed iam ad institutum.

Verùm instare quispiam posset, magnæ temeritatis indicium esse, rem nemini hactenus compertam, factuque omninò ἀδυνάτον, præsumptuosiùs aggredi. Si enim hisce temporibus nostris vera, plena, & absoluta hieroglyphicorum notitia haberi posset, illa vel per continuum vsum, ac haud interruptam Ægyptiorum traditionem in hæc vsque tempora fuisset propagata; vel in antiquis Scriptorum monumentis conseruata; vel deperdita extinctaque, singulari hominum studio & industriâ de nouo fuisset inquisita & inuenta. Sed hæc notitia nullâ ratione, ob ingentes Ægyptiorum vicissitudines atque metamorphoses, quas ex diuerso Regum dominatu incurrit, conseruari hucusque potuit. Nam de Chaldæis ad Persas, de Persis ad Medos, de his ad Macedones & Græcos, de Græcis ad Romanos, de Romanis ad Saracenos, denique ad Arabes, Ægyptiorum deuolutum Imperium, sicuti varias mutationes, sic varias quoque consuetudines, ritus, cœremonias, doctrinas suis ritibus omninò contrarias addiscens, pristinorum Sacerdotum leges & institutiones penitùs oblitum est. Nec libris conseruari potuit, cùm nullus hactenus, qui nobis aliqua antiquæ sacerdotalis Sapientiæ vestigia exhibeat, liber sit inuentus. Nec demum humanâ ea industriâ restitui potuit, cùm illa sine viuo authoritatis oraculo, quo caremus, exanimis reputetur & mortua. 2 Obiectio.

Hæc Argumenta, quæ ab Agonistis mihi obtrudi possent, nescio quid roboris primâ fronte expendentibus obtinere videntur; quamuis seriò illa examinantibus, non ita adamantina inueniantur, quin oppositis rationibus conuelli facilè possint & dilui. Solutio.

Ad primum enim quod attinet; etsi quamplurimis mutationibus Ægyptus semper fuerit obnoxia, minimè tamen inde sequitur, omnem subitò scientiarum ac artium reconditarũ notitiam fuisse vnà cum translatione dominiorum abolitam. Quis nescit Græci Imperij variam fortunam, ac ingentes diuersasque vicissitudinum reuolutiones? quorum tamen scientias & disciplinas, his non obstantibus, ad nostra vsque tempora incorruptas peruenisse, monstrant infinita propemodum voluminum monumenta, quibus passim docti modò, cum magno Reipublicæ Literariæ emolumento, perfruuntur. Quæ gentes Hebræis maiorem sustinuêre metamorphosin? cùm tamen nihilominus complura ad nos propagata fuerint Reipublicæ literariæ haud indigna monumenta.

Ad secundum quod attinet, non negauero facilè, in tantis Regnorum mutationibus hieroglyphicorum notitiam ex intermissione rituum paulatim obscuratam: sed nullos, inter adeo multos patriorum rituum studiosissimos, quique ipsa mysteria ad superstitionem vsque colebant, inuentos esse, quibus symbolicas disciplinas propagare curæ esset, quiuè adeo recondita naturæ sacramenta mysticis notis expressa, literis librisque consignarent; à veritate alienum esse existimo. Imò si Herodoto credimus, suo adhuc tempore horum Interpretes ex eius Euterpe superstites fuisse notum est. Pythagoram quoque & Platonem symbolicam suam philosophiam de columnis Mercurij didicisse, testatur Iamblichus. De Columnis autem, per quas Obeliscos intelligit, discere nequaquam potuissent, si insculpta symbola non intellexissent. Hierogrammata quoque tempore Alexandri Macedonum adhuc cognita fuisse, præter citatum Iamblichum asserunt Arrianus & Strabo. Certè Cornelius Tacitus scribit, Germanicum Cæsarem, cùm venisset in vrbem Thebanam, & fabricas illas prodigiosas curiosiùs fuisset intuitus, vnum è Senioribus Sacerdotibus, qui figurarum Obeliscis insculptarum faceret explicationem, aduocasse. Qui nisi huiusmodi literarum cognitione fuisset imbutus, aduocatus nequaquam fuisset. Non dicam hic de Hermapione, quem Tyberius Cymbalum Mundi appellat, Tertullianus Hermotelen: hunc enim hieroglyphicorum cognitionem si non consumatam, saltem non minimam habuisse, nobis manifestum facit huiusmodi interpretationis ab Ammiano Marcellino relatum specimen; quamuis id falsò, & ex sola Plinij æstimatione, Obeliscо Senneserтæo sit applicatum. Ruffinus de artibus Ægyptiorum adhuc suâ ætate vigentibus sic scribit: *Iam verò Canopi quis enumeret superstitiosa flagitia? vbi prætextu Sacerdotalium literarum* (sic enim appellant antiquas Ægyptij literas) *magicæ artis erat penè publica Schola*. Ex quo patet, non ita extinctam fuisse huiusmodi literarum notitiam, quin semper aliqui Sacerdotum fuerint inuenti, harum gnari.

Pythagora & Plato nouerunt hieroglyphica.

Hermapion.

Ruffinus hist. Eccles.

Ad libros verò de his agentes quod attinet, certè eiusmodi adhuc in vsu fuisse tempore Ptolomæi Philadelphi, paulò post ostendetur. Fuit is Ptolomæi Lagi filius, secundus eo nomine, artium & ingeniorum cultor, & quod adhæret, librorum. Itaque Alexandriæ ingentem Bibliothecam composuit, instructione & exemplo Aristotelis adiutus, imò & ipsis

ipſis eius libris teſte Strabone ; de qua ſic ſcribit Ben Gorion celebris apud Hebræos Hiſtoricus :

והנה בימים ההם המלך פתולמי איש חכם ונבון מאד בעל אותיות ויבא בלבו לעשות אשר לא עשה מי שום אדם לפניו: וישלח משרתיו ובעלי לשונות בכל ארץ ומרינות לקבץ כל זכרונות וספרי חכמים הקדמונים בבלוניים פרשיים עיבריים פלסופים ומחברים אחרים וספרי החכמי מצרים אשר הם נכתבים באותיות החיות ובהמות:

Gorionides בספר שנאמו מלחמות ר"יא פרק ר"ז : c. 16

Hoc eſt : *Et ecce in diebus Regis Ptolomæi Viri ſapientis & multùm periti, Viri literarum ſtudioſi; & ecce venit in mentem eius, vt aggrederetur id, quod ante eum nullus ; & miſit in omnem terram, & vrbes Viros linguis & ſapientiâ conſpicuos, vt antiquorum monumenta colligerent. Libros itaque Babyloniorum, Perſarum, Hebræorum, quantum potuit, congeſſit plurimos; inter quos libri quoque Ægyptiorum figuris animalium literarum loco effigiati, &c.* Cui Fl. Ioſephi lectio Græca conſentit ; ſic enim habet : Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, ὃς ἦν ἐπὶ τῆς βιβλιοθηκῶν τοῦ βασιλέως, σπεύδαζεν εἰ δυνατὸν εἴη πάντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην συναγαγεῖν βιβλία, καὶ συνωνέμενος, εἴτινα μέντοι ἀκούσειε σπουδῆς, ἄξιον ἢ ἠδὺ τῇ τοῦ βασιλέως σπουδαρέζει, μάλιστα δὲ περὶ τὴν συλλογὴν τῆς βιβλίων εἶχε φιλοκάλως, συμπληρώζετο ἑαυτοῦ δ' ἐπὶ ποτὲ τοῦ Πτολομαίου, πόσας ἤδη μυριάδας εἴχει συνειλεγμένας βιβλίων τῆς μὲν ὑπαρχόντων εἰς περὶ εἴκοσι, ὀλίγω δὲ χρόνῳ, εἰς πεντήκοντα συναθροίζειν. &c. *Demetrius Phalereus regiarum Bibliothecarum præfectus dabat operam, vt ſi fieri poſſet, omnes totius Orbis libros colligeret, coëmens quotquot vnquam audiſſet cognitu dignos, aut cupiditati Regis gratos, cuius præcipuum erat in congerendis libris ſtudium. Hic rogatus aliquando à Rege, quàm multa millia iam comparaſſet, ait ſe iam habere circiter ducenta millia, ſed breui habiturum quingenta millia &c.* De hac prodigioſa librorum coaceruatione Cedrenus quoque : *Philadelphus* inquit, *libros ſacros, Chaldaicos, Ægyptios, Romanos, diuerſilingues conquiſitos in Græcam conuerti omnes curauit, in vniuerſum ad centum millia voluminum : quæ omnia in Bibliothecis ſuis Alexandriæ repoſuit.* Cui aſtipulantur Agellius, Ammianus, Euſebius, & Seneca ; quamuis in numero varient. Quis dicat porrò, ab infinita prope hac librorum ex toto Orbe conquiſitorum congerie myſticos Ægyptiorum Sapientum Codices in Bibliotheca rariſſima ſolos fuiſſe excluſos? quis credat ea monumenta, quæ præ cœteris omnibus non apud Ægyptios tantùm, ſed & apud exteros in pretio erant & exiſtimatione maxima, quæque tam auidè ab omnibus expetebantur, fuiſſe neglecta? Certè nullus.

Ioſephus Fl.

Cedren. l. 22.

Agell. l. 6. c. vlt. Ammian. l. 22 Euſeb. l. 8. de pr. Eu. Sen. c. 9. de tranquill.

Sed dicent, Omnes hoſce libros ſub Dictatore Cæſare infelici incendio ſublatos ad poſteritatem peruenire non potuiſſe. Reſpondeo. Ponamus conflagraſſe ; cùm tamen hæc ingens librorum ſtrages non contigerit niſi 224 anno poſt eorum acquiſitionem ; non ſequitur omnes ita fuiſſe abſumptos, vt ad poſteros nullius doctrina peruenerit. Quid enim in tam exquiſita librorum multitudine ſpacio ducentorum & am-

pliùs annorum, ab hominibus ſtudioſiſſimis vndequaque, tùm ad elegantiſſimum illud regium contemplandum opus, tùm ad inæſtimabilibus theſauris perſruendum, confluentibus, quid inquam excerpi non potuit & tranſcribi? quantas gazas tranſportatas putamus, non vulgarium, quos plerique negligebant, ſed reconditiſſimorum quorumuis librorum, quos inter haud dubiè primum locum obtinebant ij, quos Sacerdotales vocabant, hieroglyphicis notis & ſymbolis ſpectabiles? Ego ſanè hæc paulò profundiùs expendens, quicquid hodie antiquæ Sapientiæ fragmentorum ſupereſt, ex illa veluti è locupleti Amalthææ cornu profluxiſſe, arbitror. Hinc omnia Triſmegiſti, Beroſi, Chæremonis, Manethonis, Phlegontis, Aſtrampſychi, Pherecidis, aliorumque tùm Arabum, tùm Chaldæorum fragmenta, quæ paſſim allegamus, exijſſe videntur. Hinc antiquam illam & myſticam Ægyptiorum Philoſophiam ab Ariſtotele concinnatam, quæ multos annos in Bibliotheca Damaſcena latuerat, prodijſſe certum eſt; quam deinde Franciſcus Roſeus Rauennas tandem luci reddidit è Græco primùm in Arabicum, & ex hoc in Latinum demum tranſlatam. Sed verba eius audiamus; ſic enim loquitur. *Cùm anno ante hæc tertio Damaſci agerem, ſanctiſſimè Pontifex, vt bonarum literarum ſemper cultor, obnixè omnem dedi operam, nullis parcendo diſpendijs ac laboribus, quò celebrem Vrbis Bibliothecam ingrederer* (comite amico nonnihil locutione Arabicâ imbuto ad inſcriptiones ſatis perlegendas) *exploraturus digeſtos illic codices innumeros & pretioſos; inter quos præcipuè vnus vetuſtiſſimus occurrit prænotatus, Ariſtotelis Theologia ſeu Philoſophia myſtica: quam quoniam audiueram fuiſſe ab Ariſtotele conditam, amiſſamque deſiderari; ſtatim ſuccurrit impetus habendi operis, cogitans quantæ futurum eſſet exiſtimationis apud omnes Philoſophos & Theologos.* & cœtera quæ ſequuntur. Vide quæ de huius Philoſophiæ præſtantia fusè in Obeliſco Pamphilio diſſeruimus.

In Dedicat. epiſt.

In Bibliotheca quoque Babyloniorum huiuſmodi libros conſeruari, teſtatur Elluchaſen Arabs: verba eius in Arabico ſic ſonant:

l. de 4. gen. animalium.

كان الناس اولين من قدم في مصر وكانوا كتبوا كتبهم في صوره الاوحوش
والحيوانات لستروا اسرارهم وكثيرين احرين مثل هذه يحرسون حتي هذه زمان
في الكنز الملـــــــ

CAPVT PRIMVM.

ⵏⵣⵏ ⵎⵏⵣⵅⵍⵏ ⵎⵅⵏⵜ ⵍⵅⵏⵏ ⵏⵎⵅⵍⵛⵎⵙ ⵏⵜⵎ ⵅⵏⵍⵛⵜ
: ⵏⵎⵅⵎⵏ

Hoc eſt : *Eſt nobis in Gaza Bibliotheca plena libris antiquis, ex ijs multi inueniuntur ſcripti à Sacerdotibus Ægypti ; literæ eorum ſicut ſimilitudo animalium, & dicitur, quòd illi reſtent ex Bibliotheca Ptolomæi Regis Ægypti .* Porrò neque Æthiopia hiſce Ptolomaicis Codicum theſauris caruiſſe videtur; Æthiops enim à me per literas de rebus Æthiopicis conſultus, ſic ad quæſita reſpondet Æthiopicè .

Abi ſaalacha amneia bemach facha zazzahha facha lita, chama ahab laanta chulu zaſamaanu vezaamarna im abina veana ahab laanta, aſma bazuhhan mazzachafat bechulu Ithiupia. ſeu. fadufada babel naguſana vazazzachaſu bathurat hhaia zaithauuas zaalb hholko anſas vechulu arui gadom .

Mũchi Aethiops Abyſſinus in quadam Epiſtola ad me data.

In literis ad me miſſis petis, vt te certiorem faciam de omnibus ijs, quæ ab antiquis Patribus audiuimus, maximè de Bibliothecis Æthiopiæ. Dico itaque tibi, multos, eoſque antiquos libros paſſim in tota Æthiopia hinc inde reperiri, potiſſimùm in domo Imperatoris noſtri, è quibus multi ſcripti ſunt figuris animalium, quos dicunt antiquitùs ex Ægypto tranſlatos.

Huic non abſimilia apud Nicolaum Codignum de Bibliothecis Æthiopiæ narrat quidam Anonymus : *In monte*, inquit, *Amara, Bibliotheca illa celeberrima conſeruatur, quæ initium à Regina Saba dicitur accepiſſe ; depoſitos ibi eſſe libros multos, quos & tunc Salomon ipſi Reginæ, ab Hieroſolymis in patriam diſcedenti, dono dedit, & ſingulis deinde annis ſolitus erat ad eandem mittere ; inter reliquos eſſe quoſdam, quos vetuſtiſsimus ille Enoch ab Adamo ſeptimus de cœlo, de elementis, deque alijs philoſophicis rebus compoſuit . Eſſe alios, quibus res Mathematicas, & plurima ad ſacros ritus & cœremonias ſpectantia Noëmus tradidit . Alios ab Abrahamo editos, cùm eſſet in valle Mambre, vbi philoſophiam publicè profitebatur, & eos habebat Auditores, quorum opera quatuor illos Reges, qui Lothum cœperant, acie profligauit . Alios à Iobo, ab Eſdra, à multis Prophetis, & ſummis Iudæorum Pontificibus de rebus varijs conſcriptos. Alios eſſe libros, de rebus varijs partim ſolutâ, partim ligatâ oratione à Sibyllis . Alios ab ipſa Regina Saba, & eius filio Melilecho compoſitos.* Huic relationi etſi fides non omninò adhibenda ſit, quandoquidẽ eam diligenti examinatione factâ non ita veritati conformem inuenerim ; nequaquam tamen dubitari debet, plurimos adhuc ibi libros, eoſque rariſſimos, ac nobis inuiſos recondi ; cui fidem faciunt alij Æthiopes,& inter cæteros Gregorius Abbas montis Amaræ, qui dum hæc ſcribo , Romæ degit .

Bibliothecæ Æthiopiæ.

Non dicam hîc de celeberrima Bibliotheca Byzantina , quam Zonaras & Cedrenus centum viginti mille Codicibus memorant fuiſſe inſignem ; in qua & Draconis inteſtinum 170 pedes longum, totâ Homeri Iliade aureis literis conſcriptâ memorabile conſeruatum fuiſſe legitur ? Quis neſcit diuitias Bibliothecæ Attalicæ ſiue Pergamenæ , quæ ducentis millibus librorum ſingularium inſtructa claritate proxima , teſte Plutarcho, ab illa Alexandrina fuit ?

Bibliotheca Byzantina.

Ex

Ex quibus omnibus haud dubiè ingens Reipublicæ Literariæ totique posteritati vtilitas & emolumentum profluxit. Quicquid enim scientiarum & artium seu disciplinarum modò supereſt, ex ijs translatum primò quidem per Græcos ad Romanos, deinde per hos ad reliquam posteritatem perueniſſe, nemo ambigere debet. Si igitur reliquæ artes & scientiæ per continuam transcriptionem ad hæc vsque tempora propagatæ sunt; quis hieroglyphicam Ægyptiorum Sapientiam simili ratione hucusque propagari potuiſſe negabit? Imò id verum esse, Oedipus hic toto passim Opere demonstrat ex Ægyptiacæ doctrinæ fragmentis, veterum Authorum monimentis sparsim hinc inde insertis; quæ cùm omnium oculis obuia sint, ea fusiùs hoc loco deducenda non censui. Imperitè igitur quispiam hieroglyphicæ interpretationis ἀδυναμίαν ex eo, quòd nulli libri supersint, arguet.

CAPVT II.

Reliquæ Obiectiones, quæ fieri possent, soluuntur.

Obiectio I. Inter cœtera, quæ magnam vim ad instituti nostri rationes euertendas obtinere quis arbitrari posset, sunt quoque libri illi Apuleiani, quos de opertis adytis prolatos, ait, literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris animalium, partim nodosis & in modum rotæ tortuosis capreolatim condensatis apicibus.

Solutio. Verùm qui ὀνομορφώζεως Apuleianæ argumentum rectè calluerit, facilè videbit, fictis & fabulosis rationibus causam suam stabilire contra nos conaturum eum, qui hoc se argumento munire voluerit. Nam præterquàm quòd huiusmodi enarrationes ab Apuleio non tam veritatis historicæ astruendæ, quàm ingenij vberis ostentandi gratia sunt fictæ; certè non video cur ijs tantopere fidendum. Accedit, Apuleium nequaquam huiusmodi literas præcisè & omninò ἀγνωείμυς seu ignorabiles sensisse, sed quatenus difficillimâ scribendi ratione à profanorum lectione munita solùm videret impeditas; quin & seipsum ijs imbutum in sequenti verborum contextu insinuat. *Tunc semotis*, inquit, *procul pro-*

Apul. l. xj. *fanis omnibus linteo vndique me contectum amicimine arreptâ manu Sacerdos introduxit in ipsius sacrarij penetralia. Quæres forsan studiose Lector, quid deinde dictum sit, quid factum? Dicerem, si dicere liceret; cognosceres, si liceret audire; sed parem noxam contraherent aures & linguæ temerariæ curiositatis.* Pari ratione cùm Ammianus Marcellinus literas hieroglyphicas dixit ignorabiles, non Græcis, non Arabibus, non Ægyptijs, sed Latinis ignorabiles dixit. Audiamus verba eius: *Sunt*, inquit, *& subterranei Syringes, & quidam flexuosi secessus, quos, vt fertur, periti rituum vetustorum aduentare diluuium præscij, metuentesque, nè ceremoniarum obliteraretur memoria, penitus operosis digestos fodinis per diuersa loca statuerunt, & excisis parietibus volucrum ferarumque genera multa sculpserunt, & animalium species innumeras, quas hieroglyphicas appellarunt, Latinis ignorabiles.* Quòd si simpliciter ignorabiles dixit, cur eas ab Hermapione cognitas & explicatas asseuerat alio in lo-

l. 22. Iulian.

co?

co? Eo igitur ſenſu literas ignorabiles dixiſſe cenſendus eſt, quo nos, cùm aliquid difficile & impenetrabile innuere volumus, Arabicum dicimus, aut ſimili nobis ignoto characterum genere conſcriptum. Quod porrò Strabo dicat, Chæremonem Ælij Galli Ducis in Ægyptum comitem, quòd hieroglyphicorum cognitionem ſe callere iactaret, paſſim ab omnibus fuiſſe ludibrio habitum; non ideò factum eſſe exiſtimari debet, quòd veluti humani ingenij vires longè tranſcendentem attentaret materiam, ſed quòd ignariſſimus cùm eſſet, & nullâ exquiſitioris doctrinæ ſuppellectile inſtructus, rem arduam omninò & difficilem aggredi præſumptuoſiùs auderet, vti ex contextu verborum patet; ſic enim Strabo: Παρηκολούθει δὲ τὶς ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀναπλέοντι εἰς τὴν Αἴγυπτον Αἰλίῳ Γάλλῳ τῷ ἡγεμόνι Χαιρήμων τοὔνομα θεραπευόμενος. Τοιαύτην τινὰ ἐπιστήμην ἐπηγγέλλετο δὲ τὸ πλέον ὡς ἀλαζὼν ἢ ἰδιώτης. *Comitatus quidem eſt Ælium Gallum Ducem ex Alexandria nauigantem in Ægyptum quidam nomine Chæremon, qui eiuſmodi ſcientiam profitebatur; ſed ob ignorantiam & ſuperbiam plurimum ridebatur.* vel vt Græcus textus habet, *plurimùm ridebatur veluti ſuperbus & idiota.* Imò paulò poſt, eo ipſo tempore adhuc pleroſque Sacerdotes hieroglyphicorum ſcientiam calluiſſe, quamuis ab omnibus eam abſconderint, ſequentibus verbis oſtendit: *Oſtendebantur ergo ibi Sacerdotum ædes ac domicilia, in quibus Eudoxus & Plato egerant. Etenim Eudoxus cum Platone eò profectus eſt, & ambo cum Sacerdotibus annos tredecim ſunt verſati, vt nonnulli tradiderunt. Iſti Sacerdotes cùm rerum cœleſtium ſcientiâ præſtarent, cæterùm arcanam eam ſeruarent, neque cum quoquam communicare vellent; tamen & tempore, & obſequio deuicti nonnulla præcepta enarrauerunt, cùm plurima interim Barbari occultarent.* Et paulò poſt: *Ignorabatur annus eo tempore apud Græcos, quemadmodum alia permulta; donec iuniores Aſtrologi ab ijs acceperunt, qui Sacerdotum monumenta in Græcam linguam tranſtulerunt, & adhuc tùm ab ijs, tùm à Chaldæis accipiunt.* Quæ verba ſanè tam clara ſunt, vt videantur eſſe omnium eorum, quæ hactenus dicta ſunt, ἀνακεφαλαίωσις ſeu recapitulatio.

Ij verò qui de huiuſmodi ſacræ ſcientiæ reſtaurandæ ſpe nimis abiectè & deſperatè loquuntur, audiendi non ſunt, vti Michaël Mercatus, Vir alioquin prudens & doctus, ſed plùs æquo puſillanimis. Hic enim in ſupplemento Obeliſcorum, poſtquam multas rationes ad eorum inueſtigandorum impoſſibilitatem oſtendendam propoſuiſſet, tandem veluti deſperabundus in hæc verba exclamat. *E dunque tanto tempo, che la vera notitia delle lettere hieroglifiche fù oſcurata e perduta nell' Egitto, doue eſſendo prima tenuta da' i Sacerdoti ſolamente (come diffuſamente ſi è dimoſtrato nell' altro Capitolo) che hora non poſsiamo hauer più ſperanza di ritrouarla cosi nell' Egitto, come in altro paeſe*, &c. *Tanto igitur tempore*, inquit, *hieroglyphicorum notitia obſcura fuit & perdita in Ægypto, vbi primò inter Sacerdotes tantùm conſeruabatur, deinde* (ſuppleo enim pendentem Mercati ſententiam) *ſic videtur interiiſſe, vt modò nulla ſpes ſuperſit ad eam nec in Ægypto, nec in alijs regionibus reperiendam.* Miror ego hominem hîc tam audacter, ſeu potiùs timidè impoſſibilitatem huius negotij aſſeuerare. Si dicas: Mercatus eò pertingere non potuit, ergo nullus alius; Argumentum affers nullius

mo-

momenti. Quis enim adeo dialecticarum præceptionum ignarus est, qui non videat huiusmodi enthymemata nequaquam concludere? Nam falsò, nè dicam stolidè, ratiocinaretur, qui diceret: America omnibus seculis incomperta fuit; ergo vel nunquam extitit, vel fieri non potest, vt reperiatur? cùm eam aliquando, imò Salomonis tempore cognitam fuisse, non obscuris indicijs monstret Arias Montanus, imò aureum illud פרוים primùm inde delatum, ex nominis etymo non inconuenienter ostendat; Americum verò Vesputium, & Christophorum Columbum, eam hisce vltimis temporibus denuò detexisse notius est, quàm vt dici debeat. Pari ratione falsam adstrueret conclusionem, qui Regiones polo vtrique subiectas, eò quòd mortalibus hucusque incompertæ sint, vel non exstare, vel inueniri non posse, inferret. Falsa itaque est argumentatio à non facto, ad impossibilitatem faciendi. Ex eo enim quòd nullus hactenus inuentus sit, qui genuinam hieroglyphicorum scientiam demonstrauerit, non sequitur, nullum futurum, qui eam aliquando sit demonstraturus. Multa quotidiè reperiuntur, quæ priùs omnem humani ingenij subtilitatem excedere videbantur. Qnòd si quispiam hoc tempore prodiret, qui vitream Archimedis sphæram, volitantes Architæ columbas, Dædali statuas suapte sponte hinc inde cursitantes, se feciſse iactaret; eum sine dubio tanquam operum inimitabilium attentatorem riderent plerique; cuiusmodi tamen opera ego Francofurti in Germania facta hisce oculis meis vidisse me memini, tanto ingenio architectata, vt nec Archimedem, nec Architam, nec Dædalum ad tam eminens artis fastigium aspirare vnquam ausos fuisse, planè mihi persuadeam. Cesset igitur infirmum argumentandi genus: non factum est; ergo fieri non potest. Multa passim indoctorum seculorum incuria neglectuque, vel temporum vetustate, hominumuè obliuione sepulta, singulari Dei prouidentiâ hisce temporibus denuò eruuntur, restauranturque. Multa etiam in incognitis nobis regionibus passim, quæ nos latuerunt, scita fuerunt. Sic Typographica ars à Ioanne Guttenbergio Argentinensi Moguntiæ feliciter detecta; ac pulueris pyrij conficiendi ratio, quæ tanto tempore nos latuit, Sinarum genti nequaquam incognita fuit. Sed quid peregrina sectamur? Intueamur cœlum, commune illud naturæ speculum; & præsentem cœlorum faciem omnibus prioribus seculis incognitam deprehendemus. Comparent stellæ nunquam visæ, & visæ disparent. Ipse Phœbus, qui rerum omnium in vniuerso naturæ Theatro aspectabilium longè pulcherrimus omnium opinione est habitus, hoc seculo tandem fumosâ facie, ac infecto vultu maculis prodijt; diceres eum variolis laborare senescentem. Luna quoque terræ figuram affectans, maribus turgens, montibus & confragosis vallibus modò vestita comparet, antiquis seculis hisce insignibus inuisa. Venus veluti altera Lunæ Simia, cornutâ facie surgens, nunc ἀπφίκυρτον, nunc δίχόρωμον, aut πανζέλινον, aliasque induta formas in scenam prodit antehac incompertam. Iuppiter, qui solitarius orbe suo hactenus circumuagari putabatur, modò longâ ministrorum cateruâ, digna regia stella tanto comitatu, incedere conspicitur.

Inuenta varia.

Co-

CAPVT SECVNDVM.

Cometæ quoque ſpatio, quo eos olim rude ſeculum coarctabat, minimè contenti, altiora affectantes ſuper Solis Lunæque vias dominio conſpiciuntur ſublimes. De quibus qui plura deſiderabit, conſulat lynceos huius ſeculi Mathematicos. In terreſtri Orbe non minores videas rerum Metamorphoſes. Habitantur paſſim vtriuſque zonæ torridæ frigidæque ſubiectæ regiones, quarum illam æſtus intemperie, hanc frigoris inclementiâ inhabitabilem aſſerebat Ariſtoteles. Viſuntur hodie ἀντίχθονες nobis contraſtantes, quos ſuo tempore eſſe negabat magnum Eccleſiæ lumen Auguſtinus, & Lactantius. Circumitur hodie totius terreni Mundi globus, quem turbinatâ ſuperficie in infinitum exporrectum ſimpliciùs credebat antiquitas. Quotidie noua Regna, Inſulæ, montes, hominum ferarumque monſtra, de quibus antea nihil conſtabat, deteguntur. Hâc enim viciſſitudine rerum, hâc varietate ac metamorphoſi ludit in Orbe terrarum cum filijs huminum æterna Dei Sapientia. Sic inconſtans continuò rerum vertitur ordo: ſic in circulo eunt omnia, donec in centro tandem, quod ſine circumferentia vbique, ſtabilita quieſcant. Eſt enim hæc maximè ab Authore naturæ ad Vniuerſi decorem intenta viciſſitudo. Corrumpuntur res, vt generentur; generantur, vt iterum corrumpantur, & ſic alternâ mutatione in ſuo ſtatu & vigore conſeruentur; nec quicquam Mundum hunc magis decet, quàm indeſinens hæc rerum corruptio, conſentienſque rerum omnium diſſenſus, iuxta illud Pindari:

Ἐν χερῶ δ' ἐτεν μέλαναι κάρπον ἔδωκεν ἀρέταν,
Θένδρεα ἐκ ἔθελει πάζας ἐτέων περιόδοις
Αὖθι δ' ὤνθις πλέτω ἴσον.

Non ſemper nigræ terræ fructum edunt,
Nec volunt arbores omnibus annorum periodis
Fructum ſuaueolentem ferre copioſum,
Sed alternis vicibus: ſic etiam homines verſat ſors.

Egregiè ſanè hiſce ſubſcribit Seneca: *Rerum natura ſacra ſua ſimul non tradit, initiatos nos credimus, in veſtibulo eius hæremus: illa arcana non promiſcuè, nec omnibus patent, redacta in interiore ſacrario clauſa, ex quibus aliud hæc ætas, aliud, quæ poſt nos ſubibit, accipiet.* Haſce igitur viciſſitudinis leges omnes humanæ vitæ actiones ſequuntur: mutantur Regna & Imperia, ſuis quandoque reſtituenda cyclis: perduntur ſcientiæ & artes, vt ſuo tempore & ſeculo, quando nimirum rerum Arbitro Deo viſum fuerit, reſtituantur. Quid quòd vno Imperio, vnâque Monarchia politicus hic Mundus diu conſiſtere non potuit. Adeo varietatis appetens eſt humanæ vitæ conditio. Ita ſi circa vnam & eandem ſcientiam tantùm occuparentur mortales, vnaque ſemper eſſet omnibus rerum cognitio & facultas; torpeſcerent ingenia, ſcholæ languerent, rerum digniſſimarum omnis ceſſaret inquiſitio. Nunc verò inuentarum artium interitus, & noua nondum cognitarum inuentio, mirum quantum præſtantia ingenia exſtimulant, tùm ad haſce pertinaci ſtudio & conatu perquirendas, tùm

ad illas ex obliuionis & ignorantiæ tenebris eruendas asserendasque. Sepulta sunt igitur, vt viuidiùs resurgant; vt luculentiùs pateant, latent; nè pereant denique, pereunt. Sed quêis, vel quando suis restituendis locis, soli illi, qui sibi futurorum temporum necessitates reseruauit, cognitum est.

Hæc & similia innumeris exemplis confirmare possem, nisi rerum passim notarum tædiosâ narratione Lectoris patientia abuti vererer. Nulla scientia tam ardua, sublimis, & incognita, quam non humani ingenij subtilitas penetrare possit; nullam quoque artem extinctam penitus aut perditam existimem, cuius non vestigia in aliquo Mundi nobis incognito angulo, seu Bibliotheca quapiam peregrina, sub peregrini idiomatis tegumento, veluti sub fauillis & cineribus, inter semesorum Codicum pulueruleuta cadauera, sepulta fulgeant; aut quæ in varias partes iniuria temporum dissipata & discerpta, apud antiquos Authores sparsim non reperiantur. Quòd autem sepulta iaceant, contingit partim incuriâ & negligentiâ, partim inuidiâ & ignorantiâ eorum, qui huiusmodi librorum thesauros possident. O quot, & quàm egregia, ac nullis opibus comparanda librorum monumenta hinc inde in celebrioribus Bibliothecis cum tineis & blattis luctantia situ pereunt & squalore; quæ si lumini per viros linguarum peritos committerentur, Deum immortalem! quàm eximium incrementum breui tempore suppellictili literariæ, adeò incultæ ac impolitæ in multis, videremus accessisse, potissimùm ex Hebræorum & Arabum thesauris. Arabes enim, vtpote Ægypto vicinos & conterminos, sacræ adhæc Philosophiæ æmulos homines & ad rerum abditarum inquisitionem à natura procliues, verisimile est sicuti alias omnes liberaliores disciplinas, sic Ægyptiorum potissimùm reconditiores vndique conquisitas, literisque commendatas præ cœteris gentibus suas fecisse. Hebræi verò tantam habent ad ritus, sacrificia, cœremonias, sacras disciplinas Ægyptiorum affinitatem, vt vel Ægyptios Hebraizantes, vel Hebræos Ægyptizantes fuisse mihi planè persuadeam. Nam vtrum hi ab Ægyptijs, an hi ab illis prima Philosophiæ suæ fundamenta susceperint, meritò quispiam dubitare posset; nisi sacræ literæ luculenter superstitiosæ Religionis fundamenta, & architectonicas rationes, ex Hebræorum lege desumptas passim monstrarent. Sic enim legitur in libris Machabæorum: *Et expanderunt libros legis, de quibus gentes scrutabantur similitudinem simulachrorum suorum, & attulerunt ornamenta Sacerdotalia*, &c. Certè Cabala, quam ipsi ab Adamo ad Enoch, ab Enoch ad Noëmum, ab hoc ad Abrahamum, ab Abrahamo ad Mosen, à Mose denique ad reliquam posteritatem continuâ traditione à primis Mundi incunabulis ad hæc vsque tempora propagatam dicunt, nihil aliud, nisi hieroglyphicæ Sapientiæ archetypus fuisse videtur. Hebræos enim primos mortalium scientias & artes, similiaque recondita sacramenta columnis saxeis, lateritijsque Obeliscis, tanquam perennia antiquæ Sapientiæ testimonia contra omnem ignium aquarumque violentiam insculpsisse, testatur Iosephus; quos Simiæ Hebræorum Aegyptij à Chamo edocti, imitati sunt,

l. 1. c. 3. v. 49

Cabala Hebræorum.

vt

vt alibi oſtendimus. Dictis fidem faciunt quamplurima, quæ inter ſacras Ægyptiorum ſculpturas paſſim inueniuntur, neſcio quid indigitantia Hebraicum. Quid enim aliud Sphynges illæ Aegyptiacæ, quas in templis ſuis ad ἀῤῥήτα καὶ αἰνιγμάτα, hoc eſt, ineffabilia ſacramenta demonſtranda, inſculptas habebant, niſi Cherubinorum corpora arcæ ſuperpoſita repræſentare videntur? Quadriformes verò τῆς κοσμικοσίων, teſte Clemente, in publicis ſolennitatibus circumferri ſolitæ aureæ imagines, nihil aliud retuliſſe videntur, niſi quatuor illa apud Ezechiëlem animalia, tot ſcriptorum monumentis celebrata. Adde ſecretiorem illam Hebræorum de Deo, Angelis, Dæmonibus, quam מרכבת quadrigam vocant, ſapientiam, cum Aegyptiorum dogmatis penè eſſe eandem, vt & in Cabala fuſè oſtendimus. Multa hîc dicere poſſem de virga Moſaica, de ſacro Tau, de Serpente eleuato in deſerto, de alijs ſacris inſtrumentis quibus paſſim in ſacrificijs ſuis vtebantur, de capitum ornamentis, habituque Sacerdotali, quorum omnium notiſsima veſtigia inter hieroglyphica reperiuntur. Sed quoniam in toto hoc Opere de ijs copioſa paſsim dabitur dicendi materia, ſingula in ſua loca differemus. Interim ſatis erit, hîc obiter tantùm demonſtraſſe, quantum reconditioris literaturæ Hebræorum & Arabum cognitio faciat ad hieroglyphicæ literaturæ inſtaurationem; & quòd illa ſola ex Orientalium petenda ſit fontibus. Imò auſim ſanctè affirmare, quòd eiuſmodi linguarum neglectus, ſicuti inducit ignorantiam rerum eximiarum, antiquitatum hactenus inauditarum, aliarumque artium ac ſcientiarum æternis tenebris damnatarum; ita earum cultus & promotio ingentia non Reipublicæ tantùm literariæ, ſed & toti Eccleſiæ, ac Reipublicæ Chriſtianæ commoda præſtat & emolumenta.

l. 5. Strom.

CAPVT III.

De fide, ingenuitate, cæteriſque ad ſtylum & ſcribendi rationem pertinentibus, quibus in hoc Oedipo proceſſit Author.

Obiectio.

INter cætera Lectoribus meis non exiguam admirationis ſuppeditabit materiam, Authorum quorundam exoticorum, videlicet Arabicorum, Hebræorum, Chaldæorum, Perſarum, Coptorum, aliorumque ſimilium frequens allegatio; de quibus id mihi obijci poſſe video: Quis Authores hoſce vidit? quis ſcit, vtrum teſtimonia & authoritates ſincerè & candidè depromptæ ſint? vtrum ingenua locorum interpretatio allata? Quod iudicium vt præuenirem, ſinceritatis meæ teſtes volui dictorum idiomatum peritos, quibus priùs autographo ante oculos expoſito depromptas authoritates examinari curaui. Librorum exoticorum textus examinarunt, & cum autographo contulerunt quotquot ferè in Triumpho polygloſſo Cæſaris honori conſecrato, in linguis magis exoticis, ſuam impenderunt operam; Arabica & Syriaca Maronitæ; Hebraica & Chaldaica Ioan. Bapt. Iona earundem Profeſſor Pontificius, deinde R. Iſaac & R. Dactylus Romani, quorum vterque à me pretio conductus locis ex

Solutio.

Rabbinorum monimentis fideliter depromendis Amanuenſis munus obijt; quibus ſucceſsit præſentis Operis Typotheta Zacharias Dominicus à Kronenfeld Palæo-Pragenſis, qui pleraque ex ipſis autographis, vt maiori fide procederetur, compoſuit. Vt proinde de mea fide & ingenuitate nemo ampliùs dubitare poſsit, niſi omnis humanæ fidei peſſundator; cui contradicere, nihil aliud eſt, quàm nodum, vti dici ſolet, in ſcirpo, pilumque in ouo quærere. Quod ſi quis fecerit, is ſe longiſsimè à veritate rei, à candore humani pectoris, à noſtra intentione abeſſe intelligat; nec me culpet, ſed animum ſuum; caueatque nè idem fortaſsis ſibi contingat, quod ictericorum linguis & oculis ſolet, vt quæ alba ſunt omnibus ſanis, quæque ſuauia, illis amara, lurida, varijſque infecta coloribus videantur.

Scribendi genus.

Quòd autem ad ſcribendi genus attinet, nec illud ex æquo placiturum præuideo, cùm & in hoc ſubinde diſpliceam mihimetipſi. Nam dum in eo artium, ſcientiarumque, vti & exoticarum linguarum vbertate, ſingula conor attingere, idque quàm breuiſsimè; vix rerum chaos effugere potui, præſertim quando, quod vſu & ratione collegerim, oratione ſubtili & preſſa ad Atticorum aures teretes explicare non vſquequaque vacauerit. Sæpe maioris ingenij putem, loco ſuo & tempore in abditiſsimarum rerum expoſitione cultum negligere, quàm religiosè in omnibus obſeruare. Itaq; neq; Tullianam phraſin, nec numeros ſemper amplectimur, ſed pro ratione materiæ & argumenti polychromatico genere vtimur. Notis & ſymbolis defectu aliorum noua ſubſtituimus nomina. Fucos etiam conſultò, argumento quod tractamus ita iure ſuo veluti poſtulante, omittimus; ſecùs enim facere, nihil aliud foret, quàm rugoſam vetulæ faciem irrito conatu & imprudenti conſilio, pulchram reddere velle. Vnde hæc illis relinquimus, qui in ſcriptis ſuis veluti ad Lydium Ciceronianæ eloquentiæ lapidem concinnandis, omnem ætatem conſumunt. Mihi argumentum graue, difficile, arduum, ſubtile, reconditum ijs verbis, quæ non tam elegantiam, quàm claritatem præſeferant, explicaſſe ſufficiat.

Quod reliquum Oedipi ſpectat, boni Oedipi partes explere conatus ſum, id maximè ob oculos mihi prę figendo, vt vera dicerem, & hucuſq; Reip. Liter. incognita, hoc eſt, factorum genera tantùm, non modos & ſcrupula proſecutus, niſi cùm tutò atque vtiliter addi loci opportunitas peteret: nam multis affectione multiplici multa affinxit tumor, pleraque etiam vera comperta, ſed prorſùs ſuperſtitione enormia ad punctum explicare non tulit hæc ætas, dum adhuc animi curioſi doctrinæ incendijs calent, rerumque iam dudum proſcriptarum vigor non tam ad incitandos homines, quàm inſtruendos propoſitis adhæreſcit.

Habes inſtituti mei rationem, Lector beneuole, in qua ſi quid laude dignum, Deo bonorum omnium largitori id imputes velim; ſi verò nonnulla diſpliceant, illa vel excuſes, vel meliora ſubſtituas.

CA-

CAPVT QVARTVM.

CAPVT IV.

De difficultate Operis, & auxilijs à varijs in hoc Opere collatis.

QVi nauigant mare, enarrant pericula eius; qui incognitos abditarum rerum receſſus explorant, quot laboribus, curis, vigilijs ſe conficiant, quot difficultatum ſcopuli ſuperandi, quot inculta, auia, & deuia deſerta adeunda, cum quot monſtris concertandũ ſit, ſolos illos noſſe mihi perſuadeo, qui ſimilia vel attentarunt, vel difficultatibus territi, veluti deſperatione in tranſuerſum acti à propoſito ſibi tramite deſtiterunt. Ego ſanè, ſi quis alius, in hoc præſenti Opere omnia dictarum difficultatum præcipitia me expertum eſſe, dicere non inficiabor. Hiſtorias conſcribere, Mathematum dulcia illuſtrare viridaria, Philoſophica Theologicaque ſolis opinionum diſparatis fulta ſententijs meditari, cœteriſque liberalium artiũ ſtudijs publico bono incumbere; tranquillũ, mellifluum, & plenum dulcedinis argumentum, huius difficillimi comparatione non immeritò dici poteſt: Siquidem in hoc, dum vbique, vti dici ſolet, aqua hæret, quàm anxius Scriptori animus? quàm dubia & perplexa mens? quantæ animi corporiſque contentiones? dum vix cubitum ſine ſcopulo, vix pedem ſine offendiculo, vix palmum deniq; ſine indomabili monſtro progredi licuerit. Sed quid in tam horrida ſolitudine, conſilio omni, duce adhæc & directore expers facerem? paucis explico. Hìc omnia antiquitatum monimenta inſpicienda; Muſea, Bibliothecæ tùm Romanæ Vrbis, tùm totius pænè Europæ conſulendæ; hîc famoſa Codicum Orientalium autographa ex Græcorum, Hebræorum, Arabum, Syrorum, Chaldæorum, Coptitarum reconditorijs deprompta, primò incredibili labore peruoluenda, deinde tranſcribenda, demum interpretanda fuerunt: vt verò huiuſmodi obtinerem, mox literarium cum doctis non Europæ tantùm, ſed & Africæ ac Aſiæ celebribus Viris, (ſine quorum inſtructione & conſilijs fieri non poſſe videbatur vt Opus deſideratam perfectionem nanciſceretur) commercium linguâ vnicuique vernaculâ, non ſine ſumptibus inſtituendum fuit. Vt interim labores, tùm in Obeliſcis, tùm in cœteris monimentis Ægyptiacis, tùm Romæ, tùm alibi ſuperſtitibus, & ad me tranſmiſſis, genuinâ ſinceritate delineandis, incidendis, exponendiſque exanthlatos ſileam.

Difficultas Operis.

In ſubſidijs conquirendis labores.

Verùm quid opus eſt ſingula fuſiùs commemorare, cùm vel ipſa Operis præſentis inſpectio, veluti in ſpeculo quodam lucidiſſimo, laborum concatenatorum ſyſtaſes ſat ſuperque exhibeat? Sed venio ad auxiliares doctorum Virorum copias recenſendas. Cœptum hoc Opus primò fuit ad inſtantiam Nicolai Peireſcij μαικαίτα, in Parlamento Aquenſi Prouinciæ Galliæ Narbonenſis Senatoris ſapientiſſimi, cuius Viri ampliſſima in Remp. Literariam merita talia ſunt, vt nulla poſteritatis obliuione deleri poſſe videantur. Legat, qui volet, vitam eius immortalitate & prægrandium moliminum ideis plenam, à Petro Gaſſendo doctè concin-

Cooperatores Operis.

cinnatam ; & apertè reperiet, eum in literarij negotij cultura ardenter promouenda, ſibi hucuſque parem non habuiſſe. Excurreram ego tunc temporis Auenione Aquas ſextias, inde D. Magdalenæ ſpeluncam religionis gratiâ viſitaturus : vbi dum Peireſcio primùm arctiſſima amicitiæ neceſſitudine iunctus, nonnullum tùm in Mathematum, linguarumque Orientalium notitia, tùm potiſſimùm in hieroglyphica interpretatione ſpecimen exhibuiſſem ; dici vix poteſt, quàm ardenter ac ſtudiosè incepti commercij proſecutionem coluerit ; quantum me ad inſtitutum proſequendum animauerit ; quàm ſollicitè nè alijs ſtudijs, præterquàm his, à ſuperioribus meis addicerer, curârit ; quàm promptâ & liberali manu quęcunque ad inceptam telam vrgendam vſui eſſe poterant, ex prædiuite ſua Bibliotheca adminiſtrârit, ac numis etiam ad vſui futura deſcribenda inſtruxerit. Et quoniam negotium non niſi Romæ, veluti vnico totius hieroglyphicę Literaturæ theatro, ad deſideratum finem perduci poſſe videbat ; primò cum Eminentiſſimo Franciſco Cardinale Barberino ardenter egit, vt obtenta ab Admodum Reu. Patre Noſtro Generali Mutio Vitelleſco, Soc. IESV pro tempore Generali, licentia eò vocarer : deinde per ſemetipſum, datis ad eundem Vitelleſcum literis, obnixiſſimè rogauit, vt propediem me ab itinere Viennenſi, quò Cæſarei Mathematici munere functurus pergebam, abſtractum Romam aduocaret. Quod omnium horum me inſcio, factum fuit. Cardinalis Barberinus, vti & cœteri illuſtres in Vrbe Viri, iam à Peireſcio de meo aduentu inſtructi, nouæque molitionis inſolentiâ incitati, nihil non egerunt vt quibuſcunque modis Opus inceptum promouerent. Et quoniam non pauci de inſolenti rei nouitate dubij, fidem vix adhibere poſſe videbantur rebus à me præſtandis ; ideo vt propoſiti mei rationes luculentiùs oſtenderem, Prodromum primò ad omnes Literatos præmittere viſum fuit, qui anno 1636 dicti Cardinalis Barberini ſumptibus prodijt. Qui cùm expectatione maiorem in animis Literatorum opinionem mouiſſet ; literis vndique ad me datis humeros oneri ſubmittere coactus, primam Oedipi Ichnographiam condere aggreſſus ſum. Et quoniam negotium ſine linguæ Ægyptiacæ notitia, quam Pharaonicam ſeu Coptam appellamus, optatum ſucceſſum minimè ſortiri poſſe videbatur ; Prodromo Theſaurum linguæ Ægyptiacæ olim vulgaris, quam & Ægyptiacam linguam reſtitutam nuncupamus, auſpicante FERDINANDI III. Cæſaris munificentiâ, ſubiungere viſum fuit, ne quicquam inſtituto tam arduo neceſſarium omiſiſſe videremur. Quod factum fuit anno 1642. Et dum Oedipum ſollicitiùs vrgeo, ecce noui tùm bellorum ingruentium turbines in Italia adeo pertinacem remoram obiecerunt, vt parum abfuerit, quin omnem de Operis proſecutione ſpem abiecerim, atque adeo totum me interim alijs Operibus edendis dederim. Accidit autem, vt Innocentius X. Pont. Max. Obeliſcum in Agonali foro erecturus eius mihi interpretandi curam committeret. Quâ interpretatione feliciter peractâ, ac in lucem promotâ, cùm non exiguam apud Literatos exiſtimationem meruiſſet ; Auguſtiſſimus Imperator FERDINANDVS III., & ipſe edito ſpecimine concitatus, & de mora

Auctor Romam vocatur.

Oedipi conſcribendi occaſio.

Oedi-

CAPVT QVARTVM.

Oedipi certior factus, eum pari passu expediendum censuit. Et nè Opus vlteriorem remoram pateretur, pro sua ingenti magnificentia, tantum mox expensarum, quantum ad omnium linguarum typos Operi edendo necessarios conficiendos sufficeret, largâ sanè & Cæsare dignâ liberalitate submini strauit; quin & eiusdem se Operis motu proprio Mecœnatem constituere dignatus est. Quæ hîc adiungo, vt incomparabiles huius Cæsarei & verè inuicti animi virtutes grata posteritas agnosceret, qui immensa bellorum hostiumque vndique irruentium truculentia tantum non obrutus, ita tamen Marti studeat, vt à limine suo Palladem nunquam excludat. De cuius inuictissimi Cæsaris sapientia,& in bonas artes pronitate, affectuque prorsùs incredibili complura dicenda forent, nisi illa passim in hoc Opere, non quantum decuit, sed quantum pro temporis angustia licuit, commemorassem. De quo non immeritò illud, quod olim Musladinus Persarum sapientissimus de Abubacro filio Abunassi, summâ elegantiâ cecinit, pronunciare queam:

Dorsum Orbis cœlestis còntortum, præ lætitia fuit erectum,	قطعه پشت دو تاي فلك راست شداز حرمي
Quando tui instar magnus matri natus est filius.	تاجو تو فرزند زاد مادر ايام را
Singulare Dei munus est, quando beneuolentia Conditoris Vniuersi	خكمت محض اشت اكر لطو جهان افرين
Incomparabilem præfecerit seruum, communi mortalium rei.	خص كند بنده مصلحت عام را
Æternam sibi acquisiuit gloriam, qui bonum sibi suscitauit nomen:	دولت جاويد يا فت هر كه نكو نام زيست
Illo enim defuncto, bona memoria nomen illius immortale perstat.	كز عقبش نكر خير زنده كند نام را
	وصو تراكر كند ورذكند اهل فضل ۞

Cui proinde Cæsari, si quid dignum præstitum fuit, post Deum acceptum ferat Resp. Literaria. Porrò de Cæsaris in hoc Opus affectu certiores facti S. R. Imperij Electores, cœterique Principes, & illi continuò datis ad me literis Opus non tantùm sollicitarunt, sed & illud subsidijs, tantis Principibus digniss imis promouendum censuerunt; quorum immortalia in me collata beneficia adeo me permouerunt, vt ex debito gratitudinis affectu singulis vnum ex Oedipi argumentis, Cæsare vltrò annuente, consecrare non dubitauerim.

Non defuerunt denique hisce meis conatibus Viri vndequaque doctissimi, qui non solùm ex Hispania, Gallia, Anglia, Batauia, reliquoque Belgio, Suecia, Dania, Germania, Polonia, Italia, Sicilia, sed vel ex ipsa Græcia, Syria, Armenia, Persia, Ægypto, Æthiopia, India, China', Amerika, quibuscum iam à multo tempore literarij commercij necessitudo interceserat, tum varijs antiquitatum monimentis, tùm librorum exoti-

corum

corum argumentis ſubminiſtrandis operam ſuam contulerunt. Quorum nomina cùm paſſim toto hoc Opere vnà cum tranſmiſſis mihi ſubſidijs allegentur, ſuperuacaneum eſſe ratus ſum, eorum hoc loco mentionem iteratò facere. Ijs tamen omnibus & ſingulis vti me obſtrictiſſimum ſentio, ita pro collatis muneribus præterquàm quòd gratias habeam immortales, vel ipſa quoque rerum mihi tranſmiſſarum adiumenta veluti perennia quædam ſuorum in me meritorum trophæa in hoc Opere conſtituenda putaui. Sed nè eum denique, quem primo loco nominare debebam, prætergrediar, Operis difficillimi aſſeclam ſe præbuit P. Gaſpar Schottus, meus in re literaria Socius, Vir non minùs religione, quàm varia doctrinâ apprimè conſpicuus, laborumque impertæſus; aptiſſimus ſanè, qui ſummâ meâ ſorte in laborum partem veniret. Hic pro ſumma rerum tractandarum peritia priùs totum recenſuit Opus, incredibilique diligentiâ correxit; cui proinde meritò quicquid terſum & elaboratum id continet, eiuſque in limandis iterumque poliendis argumentis iudicio, adſcribi debet.

P. Gaſpar Schottus.

CAPVT V.

De methodo, qua Author in hoc Opere vſus eſt.

OEdipum Ægyptiacum magno parturientis ingenij æſtu in publicam Mundi lucem adornaturo, appoſitè ſanè elegans illud Hebræorum epiphonema animo ſubuenit: כתב בלי סדר חשרה בלי עבודה: *Liber ſine ordine & methodo, ager eſt ſine cultura.* Cum itaque in Opere tanta rerum exoticarum varietate referto, ſingulari quâdam methodo, ſine qua nihil rectum, nihil pulchrum, nihil exquiſito ordine ritè digeſtum eſſe poteſt, opus eſſe cognoſcerem, nè ſilueſcente vaſti Operis campo odioſam illam ἀταξίαν confuſionem, quæ in magnis vtplurimùm voluminibus, non ſecùs ac vmbra lucem, ſequi ſolet, incurrerem; diu multùmque, fateor, perplexus hæſi, quânam ratione ordinem pulchrum, & exquiſitam methodum, multiplici Veterum eruditione vario Operi inducerem, nè dum confuſè omnibus in vnum temerè congeſtis locum, in abſtruſiſſimarum rerum expoſitione tenebras tenebris obuoluerem, & dum Oedipi officium exequi mihi propoſitum eſſet, ex confuſionis interueniente obſcuritate, Sphyngis officio functus dici poſſem. Vti verò vnicus huius Operis finis & ſcopus fuit hieroglyphicæ doctrinæ hucuſque abolitæ per integram, fidelem, & ſinceram interpretationem reſtitutio, ita mox ab ipſa interpretatione Opus auſpicari omninò neceſſarium videbatur. Verùm cùm interpretationis factæ ratio, auctoritates congruas ex melioribus veterum Authorũ monumentis depromptas exigeret, ſubiungendæ mox illæ videbantur, vt ijs expoſitarum rerum ratio deſideratam in Literatorum animis fidem & exiſtimationem obtineret. Sed nec ſic quidem confuſionem me vitare poſſe apertè cognoui; imò Lectorem ex tanta authoritatum coaceruatione non dicam fructum aliquem ex præſtita interpretatione

con-

conſecuturum, quin potiùs Ariadnæ expoſitionis filum, in tanta occurrentium materiarum diſcurſuumque prolixiſſimorum congerie, prorſùs perditurum, luculenter vidi.

His itaque rationibus motus, alium ordinem excogitaui, vt nimirum omnem hieroglyphicæ rationis ſeriem, præuijs Tomis veluti in apparatibus quibuſdam exhiberem, vt hoc pacto interpretationis ratio in tertio Tomo peragenda ſine impedimento procederet; conſultius eſſe ratus, vt Lector in interpretationibus tertio Tomo expeditis, ad in prioribus duobus Tomis materias, quanto fieri potuit, exquiſitâ methodo, ordine, & ratione digeſtas, veluti ad radices, & hieroglyphicæ doctrinæ fundamenta peramplè tractata, remitteretur: ſic enim futurum ſperabam, vt Lector inoffenſo pede progreſſus expoſitionum factarum energiam luculentiùs, & maiori cum ſatisfactione perciperet. Quod inſtitutum meum peritiſſimis Viris communicatum cùm haud parum arriſiſſet, ipſorum conſilium & approbationem ſecutus, primo ſtatim libro, de origine ſuperſtitionum Ægyptiacarum, ac πολυθείας radicibus agere viſum eſt, quod & *Templum Iſiacum* nuncupauimus; in quo parallelâ quâdam methodo omnes Hebræorum, Græcorum, Chaldæorum, Perſarum, Indorum ſuperſtitiones, non aliam quàm ab Ægypto originem habuiſſe oſtenditur. Et quoniam huiuſmodi ſuperſtitionibus magna hieroglyphicæ doctrinæ portio innititur, fieri non poſſe videbatur, vt ſub diuerſarum memoratarum Gentium ritibus & cœremonijs non exigua quoque hieroglyphicæ diſciplinæ, licet hinc inde ſparſæ, & in mille fruſta diſcerptæ, veſtigia elucerent, quibus in vnum collectis magnum in reſtituenda diſciplina lumen Oedipus nanciſceretur; quæ omnia hoc dicto primo Tomo exhibentur. Quoniam verò Ægyptij in hieroglyphicorum ſtructura ex omnium ſcientiarum artiumque penuarijs congrua ſymbola, quibus ſapientiæ ſuæ arcana Mundo venditarent, eruebant; hinc Tomum ſecundum ſub nomine *Phrontiſterij Ægyptiaci* adornauimus, in quo per duodecim Claſſes vniuerſam Ægyptiorum Encyclopædiam, parallelâ quàdam deductione ad Zoroaſtræam, Orphaicam, Cabalicam, Pythagoricam, Platonicam Theoſophiam comparatam exhibuimus; atque hoc pacto pomum granatum inuenimus, fractoque cortice totius Sapientiæ Ægyptiacæ nucleum eruimus, atque adeo omnem cœterarum Gentium Philoſophiam non aliunde quàm ab Ægyptijs proceſſiſſe oſtendimus; quam & diuinâ gratiâ opitulante veluti ex ſonte quodam per riuos in duodecim tandem areolas ſeu claſſes, vti ex ampliſſimis rerum agitatarum argumentis conſtat, deriuauimus. His itaque præmiſſis tertium Tomum Oedipi orditi ſumus, in quo, quicquid in Vrbe & Orbe hieroglyphicorum monimentorum ſuperſtes fuit, expoſitum habes, eâ tamen methodo, vt enodata occurrentium hieroglyphicorum expoſita ſchemata haudquaquam αἰνιγμάτα ſeu indemonſtrata relinquamus, quin potiùs, ſingula congruis authoritatibus ex omnigena doctrina depromptis comprobare ac ſtabilire contendimus. Et nè Lectorem longorum diſcurſuum argumentis obrueremus, eundem vlterioris notitiæ cupidine ad deſideratas

materias in duobus prioribus Tomis ex professo traditas, veluti ad compositionis factæ complementum remittimus. Quæ quidem omnia quia ex ipsius Oedipi structura luculentiùs Lector percipiet, ideo fusioribus verbis ea describenda non existimaui.

Habes itaque, beneuole Lector, viginti annorum Opus continuo mentis æstu partum. Illud certè semper profitebor, si quid in eo feliciter inuentum sit, si quid diligenter explicatum, id totum Dei esse; si quid perperam, si quid minùs considerate dictum, meum; cuius vt fuit in multis errare & decipi, ita erit, errata non solùm cognoscere & corrigere, verùm etiam illa corrigenti siue indicanti gratiam immortalem habere. Operam & laborem non inficior fuisse magnum, tantumque, quantum fortassis nemo suspicari queat. Id quod mirandum non est, si rei susceptæ grauitas & amplitudo cum ingenij nostri viriumque imbecillitate conferatur. Denique protestor, quòd vti ad diuini Numini gloriam omnia mea vnicè cedere cupio, ita meritò iniquus sim, si aliam mercedem requiram præterquàm eam, quæ omnibus seruientibus ei merces est magna nimis, Deus Optimus Maximus, cui viuo, cui seruio, cuius mea omnia sunto.

BE-

BENEVOLO LECTORI

Auctoris in re Literaria Socius

P. GASPAR SCHOTTVS E SOC. IESV S:

AEGYPTIORVM eximiam ſapientiam fuiſſe, & omnium Gentium ſapientiâ maiorem, non profanæ tantùm, ſed ſacræ etiam teſtantur hiſtoriæ. *Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientiâ Ægyptiorum*, inquit ipſe Diuinus Spiritus, Act. 7. v. 22. per ſanctiſſimum Protomartyrem Stephanum Moyſis ſapientiam commendans. Salomonis quoque ſapientiam fuiſſe ſummam, non aliâ ratione perſuaderi nobis poſſe cenſuit idem Dei Spiritus, qnàm ſi illam Ægyptiorum ſapientiæ præferret. *Dedit quoque Deus*, habetur Reg. 3. c. 4. *ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis* &c. *Et præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum*. Erat verò illa tam celebris apud omnes Nationes, tantamque ſui excitauerat admirationem ac deſiderium, vt vel ipſi Græcorum Sapientiſſimi, Pythagoras, Plato, Democritus, Eudoxus, alijque illius addiſcendæ gratiâ Ægyptum adire non dubitauerint; maluerintque apud alienos diſcipuli eſſe, quàm apud ſuos Magiſtri. Vnde colligas, non vulgarem fuiſſe Ægyptiorum ſapientiam tantopere decantatam, nec apertam & expoſitam omnibus, puta Arithmeticam, Geometriam, Aſtronomiam, Muſicam, Mechanicam, Medicinam, aliamuè hiſce ſimilem; hæ quippe omnes vel maximè florebant apud Græcos, tunc etiam, quando aliam abſtruſiorem extra ſuos fines quærebant ſumma ipſorum lumina. Maior ergo erat & hiſce præſtantior, taliſque planè, vt non niſi Ægyptiorum Sacerdotibus, ac Regibus, alijſque paucis ad Sacerdotalem Regiamque dignitatem aſpirantibus communicaretur; ijſque iure iurando adſtrictis de ea non propalanda. Qua etiam de cauſa non libris corruptibilibus, ac facilè exportabilibus, ſed ſaxis duriſſimis, immenſæque molis illam inſculpebant, tectam inſuper varijs animalium, plantarum, Inſtrumentorum, aliarumque rerum ſacrarum velaminibus, ceu quibuſdam myſterijs; vnde & hieroglyphica appellantur ſymbola. Quæ quidem hieroglyphica ſymbola nihil aliud continebant, quàm grauiſſima, altiſſimaque non tam Phyſicæ, aut Politicæ, quàm Theologiæ myſteria de Deo, diuiniſque Ideis, de Angelis, Dæmonibus, cæteriſque mundanarum Poteſtatum claſſibus atque ordinibus; de ritibus inſuper ac cæremonijs ad Deum placandum, ad trahendos Genios, ad Dæmones pellendos, ipſamque adeo θεολημψίαν ac θεμόρφωσιν adipiſcendam. Quanquam his ipſis ſymbolis ad alia quoque ſignificanda, bonaque plurima obtinenda, & mala auertenda vtebantur, velut prophylacticis efficaciſſimis, & vnicè, vti ipſi putabant, neceſſarijs.

Ægyptiorum Sapientia.

Hæc igitur Iſiaca ſymbola, Pyramidibus, Obeliſcis, Saxis, Menſis,

Kircheri ſtudium in Sapientia Ægyptiorum addiſcenda.

Statuis, Abacis, Vaſis inciſa cùm ſciret præſentis huius Operis Author P. Athanaſius Kircherus tot eſſe myſterijs turgida, ac tam abſtruſam, tam laudatam ab omnibus, tam expetitam à Sapientibus, tam ab ipſo Deo commendatam recludere ſcientiam; nihil reliquit intentatum, quò aditum ſibi ad illam, indefeſſo licet multorum annorum ſtudio, pararet. Quod hâc tandem ratione feliciſſimè, & magno Reipublicæ Litterariæ bono, eſt aſſecutus.

Peritia variarum linguarum.

Erat præter Latinam, Græcam, atque Hebraicam linguam, quas ab ineunte quaſi ætate calluit optimè, Arabicâ etiam, Chaldaicâ, Syriacâ, Armenicâ, Samaritanâ, Copticâ ſeu Ægyptiacâ, alijſque apprimè inſtructus; adeo vt à multis iam annis non ſolùm cum Græcis græcè, cum Hebræorum Rabbinis doctiſſimis hebraicè, ſed cum Arabibus, aliarumque Aſiæ & Africæ Prouinciarum aduenis, quorum nullo non tempore ingens eſt hîc Romæ numerus, loquatur paſſim linguâ cuique vernaculâ, ſummo meo & aliorum ſtupore. Sciebat præterea, librorum plurimos enumeratis idiomatibus exaratos, ſeu typo, ſeu calamo, continere ſparſim non pauca Ægyptiorum myſteria explicata; ſperabatque, ſi dicta Authorum loca notaret, eaque cum hieroglyphicis Obeliſcorum, aliorumque ex Ægypto allatorum fragmentorum notis conferret, fore vt pertinaci ſtudio, & combinatione frequenti, non exiguam illarum aſſequeretur notitiam. Cogitatum, factum. Excutit igitur mox Bibliothecas plurimas, publicas atque priuatas, in Germania, Gallia, Italia, Romæ præſertim, ac etiam in Sicilia, & Melita: conquirit, aut tranſcribit, quotquot de illo argumento tractant, libros vtplurimùm ſemeſos, pulueribus ac blattis obſitos, ac peſſimo, alijſque ferè illegibili charactere exaratos; cuiuſmodi ſunt omnes pænè illi, quos ſuo in cubiculo adhuc conſeruat, quibuſque in huius Operis compoſitione eſt vſus. Voluit ac reuoluit quos conquiſiuerat, libros, at tales pleroſque, quos Viri alioquin in linguis peregrinis exercitatiſſimi non dicam explanare, ſed nè legere quidem poterant ob exoticum ſcribendi modum, & characteres inſuper carie ſemiconſumptos. Adit præterea huius Vrbis Fora, Ergaſteria, Gazophylacia, Muſea, loca denique omnia, in quibus Ægyptiaca monumenta ſupereſſe nouerat; perſcrutatur ſingula diligentiſſimè, notat atque depingit hieroglyphica omnia: nec vnicâ inſpectione contentus, adit loca eadem iterum ac ſæpius, luſtratque quæ viderat antea, ac denuo notat, quæ vel notauerat ipſe, vel ab alijs notata acceperat; nimirum vt nè vel hilum aberraret ab ectypis, à quibus alios ante ſe tantopere aberraſſe deprehenderat. Neque hiſce contentus, ſcrutatur etiam per Amicos ac literarum fautores Romam alteram, Byzantium; quin & ipſam hieroglyphicæ ſcientiæ altricem Memphim (Cayrum nunc appellant) Memphiticoſque campos, ac Nili Inſulas adiri iubet; & quotquot vtrobique locorum ſuperſunt hieroglyphica, delineari accuratiſſimè, atque deferri ad ſe curat. Rogat præterea, miſſis literis, Europæ totius Viros literatos, & quotquot in Aſia, Africa, America nouerat è Societate noſtra, alijſque Religioſorum Ordinibus Viros doctos, vt quidquid hieroglyphicum

Studium in comparandis & euoluendis libris Orientalium.

In conquirendis hieroglyphicis.

ſa-

ſaperet, ad ſe mittere dignarentur. Quod quidem præſtitum fuit liberaliſſimè, ipſis etiam Principibus Viris ſua conferentibus ſymbola. Hâc occaſione ingentem acquiſiuit hieroglyphicorum, idolorum, ſimulachrorum, gemmarum, amuletorum, periaptorum, teleſmatum, lapidum, ſimiliumqne rerum copiam, quæ paſſim huic Operi interſeruntur, omiſſis tamen ijs quæ Ægyptum non ſapiebant. Interim librorum loca notata confert cum locis alijs, hieroglyphica cum hieroglyphicis, Obeliſcos integros cum Obeliſcis, ſtatuarum, vaſorum, tabularum characteres inter ſeſe, & cum Obeliſcorum characteribus, inchoato etiam hieroglyphico Alphabeto, cuius etiamnum fragmentum inter Authoris Aduerſaria reperio.

Hieroglyphicæ literaturæ ſumma peritia.

Hâc tot annorum diligentiâ, coniuncta cum ingenij perſpicacitate, acri iudicio, tenaciſſimâ memoriâ, omnigenâ eruditione, Author noſter tantam adeptus eſt Hermeticæ ſeu Ægyptiacæ Sapientiæ, tot ab Authore ſuo potiſſimo Triſmegiſto inuolucris tectæ, à tam paucis olim cognitæ, tot retrò ſæculis penitùs neglectæ, ac non niſi in Orientalium exoticis libris ſparſæ, tot votis ab Auguſto olim Cæſare, & ſuperiori ſæculo à Sixto V. Pont. Max. concupitæ cognitionem, quantam prodidit antehac in Prodromo Copto, Obeliſcoque Pamphilio, & nunc Mundo erudito proponit in hoc ſuo eruditiſſimo, rariſſimo, verèque πολυμόρφῳ Opere. De qua hieroglyphica cognitione atque peritia quid ſentiant docti, vel ante Operis huius lectionem, oſtendetur ſuo tempore ac loco, luculentiſſimis ea de re prolatis in medium teſtimonijs, eruditorumque plauſibus. Quid Roma de eadem ſentiat, ac Purpuratorum eruditi, hîc paucis aperio.

Pontificis iuſſu Obeliſcum Pamphilium interpretatur Kircherus.

Innocentius X. Pont. Max. cùm Obeliſcum in Caracallæ Hippodromo ſepultum, confractumque, erigere in foro Agonali, in Vrbis æternæ monumentum æternum, ſtatuiſſet; & nè ſaxea moles myſterijs Iſiacis turgida ſine expoſitione eorundem inanimis maneret, vehementer cuperet; P. Athanaſium Kircherum (vtpote quem literaturæ hieroglyphicæ peritiâ celebrem eſſe nouerat) tanquam huic arduo, & à multis iam ſæculis deſperato negotio cum plauſu peragendo aptiſſimum, præfecit. Qui Pontificijs iuſſis refragari nefas ducens, mox commiſſi ſibi negotij curam ſummâ alacritate, tanto imperio animatus ſuſcepit. Obeliſcus itaque ex dicto Caracallæ Hippodromo aduectus, cùm inſignem (quæ infeſta eſt temporis edacitas) corruptionem paſſus fuiſſe deprehenderetur; ex ſimilis ſaxi fragmentis, quorum ingens hìc copia paſſim extat, illum reſarcire fuit neceſſarium. Quod cùm ſummo Architecti ſtudio fuiſſet feliciſſimè peractum; quoniam Obeliſcus in tanta ſcriptilium elementorum varietate & copia lacunas quaſdam characteribus vacuas, ob fragmenta interſerta exhibebat; nè tota moles fœdis hiſce plagis deturpata, deformem conſtitutionem curioſioribus ſpectantium oculis præberet; Architecto cumprimis, vti & cæteris prudenti indicio negotium ponderantibus, expedire viſum fuit, vt eiuſdem Obeliſci Oedipus Kircherus, pro ſua ſagacitate atque peritia, mutilum & mancum hieroglyphicæ literaturæ contextum de ſuo ſuppleret. Factum eſt citiſſimè quod fuerat iuſſum, aſſerente Kirchero genuinam illam eſſe contextus totius reſtaura-

ratio-

rationem, nec alia in locis, quàm quæ reſtituërat, defuiſſe ſchemata. Quæ res cùm admiratione defixos teneret nonnullos, atque adeo Authorem de ſuco aliquo ſuſpectum haberent; accidit vt Antiquariorum nonnulli de fragmentis in cauea, vnde Obeliſcus extractus fuerat, adhuc ſuperſtitibus, neſcio quibus coniecturis, certiores facti, locum altiùs examinandum, ſpe reperiundorum fragmentorum, cenſuerint. Quo peracto, omnia ad vnum fragmenta, ſingulari Dei beneficio, reperta ſunt. Acuit ea res vehementer deſiderium quorundam Kircherianæ peritiæ, & in ſupplendis ſupradictis lacunis fidelitatis explorandæ. Quare mox in forum aduecta, cùm ſingula ſuis fuiſſent commiſſa locis, repertum cum admiratione fuit, adeo ſincerè & genuinè ſuppleta fuiſſe hieroglyphica ſchemata, ac ſi ex ipſo prototypo deprompta fuiſſent. Fuit hæc res ad Eminentiſſimum Cardinalem Capponium, negotij huius præſidem, mox delata; qui examinata rei ſerie, eam prorſùs vt audierat comperit, & vel ex hoc capite collegit ſapientiſſimus Princeps, fieri non poſſe, vt Interpres Kircherus arcanam literaturæ hieroglyphicæ conſtitutionem non apprimè calleat, cuius tanta in reſtituendis genuinè ſymbolis fuiſſet peritia. Confirmat hæc omnia, totius rei geſtæ auritus oculatuſque teſtis Excellentiſsimus ac Celeberrimus Vir Iacobus Gibbeſius, Doctor Medicus, ac totius Philologiæ cultor eximius. Quod cùm me minimè lateret, Virum adij, ab eoque enixè contendi, vt quemadmodum res geſta eſſet, authenticum teſtimonium dare nè grauaretur, vt ſic quanta cum ingenuitate, & ſinceritate, nec non rara ſuſcepti Operis peritia in Pamphilio Obeliſco interpretando Author proceſſerit, poſteritati ſuâ etiam fide digniſsimâ atteſtatione conſtare poſſet. Annuit Vir humaniſsimus, & quod petieram, abundè præſtitit; cuius proinde autographum hîc apponendum duxi. Cùm enim acutiſsima polleat criſi, & propter totius Philoſophiæ cultum, multiplicemque linguarum notitiam, literario inchoro triumphet; futurum ſpero, vt hoc grauiſsimo teſtimonio nonnullorum incredulorum, qui ſuo alios pede metientes, vix fieri poſſe putant ab alijs, quæ ſibi impoſsibilia experiuntur, ſcrupuli euellantur, & hoc pacto præſtitæ ab Authore noſtro operæ veritas Mundo magis eluceſcat. Sic ergo ad me ſcribit:

Obeliſci Pamphilij lacunas vacuas ſupplet peritiſſimè.

Admodùm R. P. Gaſpari Schotto, è Soc. IESV, Iacobus Albanus Gibbeſius, Med. Doct. S. P. D.

NOn poſſum non probare vehementer amorem tuum, itemque amare ſolertiam, quo te vtroque ferri atque vti video in vindicando populari & ſodali tuo, Athanaſio noſtro. Quid enim? an Momis licebit iſtis αὐτοσχεδίοις ſemper eſſe loquacibus? impunè ſemper obtrectare non initiatos vni omnium, cùm ab inuentoribus diſceſſerim Ægyptijs, ſummo Myſtagogo? hoc certè pacto non permittes. Eſto, dixerint antè aliquid peſſimi homines arrogantiùs in Magnetem, in Muſurgiam, in Artem Magnam; effutierint etiam quicquid in buccam, imô

con-

confinxerint (ſi Dijs placet) quodcunque in ſolum venerit, de etymo linguarum Orientis, præſertim Copticæ, varijs ab eo libris adhuc iuuene ſcripto, de cæteris Operibus Philologiæ iampridem editis, cauillati moroſiùs vt Sophiſtæ ; illa enimuerò ex ea fuerunt natura rerum, de quibus vel phyſici, vel logici inter ſe, vel grammatici diſceptando conflictari iure poſſent : hæc autem poſtrema volumina , ſimplex illud Pamphilianum primùm, quod de Sothis, antiquiſſimi Ægypti Regis, eſt Obeliſco commentatus, quatuorq; præterea, quæ nunc prodeunt ſub Oedipi nomine, FERDINANDO Cæſari dicata, ſunt altiora profectò , ſpirantq; θειότερόν τι , quàm vt id conuiciatores valeant aut mordaces carpere, aut critici iudicare. Atque hîc videre te videor bonum æditimum in primo aditu ac veſtibulo penetralis huius vigilantem, ſeruantemq; commeantes, & quos impuros apprehendiſti , vetere illo, Procul eſte profani, ſummouentem. Perge, mi Schotte, vt cœpiſti ; & ſi qui erunt tam perfrictæ frontis, vt religioni minimè habeant in hoc etiam Palladium inuadere, tu nè cede malis, propulſa nefariorum impetum conſcientiæ recordatione malefacti, exclama denique quantâ maximâ potes voce, ὑφ' ὑμᾶς, ὦ καθ' ὑμᾶς τάδε. Quòd me autem de facienda fide Obeliſco Pamphilio rogas , ſic Oedipodi authoritatem credens acceſſuram, id licet in re non dubia ſuperuacaneum ſit, egoque meritò cenſear κωμικὸς μάρτυς , qui Coæ Veneris pulchritudini ſubſignare velim, conſtitui tamen parere potiùs cum exiſtimationis meæ periculo , quàm vllo modo deeſſe voluntati tuæ. De Capponio igitur Cardinale, quem ob reconditam literaturam, vſumque rerum maximarum, ſuæ Metæ negotio Summus Pontifex præfecerat, affirmare verè poſſum, teſtis & ſpectator totius rei præſens , atque aliquâ ratione etiam particeps (nam de compoſitione inſcriptionum, quæ in lateribus baſis debebant incidi, agebat mecum) dixiſſe ad memoriam laudemque Authoris ſempiternam grauiſſimis ſanè verbis, vel hieroglyphicam nequaquàm intercidiſſe ſcientiam, vt plerique contendunt, vel, ſi amiſſa eſt, aliam nullam iſtiuſmodi ſymbolis Theologiæ notionem ſubeſſe potuiſſe , quàm Kircherianam. Luculenta verò vox, & Viro cùm doctrinâ, tùm dignitate principe perquàm digna ! Hoc demùm hominum genus extra iactum linguarum poſitum ſyncerè pronunciat, nihilque aliorum famæ detractum vult, quòd ad celebritatem propriam accedere nihil poſſit. Vt enim quiſque ex ſeſe aptiſſimus eſt, ità minimè rebus alterius bonis inuidet. Quocircà, ſi ἓς μύριοι, ſiuè, vt ait ille, Plato mihi vnus inſtar eſt omnium, deſiſte tandem plura conquirere tam anxiè, & aggregare teſtimonia ; ſta huius, mihi crede, ſapientiſſimi Patris vnicè iudicio, nec ceſſa vllo tempore monſtrum ingenij, Kircherum, pro ea, quâ plurimùm vales apud ipſum, authoritate , admirabiliorem quotidiè hortatu tuo facere incitando , Αἰὲν ἀείσθων, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, vt Zoili diſrumpantur. Tametſi non deſunt hac quoque in parte doctiſſimorum Virorum ſine exceptione ſuffragia, quibus abundè , quid de magicis hiſce ſcriptis exiſtiment, ſatis oſtendunt. Ea in Triumpho viginti linguarum Cæſari adornato, beneficentiſſimo patrono, qui vnà, vt opinor , cum Oedipode exit, habebis. Ipſe etiam aliquid Britannico ſermone auſus ſum argutos inter ſtrepere anſer olores ; non quò equidem laureolam in muſtaceo aucuparer, ſed quia eius famam non communibus contentam terminis, verùm extra anni ſoliſq; vias euagatam , ad vltimam Thulen peruaſiſſe, ſciri volui. Vale. Romæ, Ex ædib. Eminentiſſ. Card. Spadæ. Idib. Decembr. 1654.

Ex

Ex his, alijſque quæ ſuprà dixi, euidenter, ni fallor, conſtat, quanta cum ingenuitate & ſinceritate, nec non quàm rara in hieroglyphicis myſterijs notitia proceſſerit Author, tùm in Pamphilio, tùm in cœteris Romanæ Vrbis Obeliſcis interpretandis; ſimulque quantam ſupradictâ diligentiâ comparârit ſibi ſimilium rerum notitiam. Certè, vt ipſemet vidi ſæpiſſimè, nullum oſtenditur ipſi hìc Romæ, aut affertur aliunde (oſtenditur autem, & affertur frequentiſsimè) hieroglyphicum argumentum, quantumuis etiam mutilum, & in fruſta conciſum, cuius non ſtatim ſenſum & interpretationem authoritatibus fulcitam afferat feliciſsimè, eruditiſsimèque. Memini ego, cùm quodam tempore Tabulam Bembinam, quam ante Menſam, cui ſtudendo atque ſcribendo aſsidebat, expanſam tenebat, intueretur attentiùs, tam claram atque inſolitam (vti mihi retulit) lucem illi obortam, vt vnico diſtinctiſsimo intuitu totum deinde Tabulæ myſterium cognoſceret clariſsimè, diceretque, nullâ ratione ſe dubitare, quin ipſiſsimus Ægyptiorum Sacerdotum ſenſus eſſet is, quem in eius expoſitione propoſuiſſet.

Facilitas ac promptitudo in explicandis hieroglyphicis.

Nec Ægyptiorum tantummodò myſteria callet noſter Oedipus, ſed pari dexteritate & eruditione verſat & interpretatur Græcorum ſecreta, Gnoſticorum periammata, Cabaliſtarum arcana, Arabum phylacteria, Saracenorum Alexipharmaca, Impoſtorum denique omnium characteres, ſigna, nugas, ſuperſtitiones, fraudes; vti deprehendes ipſe, Lector, ſi percurres quæ hoc toto affert Opere, præſertim Tomo II. Claſſe 4, 5, 7, ac 10, in Cabala Hebræorum ac Saracenorum, in Arithmetica Arabum, Aſtrologia & Magia Ægyptiorum; vbi innumera adducit & explicat, aut refutat, noua prorſùs, & nunquam antehac typis euulgata. Plura tamen omittit, reperta in Rabbinorum, Arabum, ac Saracenorum libris, aut aliunde ad ſe tranſmiſſa, nè ſcandalo alijs eſſent, & ruinæ occaſionem incautis præberent. Vt autem videas, quam de Kircheri huiuſmodi in rebus peritia exiſtimationem habeant vel illi ipſi, qui non admodum beneuolo erga eum ſunt animo; narrare non grauabor, quid hoc ipſo anno me præſente contigerit. Vir nobilis & eruditus è regione longinqua venit ad Collegium noſtrum Romanum, & euocato vno ex Patribus eiuſdem regionis oſtendit ipſi gemmam arcanis notis, & Græcis characteribus inſignitam, atque Aſſiſij è terra erutam, dum pro templo quodam nouo fundamenta collocabantur; rogauitque vt Domino Athanaſio Kirchero interpretandam offerret, non prodito tamen nomine ſuo. Addidit, illam ſe gemmam in omnibus Italiæ Vrbibus oſtendiſſe Viris doctiſſimis, & in Græca lingua verſatiſſimis; omneſque reſpondiſſe, characteres quidem eſſe Græcos, at voces eſſe peregrinas, ac ſibi ignotas, notarum verò inciſarum ſignificationem ſe penitùs ignorare; ad Kircherum eſſe recurrendum. Faſſus eſt autem Vir ille ingenuè, renuiſſe ſe tam diu ad Kircherum recurrere, nè factæ interpretationis laudem ipſi deferre cogeretur. Adfertur Kirchero gemma me præſente; qui ſtatim reſpondit, gemmam Amuletum eſſe Gnoſticorum, notas ſignificare Genium Solarem, characteres ἰσοψηφῶς legendos; & arrepto calamo reſoluit

Peritia in exoticis characteribus & ſcripturis exponendis.

lite-

literas in numeros, sensum patefecit, interpretationem authoritatibus stabiliuit, Viro transmisit stupenti tam promptam & accommodatam expositionem.

Kircheri summa peritia in explanandis scripturis peregrinis.

Sed quid dicam de rara illa Kircheri peritia in legendis & interpretandis inscriptionibus, quâcunque linguâ, quocunque characterum genere & quantumuis exotico, intricato, aut corrupto exaratis? Ex quo prodijt Prodromus Coptus, vbi præter linguæ Ægyptiacæ, & literaturæ hieroglyphicæ, variarum etiam eruditionum, & difficillimarum interpretationum, nouâ & insolitâ methodo, exhibuit specimina; dici vix potest, quot inscriptiones sacræ, profanæ, superstitiosæ, Magicæ, ac Diabolicæ etiam, in templis, palatijs, cœmiterijs, sepulchris, lapidibus, libris, gladijs, cultris, statuis, nummis, gemmis, amuletis incisæ, aut inscriptæ, fuerint ad ipsum ex omnibus Orbis totius partibus allatæ, vt interpretaretur. Nec defuerunt, qui de Viri peritia dubitantes, alioue siniſtro affectu ducti, characteres alioquin per se satis intricatos intricarent magis, aut adulterarent prorsùs, aut inuerso scriberent ordine. Omnibus tamen ita satisfecit Oedipus noster, fraudes detegendo, nodos implexos soluendo, characteres spurios, adulteratos, suppositicios, inuersos demonstrando, legitimos exponendo, vt non immeritò iam passim ab omnibus omnium linguarum gnarus, & seculi huius Mithridates audiat. Vidi ego non semel explicantem dexterrimè, vel ad primum aspectum, characteres ab omnibus pro inintelligibilibus habitos. Nec diu est, cùm Vir quidam Nobilis atque doctissimus Sigillum misit ceræ impressum, & nescio quibus exoticis characteribus insignitum, vnà cum epistola, quâ fatebatur se dictum Sigillum Viris doctissimis Galliæ, Germaniæ, Belgij, ac Daniæ etiam, Sueciæque transmisisse exponendum; sed omnibus aquam hæsisse; rogabat proinde obnixè Kircherum, auxiliares manus operi tam desperato admoueret. Aderam ego, cùm Kircherus epistolam acceptam legeret, & Sigillum inspiceret; audiuique dicentem, mirari se, neminem scripturam legere potuisse, cùm non esset admodum difficilis. Arrepto igitur calamo, humanissimas mox reposuit literas, vnàque cum exposito doctissimè ac fusissimè Sigillo atque scriptura Viro transmisit. Nimius essem, si omnia quæ in hoc genere acciderunt paucis his annis, quibus Kircheri consuetudine fruor, enarrare vellem. Fatetur ipse, tot se interpretationes in omnes Orbis partes amandasse, vt si colligerentur in vnum, volumen integrum implerent. Dolendum proinde est, alias apud ipsum non reperiri, quàm quas inseruit Prodromo Copto, & secundo Oedipi Tomo.

Kircheri fama, & apud omnes opinio.

Hæc sunt quæ de huius Operis Authoris in rebus Ægyptiacis peritia, in characteribus peregrinis exponendis dexteritate, in interpretandis hieroglyphicis fidelitate, indicanda potiùs, quàm dicenda putaui. Quanquam hæc ipsa etiam omittere potuissem, cùm notior sit in Mundo Viri fama, & apud omnes existimatio, quàm vt dici debeat. Quanta enim sit Kircheri in omni genere doctrina, testantur erudita ingenij monumenta ad posteros hactenus transmissa. Quanta sit fama atque opinio

Principum literæ ad Kircherum.

apud omnes, loquuntur literæ innumeræ Principum, atque doctorum Virorum ad ipsum datæ, testantur encomia eruditorum libris literisque inserta, fatentur omnes, quotquot eum nouerunt, eiusque visendi atque noscendi causa quotidiè accedunt. Reperi in Kircheri Archiuio ingentem literarum copiam, quas plerique Orbis Christiani Principes, & summa Romani Imperij capita ad ipsum transmisêre nullo non tempore, & etiamnum quotidiè ferè transmittunt. Hos inter sunt Augustissimus ac Sapientissimus Imperator FERDINANDVS III.; Serenissima ac Sapientissima Sueciæ Regina Christina; Eminentissimi S. R. E. Cardinales plurimi; Sereniſſimi S. R. I. Electores; Celsissimi, Illustrissimique eiusdem Imperij, & aliarum etiam Nationum Duces, Principes, Comites, Barones, Nobiles sine numero. Qui omnes Kircheri doctrinam mirantur atque deprædicant, de transmissis libris, alijsque ingenij fœtibus gratias agunt, ad alia eruditionis monumenta cudenda hortantur ac sollicitant, sua offerunt & afferunt auxilia, communicant secreta, expetunt arcana, arcanorum enodationem, linguarum peregrinarum, inscriptionum heteroclitarum, characterum ignorabilium interpretationem, dubiorum variorum solutionem exquirunt. Apponerem hîc varias atque prolixas Cæsaris, aliorumque Principum, & doctorum Virorum huius sæculi pænè omnium, literas, affectus singularis, & æstimationis maximæ indices, si loci angustia (in alieno Opere) Auctorisque modestia id permitterent, & ni alteri illas tempori ac loco reseruassem. Contineo ergo calamum vel inuitus, maloque nihil omninò, quàm parum in tanta dicendi copia dicere.

P. S. Prælo iam subiectæ erant hæc pauca quæ dixi, cùm peruenit ad manus meas eruditissima æquè ac humanissima Epistola doctissimi Præsulis Vasionensis ad Auctorem data: qui cùm ob raram doctrinam, impensum in literas Literatosque studium, veterisque Sapientiæ cognitionem singularem, non exiguam nauauerit operam in hoc præclaro Opere quà inchoando, quà modis omnibus promouendo, vti ipsemet in dicta Epistola fateri non dedignatur; eam sine lúculenta ingrati animi nota omittere non potui. Sic ergo ait:

Admodùm R. P. Athanasio Kirchero, Presbytero Soc. IESV, eruditissimo πολυγλώσσῳ, *Iosephus Maria Suaresius Episcopus Vasionensis S. P. D.*

NVper dum secederes Tusculum, scripsisti epistolam ad me humanitatis plenissimam; cui rescribere diutiùs distuli quàm par foret, quia demortui Pontificis Iusta, & Comitia successoris me distinebant; officij tamen non immemor, quando ista comperendinantur, vtque canebat ille,

Quæritur interea tantæ quis pondera molis
Sustineat; *ecce responsum serius licet, debitumque persolvo, quo tibi, quin Reipublicæ Literariæ, imò æuo etiam nostro gratuler, lapides, siue potiùs*

mon-

montes literis adhuc ignotis exaratos, ſolâque magnitudine admirabiles à te perlegi adeò facilè, tamque luculenter exponi, vt muta quamuis, & inanima ſaxa proloqui tamen, & vocem reddere videantur, in illiſque recondita penitùs abſtruſaque ſcientiarum arcana, vti venis ſilicum incluſæ ſcintillæ, acie tuâ excutiantur, ac dilucidè, manifeſtèque detegantur. Obſtupuere priſca ſecula, ſuſpiciebantque hactenus recentia rupices illas paginas, & quo tandem modo immanes, oblongæque hæ cautes (Obeliſcos ab acumine vocitant) excidi, euellique poſſent, quâ tranſportari per maria, terraſque tam procul arte; quibus denique machinis erigi, & attolli ſideribus minabunda Gæleſinius, Mercatus, alijque ſedulò rimati, poſteris tradere tentarunt. Imprimis autem ſtupidos detinebant ciues, & aduenas ἱερογλυφικοὶ characteres ab Hierophantis Ægyptijs inſculpti ac impreſſi; illos etenim nemo nôrat, nemo percipiebat; quotquot intuebantur literatiſsimi, ſeſe illorum eſſe ignaros, & ἀναλφαβήτους fatebantur; nec vllus auſus eſt vnquam interpretari præter Hermapionem, qui à te fœdiſsimè lapſus demonſtratur, Auguſtoque Principi prudentiſsimo illudens fucum feciſſe, ac impoſuiſſe conuincitur. Tu ſcilicet demum vnus, quem reſeruauit Deus ad hoc ætatis, vt theſauros hoſce abditos reſerares, & expanderes, ſaxea iſta volumina, literatoſque colles doctiſsimè, veriſsimèque aggreſſus explicare, operæpretium ſæculis omnibus, & per Vniuerſum, quà latè patet, terrarum Orbem prædicandum feliciſsimè perfeciſti, ſuiſq; numeris abſoluiſti. In ſcopulis illis deliteſcentia diſciplinarum ſolidiorum ſemina enucleaſti, atque patefeciſti. Non fuerat tibi ſatis amorem tibi Eruditorum Magnetis virtutibus eleganter promulgatis conciliaſſe, ac eos in admirationem tui pertraxiſſe, Harmoniaque Muſurgiæ tuæ reſonare cum plauſibus, & ὑποπτασίαις famam tui nominis paſsim; Copticam, aut (vt viſum alijs) Gupticam linguam exoleſcentem ab interitu vindicaſti, reuocans in lucem elementa pereuntia, & intercidens idioma priſtino ſplendori, atque in integrum Herculeo prorſùs niſu reſtituere, ſed fauſtiſsimo ſucceſſu auſus, tenebras obſcuriſsimas obliuionis, denſiſsimamque caliginem vetuſtatis diſpuliſti. Obeliſcorum myſticas ſculpturas, & portentoſas effigies illuſtrans, & expoliens, vniuerſam Ægyptiorum ſapientiam propalaſti. Macte animo, Vir eruditionis omnigenæ, *perge in hac Regia via immortalitatis!* (Athanaſi) *Nicolaus Peyreſcius Heros æternùm memorandus, qui totius Orbis literaria commercia ſuſcipiens Emporium erat ipſe politiorum artium, iſtud olim tibi ſtadium, in quo decurreres, & βραβεῖον conſequereris, indicârat, & præſtituerat. Eminentiſsimus Cardinalis Franciſcus Barberinus* εὐπατριδείας *callentiſsimus, & acerrimorum, optimorumque ingeniorum indagator, ac probus æſtimator & Mecœnas tuum perſpexit probauitque ſimul, & te in Vrbem accitum authoritate ſuâ manu velut ad iſta perduxit adyta. Ego verò, qui apud vtrumque Tibi non ingratam nauaui operam, defero denuò, & σοφῶς, atque σοφῶς acclamare lætabundus non deſino. Vale* Vir eruditiſſime. *Romæ Kal. Martijs CIↃ IↃC LV.*

AP-

GOSVVINVS NICKEL
SOCIETATIS IESV
PRÆPOSITVS GENERALIS.

CVm trium tomorum opus, quod Oedipus Ægyptiacus inſcribitur, à P. Athanaſio Kirchero Societatis noſtræ Sacerdote compoſitum, aliquot eiuſdem Societatis Theologi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; poteſtatem facimus vt typis mandetur, ſi ita ijs, ad quos pertinet, videbitur: cuius rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas damus Romæ 12 Ianuarij 1655.

GosWinus Nickel.

L. S.

TYPOTHETA LECTORI SALVTEM.

HAbuit Author quinque diuerſarum linguarum, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ, & Arabicæ Amanuenſes, qui ſummo ſtudio & diligentia ex Autographis ab Authore ijs configнata Oedipo ſtabiliendo neceſſaria loca deſcripſerunt. Et nè alicui malæ fidei ſuſpicio obrepere poſſet, ego infraſcriptus teſtor, ea me fide & ſinceritate illa compoſuiſſe, qua fide ex dictis Autographis à dictis Amanuenſibus extracta fuerunt: reliquas linguarum authoritates ex ſuis Autographis & manuſcriptis fideli cura, & ſincera diligentia, prout occurrerunt, meipſum compoſuiſſe, manu propria teſtari volui.

Ita teſtor

Zacharias Dominicus Acſamitek à Kronenfeld
Boëmus Palæo-Pragenſis.

Reliquæ Approbationes videantur in Obeliſco Pamphilio, fuerunt enim ijdem Cenſores huius & illius.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſſ. Patri Magiſtro Sac. Pal. Apoſt.

Marcellus Anania Epiſcopus Sutrinus
& Nepeſinus Viceſger.

Imprimatur.

Fr. Raimundus Capiſuccus Ord. Præd.
Sac. Ap. Pal. Magiſter.

OEDIPI AEGYPTIACI

TOMVS I.

IN QVO

Origines Idololatriæ, & primæuæ ſuperſtitionis fontes aperiuntur, & demonſtrantur.

ET DICITVR

TEMPLVM ISIACVM,

VEL

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ SEV APPARATVS HIEROGLYPHICVS,

QVO

Ad originis, progreſsùs, durationis Aegyptiacæ Sapientiæ, ac Hieroglyphicæ inſtitutionis notitiam portæ reſerantur.

PROOEMIVM.

I. TOMI ſcopus exponitur.

CVM ex Ægypto veluti ex perenni quadam ſcaturigine, per vniuerſum mundum diffuſa, tum primæuæ idololatriæ, tum ſuperſtitioſarum artium ſeminaria, variam paſſim falſorum dogmatum ſobolem pepererint. Idem in hac prima Oedipi parte, quod ij, qui per riuulos fontem indagant, facere conſtituimus, fontem videlicet Sacerdotalis diſciplinæ per Idololatriam, atque ſuperſtitioſos diuerſarum gentium ritus, qui ſunt dicti fontis, veluti riui quidam, indagaturi; quo facto varia ad hieroglyphi-

corum instaurationem facientia & hucusque incognita eruere, sagaci Oedipo haud difficile futurum rebamur. Cum enim Græci, Hebræi, cæteræque Ægypto vicinæ gentes pleraque cum Ægyptijs in sacrorum ritibus cæremonijsque (Clemente Alexandrino teste) communia habuerint; quin magnæ quoque hieroglyphicæ sapientiæ, etsi alio & alio colore fucata in ipsorum factis eluceſcant vestigia. Ideò in hoc primo Oedipi Tomo, quem ob dictas causas apparatum hieroglyphicum non incongruè appellauimus, per comparationem quandam Græcanicarum, Hebræarumque rerum ad Ægyptiacas parallelam, totius hieroglyphicæ litteraturæ scientiam sub dictis adhuc cæterarum gentium ritibus, cæremonijs, ac philosophandi ratione, cuique propriâ latere, Deo dante, demonstrare conabimur; ex consequenti probaturi, ad arduam illam hieroglyphicorum instaurationem facilè feliciterque expediendam, non nisi huiusmodi officinas adeundas esse. Quamuis verò hæc materia fortassis commodius practicæ Obeliscorum Interpretationi interseri potuisset; consultius tamen tum ad confusionem vitandam, quæ in magnâ rerum congestarum copia plerumque occurrere solet, tùm ad explicationem dictam planiùs ac dilucidius Lectori proponendam, seorsim tractare, quemadmodum hoc primo Tomo fecimus, visum est. In quo quidem id vnum contendimus, vt Auctorum singulorum, qualicumque ij tandem linguâ scripserint, verba ad fideliùs sinceriusque procedendum exactè poneremus. Atque hæc sunt, de quibus te beneuole Lector priùs monendum duximus, ne nos in hoc opere extra scopum collimasse arbitrareris.

DELTA NILOTICVM.

SYNTAGMA I.

In quo de Aegypti nomine, origine, diuisione, natura, de Regum successione, rerumque gestarum gloria, & chronologia fusè disceptatur.

CAPVT I.

De Nomine & Diuisione Aegypti.

Nomina & diuisio Ægypti.

INuestigaturo mihi reconditam illam omnibus retrò seculis Aegyptiorum sapientiam; de ipsa Aegypto, ceù primis illis Deorum incunabulis, mystico vniuersi templo, Geniorum mundanorum architecto, prodigiosorum operum theatro, portentorum fœcundâ Matre, artium emporio, omnigenæ sapientiæ gazophylacio, Idololatriæ detestabilis inuentrice, monstroso Morphei Regno, totius denique superstitionis officinâ statim exordiri visum est. Vt quæ inter cœteras terrarum orbis regiones, cùm antiquitate, quà omnes antecellit, tùm rerum gestarum gloria, quâ nulli terrarum secunda, hucusque primatum semper obtinuerit, non sacris tantùm, sed & profanis Scriptorum monu-

De primatu Ægypti.

monumentis celeberrima ; ei quoque virtute & gloria acquisita dignitas & primatus in huius operis vestibulo nequaquam denegetur.

Ægyptus itaque siue à primo huius nominis Rege dicatur, vt Straboni, Ammiano, Diodoro, alijsque videtur ; siue à Nilo sic dicta, quod ὑπὸ τῆς αἰγὸς ὑπτίας κεῖται, hoc est, quod sub *Capri signo supinus iaceat*, vti Goropio Becano placet, Aphricæ regio est, nulli non cognita, quam à Septentrione mediterraneum pelagus, atque septemplicis Ostia Nili ; ab Oriente Erythræi maris cingulum concatenatis veluti montibus in Æthiopiam vsque extensum ; à Meridie horrida cataractarum præcipitia ; ab Occasu denique cùm fabulosus Lybiæ Oceanus, tum continuata montium series Erythræis montibus, vt ita dicam parallela, in explicatæ formam fasciæ, Strabone teste, melius in extensi brachij figuram (cuius manum seu palmam Delta Niloticum refert, & variâ fluminis diuaricatione, veluti manum in digitos dispescit) distendunt. Atque hæc vti varias nullo non tempore rerum subijt vicissitudines, sic succedentibus temporibus eam sortita est nominum diuersitatem ; vt meliori iure, quàm quo Osiridem & Isidem Plutarchus quondam dicebat, ὀνόματα τὰ μορφὴν καὶ μυελὸν νόμου, eam appellandam existimem. Beroso quidem ab Oceano eius olim incola, Oceania ; ab Ogyge Zenophonti dicitur Ogygia : Honorio cuidam ignoto Αἴξλεια ; Herodoto à Nilo flumine, πολαμῖτις ; à terræ nigredine Luciano μελαίμβολος ; sicuti eandem ob causam Apollodoro Stephano, & Eustathio referentibus χῶρα μελαμπόδων. Homero à Vulcano ἠφαίστια. Æria Eusebio in Chronicis. Diuersis Historicis Æthiopia seu terra Cus, Turcis, si Pineto credimus, *Elkebitz*, hoc est abscondita. Arabibus مصر *Mesra*. Chaldæis מצראי *Mesrai*. Syris *Mizri* ; Æthiopibus *Gabaza* & *Mesra* ; à quibus vocabulis non multum dissentit Suidas in nomine Mesrem. Romanis ab Augusto Αἰγυπτιακή. Coptitis, & antiquis Ægyptijs à Chamo Noëmi filio ⲭⲁⲙⲓ, seu Chamia, cui sacræ paginæ astipulantur, eam sæpè sub nomine tabernaculorum Cham indigitantes ; Hebræis denique dicitur מצרים *Misraim*, nomine omnibus passim noto, à Misraim Chami filio, primo eius possessore. Alij verò Misraim dictam volunt à voce צר *Zarar*, quod angustiam denotat, eò quod vadoso maris mediterranei alluuio ; Isthmo Erythræo & Memphiticis montibus, catadupis Niloticis, & catabathmo Lybico à quatuor mundi angulis clausa, & veluti stricta atque coarctata, exteris difficilis reddatur, & inaccessa.

Etymon Ægypti.

Situs Ægypti.

Termini Ægypti.

Varia Ægypti denominatio.

Nili donum Herodotus appellat ; is enim à conchylijs in montibus repertis, à salsugine fontium, fossarumque ; à terra reliquis confinibus discolore ; à Nilometrij fertilitatis maximæ signo (vt in quo olim octo gradus rerum abundantiam spondebant, cum suo tempore vix eam spondérent sexdecim :) alijsque similibus quibusdam argumenta ducens, maximam Ægypti partem, eam præsertim, quæ à montibus Memphiticis ad mare vsque exporrecta fluminis incrementis latè irrigatur, alluuione paulatim è superioribus locis inuectam, aggestamque esse, coniecturis non obscuris opinatur. Huius enim in sententiam omnes ferè quotquot post

Inferior Ægyptus fluminis alluuione aggesta.

l. 1. meteor. fuêre tùm Philoſophi, tùm Hiſtoriographi, deſcendunt. Ariſtoteles quoque eam dicit in dies magis magiſque exareſcere, & à Nilo totam eſſe inuectam aggeratamque, eò quod longo temporum tractu paludes obliuiscantur, & habitationi tandem reddantur idoneæ, initium tamen rei obliuione inuolui. Atque idcircò ab Homero Thebaidos mentionem duntaxat fieri, Memphi vel nondum enata, vel necdum eò progreſſa, vt digna commemoratione haberetur; ſignum etiam eſſe; quod paulatim ſit aqua exſiccata, & quod Seſoſtris didicerit, mare rubrum altius eſſe Ægypto; atque ea de cauſa, quod in animo habebat, foſſam à mari Erythræo in Nilum, ne diluuione totam ſubmergeret, ducere omiſiſſe; Nam Ægypti cauitatem, alueo, quo Erythræum mare continetur, profundiorem eſſe ſibi perſuadebat: quem tamen errorem in ſequentibus ſuo loco refutabimus. His igitur ita ſummatim recenſitis, nunc ad particularem Ægypti deſcriptionem progrediamur.

Error Seſoſtris putantis alueum Erythræi maris altiorem Ægypti ſuperficie.

CAPVT II.

De diuiſione Aegypti in Nomos in genere.

AEgyptus porrò vniuerſa, teſte Strabone, antiquitus in triginta Nomos, ſeu præfecturas, tot nimirùm, quot labyrinthus eius Idea, ſeu myſticum illud Ægypti templum aulas habebat, ſeu diuerſoria, diuidebatur, adeò quidem, vt ſuperior Ægypti pars Thebais dicta decem contineat Nomos; Media verò ſeu Mediterranea, aut Memphitica totidem; Inferior denique plaga, à figura triquetra, quam Nilus ad Memphim bipartitus, lateribus in baſin maritimam abeuntibus deſcribit, quæ & *Delta* inde dicitur, numero non pauciores prioribus complecteretur. Quin & omnes hoſce Nomos in triginta quoque Deorum & Geniorum, quos Ephoros, aut Decanos in Deorum Repub. appellat Triſmegiſtus, alij Οικοδεσπότας; quorum ſinguli ſingulis Nomis veluti cuſtodes quidam Genij malorum Auuerunci præeſſe credebantur, dedicabant honorem; adeò nihil ſine myſterijs apud Ægyptios gerebatur. Verum horum Nomorum prout ſingulis Dijs reſpondebant partitiones, ſignificationeſque, vt plurima paucis comprehenderemus, hoc vnico è Ptolomæo deprompto Schemate tibi ob oculos ponendas duximus.

Diuiſio Ægypti.

DIVISIO PRIMA.

Superioris Aegypti, quæ & Thebais dicitur iuxta Ptolomæum.

Superior Ægyptus Nomos sequentes complectebatur olim.	Thebaiten	Quæ sic dicuntur ab vrbibus	Thebis quæ & ἑκατόν-πύλος.	In quibus colebantur	Apollo, Sol. & Apis seu bos qui septo custodiebatur
	Anteopoliten		Anteopoli		Bacchus & Venus
	Appollopoliten		Appollopoli		Apollo seu Sol sub forma Accipitris
	Hermõthitem		Hermonthe		Sol, Iuppiter & Serapis
	Panopoliten		Panopoli		Ammon Arietinus
	Coptiten		Copto		Osiris & Isis
	Tentyriten		Tentyra		Venus & Crocodilus
	Diospoliten		Diospoli Iouis vrbe		Iuppiter sub specie Aquilæ
	Aphroditopoliten		Aphroditopoli		Aphrodisia Venus
	Lycopoliten		Lycopoli		Lupus
		Continent autem dicti Nomi sub se	Diospolin, Tuphium & Knubim		
			Antæi mediterranea, & Passallum		
			Phontem, & Insulam Elephantinam		
			Hermonthem, & Latorum vrbem		
			Lepidotum vrbem, & Chenobosciam		
			Coptum, & Diospolim paruam		
			Vrcum mediterraneum, & Pampanim		
			Abydum, & Diospolim paruam		
			Crocodilorum vrbem		
			Mediterraneum Vicum, & Luporum vrbem.		

DIVI-

DIVISIO SECVNDA.

Partis mediterraneæ Aegypti,

Nomi in mediterranea parte sunt	Memphites	Dicuntur ab vrbibus	Memphi	Colebantur in ijs	Bos Mneuius septo inclusus	Sunt Vrbes eius subditæ	Memphis, Acathon, seu Acanthorum
	Bubastites		Bubasto		Canis & Felis		Bubastis, quæ in Arabiam se extendit
	Heliopolites		Heliopoli		Sol, Apollo, Osiris		Babylon, Heroum ciuitas, Heptanomus
	Oxyrinchites		Oxyrincho		Oxyrinchus piscis		Oxyrinchus vrbs metropolis
	Heracleopolites		Heracleopoli		Hercules		Nilopolis, cum tota Insula Nili
	Crocodilopolites		Crocodilopoli		Crocodilus		Lacus Meridis, & eius metropolis
	Cynopolites		Cynopoli		Canis		Canum vrbs, metropolis
	Hermopolites		Hermopoli		Mercurius		Hermetis seu Mercurij ciuitas magna
	Latonopolites		Latonopoli		Luna, Isis		Vrbs Latonæ & flumen Agathodæmon
	Tanites.		Tani		Accipiter		Tanis metropolis & flumen Busiriticum

DIVISIO TERTIA.

Inferioris partis quæ Delta vocatur.

Nomi inferioris partis Ægypti	Dicuntur ab vrbibus	Colunturin ijs	Sunt vrbes eius subditæ
Busirites	Busiri	Bos, Apis vel Serapis	Busiris, Onij seu Helij metropolis
Xoites	Xoi	Canopus seu Nilus	Xois, Pemphthuchi, ciuitas Cabasa
Naucratites	Naucrate	Nilus	Naucrate & Prosopis
Latopolites	Latopoli	Latus piscis	Vrbs Latonæ metropolis
Saites	Sai	Minerua	Vrbs Mineruæ
Menelaites	Menelao	Canopus	Metelis, Phtenota
Mendesites	Mendes	Hircus, seu Pan	Mendes, Thmuis, Taua
Leontopolites	Leontopoli	Leo, Nilus	Leonum ciuitas, Pharbæthus
Sebennites	Sebennito	Luna, Cybele	Sebennitus, Athribis,
Phagropolites	Phagropoli	Phagrus piscis, qui pudendũ Osiris deuorauit	Phylæ, Ombi, Metacompso

Hisce addunt alij ex Plinio & Ptolomæo, Nomos Omphilen, Phanturiten, Tiniten, Phatniten, Neut; Heptanomum, Athribiten, Onuphiten, Butos, alioſque, quos vide apud Ptolomæum. Opus autem fuit tam diligenti ac subtili locorum diuisione ob continuas finium confusiones, vt benè Strabo notat, quas Nilus incremento exuberans efficiebat alijs addens, demens alijs, & figuras immutans, & signa obruens, quibus proprium discernebatur ab alieno, itaque identidem dimetiri oportebat. Durauit porrò exacta hæc à Sesostre primum facta, teste Diodoro, in Nomos suos Ægypti distributio multis post temporibus, donec varijs bellorum tumultibus impetita Regio, variamque vrbium, atque oppidorum stragem perpessa, tandem in manus Mahumedanorum peruenit; qui pristinis

Pl. l. 5. c. 9.

Strab. l. 17.

Causa diuisionis Ægypti.

ſtinis Sacerdotum moribus & ſtatutis ſublatis ſua ſubſtituerunt. Nam abrogata mox Nomorum partitione, in tres alias Ægyptum partes partiti ſunt, quarum primam, quæ eſt à Cairo ad oſtium Canopicum vſque (cuius longitudinem brachium Nili occidentale Agathodæmon dictum, latitudinem verò Athribiticum flumen, Niloticum Delta bifariam ſecans, & latus maris terminant) نهر الاريف *Nahar allerif*, vel ſimpliciter *Erif* appellant. Alteram verò partem, quæ à Cairo inter Erythræos & Lybicos montes continuô tractu ad catadupas vſque excurrit, antiquis Thebaidem dictam modo الصعيد *Aſſaid*, hoc eſt *Tentorium*, nominant. Tertiam denique partem, quam brachium Nili Athribiticum, & Arabiæ petrææ iuxta Bubaſtici fluminis longitudinem determinant الارض بحريه *Allardt Bechria*, hoc eſt *terram paludoſam* ſeu *marinam* vocant. prima Oriza, & omni fructuum genere; & altera frumentis, leguminibus, pecoribus, volucribus, lino; tertia, ſaccareis arundinibus, goſſipio, mirabalanis, alijſque ignotis Europæ frugibus abundat. Verùm vt harum omnium dictarum partium, ſicuti & Nomorum ſitum meliùs percipias, viſum fuit hoc loco præter chorographiam exactam, particularem quoque ſingulorum Nomorum vnà cum moderno ſitu deſcriptionem inſtituere, vt tùm dictarum tùm dicendarum rerum ſeries luculentiùs pateſiat.

A Tureis tripartita Ægyptus.

CAPVT III.

DISTRIBVTIO PRIMA.

Inferioris Aegypti in ſuos Nomos.

INferior Ægypti pars, quæ duobus fluminibus Agathodæmone & Bubaſtico, & littore maris includitur, ab omnibus ferè Geographis *Delta*, à figura literæ, quam exprimit, appellatur. Paruum *Delta* porrò vocatur omne id terræ ſpatium, quod Bubaſtico & Buſiritico; Tertium *Delta*, quod Bubaſtico & Athribitico comprehenditur, de quibus vide Ptolomæum hoc loco. Hanc Ægypti partem à veteribus *Phium* appellatam reperio. Eſt autem in Copta lingua ⲫⲓⲟⲙ, teſte Nomenclatore noſtro, nihil aliud quàm mare, vnde ſuſpicor hanc partem mare vocatam, vel quia Niloticæ inundationis tempore mare referebat, vel quia traditione antiqua olim totam hanc partem mari tectam, Nili limo excreuiſſe credebant, vt Strabo docet. Arabes ſanè huic aſtipulare videntur, cùm الفيوم *Elphium*, id eſt, locum paludoſum Ægypti, الف فوم *Elph phum*, quaſi diceres χιλιάςομον, *mille orium*, quod eodem in loco Nilus in varia oſtia diſtribuatur, appellant. Etſi aliam & ſcopo noſtro magis ſauentem ethymi rationem aſſignatam reperiam in Gelaldino Arabe hiſtorico, lib. 1. de Regibus Ægypti, vbi narrat, *Elphium*, الفيوم quod tamen non in *Delta*, ſed in *Saide* ponit à Ioſepho conditum, eique hoc nomen inditum ob cauſam, quam hiſce verbis deſcribit ex Ben Abed Hakem. *Hoc eodem*, inquit, *tem-*

Delta Ægypti vnde?

Elphium quid?

Gelaldinus l. 1 de Reg. Aegypti.

tempore aqua Ægypti ſtagnans in riuos educta fuit, vt narrat Hoſcham filius Iſaac.
في ذلك الزمان استنبطت الفيوم وكان سبب كما حدثنا هشام ابن اسحـــــق ۞
Deinde perſequitur textum his verbis, quæ ego breuitatis cauſa latina ſubiungo : *Cùm Ioſeph dominaretur Ægypto, & magnificaſſet domum & habitationes Pharaonis, iamque centum annorum ætatem ageret, dixerunt conſiliarij Pharaonis : Ecce Ioſeph ſenio confectus, nec ſapientia, nec iudicio pollet amplius, aggraua igitur iugum ſuper gentem eius, eamque vtiliter occupa, biennioque ſolicitantibus Rex tandem reſpondit ; agite videamus, ſi in Elphio conficiendo conſilio nobis eſſe poſſit .*

Ioſephi molimina in ficcando Elphio.

وكانت الفيوم بوميد تدعي الجوبه انما كانت لمصاله ما الصعيد وفضوله واجتمع رايهم علي ان تد كون هي المحنه التي تمتحنون بها يوسف وقالوا لفرعون سل يوسف ان يعرف ما الجوبه عنها وتخرجه منها وتردان بلدا الى بلدك وخراجا الى خراجـــك ۞

Vocabatur autem tunc temporis Elphium Gubeh, hoc eſt, foſſa ſiue ſtagnum, quia tota regio Elſaid erat aquoſa, id eſt, ſtagnantibus aquis oppleta, congregauitque maiores ſuos, vt conſilium mentemque eorum exploraret ; qui conſiderato propoſito negotio dixerunt ; mittatur Ioſeph, vt aquam Elgeube diuertat ; eaque deducta adijciat regionem regioni tuæ, & prouentus prouentibus tuis ; vocauitque Rex Ioſeph dicens : Scimus hunc locum abundantem eſſe, & ædificijs, campiſque colendis aptum .

Elphium olim vocabatur Elgeube, id eſt foſſa ſtagnans.

واوحي الى يوسف ان يحفر ثلاث خليجا من اعلي الصعيد موضع كدا وخليجا شرقيا من موضع كدا وخليجا غربيا من موضع كدا الى موضع كدا ووضع يوسف العامل فحفر خليجا المنهى من اعلى اسمون الى الاهون وحفر خليج الفيوم وهو الخليج الشرقي وحفر خليجا بقريه يقال لها قنهمت من قري الفيوم وهو الخليج الغربي فخرج ماه من الخليج الشرقي وصب في النيل وخرج من الخليج الغربي وصب في صخرا قنهمت الى الغرب فلم يبق في الجوبه ما ثم ادخلها الفعله وقطع ما كان فيها من القصب والطرفا واخرجه منها وكان ذلك ابتدا جري النيل وقد صارت الجوبه رفيه بريه وارتفع ما النيل ودخل في راس المنهي وجري حتي انتها الى الالهون فعطفه الى الفيوم ودخل خليجها وساقها لجه من النيل واخرج اليها الملك ووزراه وكان شبعين يوما فلما نظر الى الملك قال لوزرايه هذا عمل الفيوم وسميت الفيوم واقامت بزرع كاما غوايط مصـــــــ

eduxitque ad opus, quod patrauerat ſpectandum, Regem atque Conſiliarios eius; fuit autem totum opus complotum 70. diebus. Cùm autem id ſpectaſſet Rex; dixit ad Conſiliarios ſuos: Ecce totum hoc non ſeptuaginta, ſed الف يوم *Elph ium, hoc eſt, mille dierum opus eſt; vocatuſque eſt locus prouinciæ huius in hunc diem Elphium* الفيوم *id eſt, mille dierum, qui ſeminum copiâ adæquauit reliquas Ægypti prouincias.* Hactenus ille. Certè hunc locum à Ioſepho habitationibus hominum idoneum redditum, præter Gelaldinum, Salamas, alioſque Arabes Authores, Abulfeda quoque id in ſua Geographia clarè docet hiſcè verbis:

Abulfeda Geographus.

الفيوم كوره في ديار مصر عن الفسطاط بين الغرب والجنوب وهو في وهدة وقد سيق اليها نهر من رشح النيل منسوب الى يوسف الصديق ومدينة الفيوم قاعدة ولايه وبها حمامات واسواق ومدارس سافعيه ومالكيه وهي راكبه على نهر يوسف من جانبيه النهر تحترق مدينة الفيوم المذكورة والفيوم بستين كثيرة وهي عن مصر على نحو مسيرة ثلاثة ايام وبين الفسطاط والفيوم ثمانيه واربعين ميـــــلا ۞

Pheſtath ſitus.

Elphium regio in Ægypto à Pheſtath inter occidentem & meridiem ſita eſt in valle & iam deriuatus eſt ad eam fluuius ex reſudatione Nili à Ioſepho Iuſto factus; & ciuitas Elphium ſedes principatus eſt, ſeu præfectura, inſtructa balneis, plateis, & gymnaſijs Schaphitarum & Melchitarum; ſita autem eſt ſupra flumen Ioſeph, à quo ex meridionali parte fluminis dirimitur ciuitas Elphium memorata; porrò Elphium plurimos habet hortos, & eſt à Meſra itinere ferè trium dierum, & inter Pheſtath & Elphium quadraginta octo milliaria. Et alio in loco vbi ciuitatem بهنسا *Behanſa* deſcribit, ita dicit:

ومدينة البهنسا راكبه على بحر يوسف وهو الفيوم وجميع ما بين بحر يوسف والجبل من ارض البهنسا وغيرها شربه من بحر يوسف ومابين بحر يوسف والنيل من البهنسا يشرب من فرع من النيـــل ۞

Et ciuitas Elbehanſa ſita eſt ſupra mare Ioſeph (ita flumina vocant Ægyptij) *& eſt Elphium, & omnes qui ſunt inter mare Ioſeph, & montem ex terra Elbahanſa bibunt ex flumine illo Ioſeph, & quod eſt inter mare Ioſeph, & Nilum,*

Mare Ioſeph.

bibunt ex ramo Nili. Non igitur ſine ratione hic tractus nomen maris Ioſephi obtinuit in hunc vſque diem. Veriſimile enim eſt, Ioſephum non tantùm interpretatione ſomniorum factâ, ſed & ſapientiâ quadam diuinitùs ei inſitâ præditum, maxima beneficia in vniuerſam Ægyptum contuliſſe; quale inter cœtera hoc maximum erat Elphij videlicet ad meliorem frugem reductio. Vnde meritò tot ac tantis honorum titulis, dignitatumque prærogatiuis à Regibus Ægypti fuerit ornatus.

Porrò meminit huius Elphij quoque Beniaminus in ſuo itinerario, traditque Hebræorum ſub Ioſepho in Ægypto maxima in eo monumenta relicta, hiſcè verbis;

מן חלואן עד קיץ אשר היא
ראש הראשית מצרים ג' ימות עד פיום דרך ה' ימות ונקראת מקרם פיתון
וניראו בח עד היום זכרונות רבות ובנינות רבות גדולות מבנו יוסף זל
מוהרות

Ab Heluam vſque in Kits, quæ caput initij Ægypti, trium dierum iter eſt, &

hinc

hinc Phium quinque dierum, & hæc vrbs olim dicebatur Pithon, & videntur in ea in hunc vsque diem plurima monumenta, & ædificia maxima à Ioseph, memoriæ eius in benedictione, posteritati relicta. Dicebatur autem Pithon ab ingentis magnitudinis serpente, qui ex stagnantium aquarum, limique Nilotici putrilagine ortus, magnam hominum pecudumque stragem inferebat, ab Hercule Ægyptio, vt Mythologi volunt, interempto. Elphium igitur, vel vt Coptè dicam, ⲫⲓⲟⲩⲉ, à mari olim seu paludibus tectum, tandem multorum dierum opere tempore Iosephi, habitari cœpit; quo tempore pleraque inferioris Ægypti pars, aut omninò, aut maxima ex parte paludibus aquarumque stagnantium diffusione tecta squalescebat, donec stagnantibus aquis in varias fossas deriuatis, terra aquarum diuturna oppressa tyrannide tandem liberata, vsui hominum animantiumque seruiret. Hinc factum videtur, vt reliquas stagnantium aquarum congeries infra Elphium simili deriuationis artificio deducerent; adeòque terram vniuersam tandem habitabilem vsibusq; hominum accommodarent. Quam Reges successu temporum dùm mira hominum, pecudumque fertilitate florentem, & continua fluminum deriuatione fœcundam deprehenderent, in varias Præfecturas seu Curias ad diuidias & contentiones sedandas dirimentes; ob admirabilem quandam rerum omnium copiam & vbertatem, veluti Deorum immortalium, vt Diodorus dicit, donum vocarunt, Coptitas secutus, qui ⲡⲉⲛⲧⲉⲫⲧⲉⲣⲉⲙⲛⲓⲃⲓⲥ, id est, donum Mercurij eadem ratione eam nuncuparunt, idque occasione Ibidum frequenter ibidem ad serpentes cœteraque reptilia deuoranda stabulantium, quæ situ corporis crurumque positu, rostroque ijsdem transuersim inserto, dum hoc *μονόγραμμον* A ex A & Δ compositum exprimerent, cuiusnam donum hæc terra esset, incolis in omne cœteroquin superstitionis genus proniſſimis legendum præbebant; dùm aliùd non hoc typo exprimeretur quàm ⲁⲛⲟⲩⲃⲓⲥ ⲛⲓⲃ ⲉⲣⲙⲛⲓⲃⲓⲥ *Anubis bonus Genius*; sed cùm de hisce & similibus alibi fusiùs tractemus, in Prodromo verò, atque Obelisco Pamphilio hæc eadem iam fusè attigerimus, eo Lectorem remittimus. Et quamuis non dubitem, aliquam huius Phij partem iam à principio habitationis eius, in certos terminos ceu præfecturas quasdam diuisam, multiplicatis tamen hominibus in immensam multitudinem, ob continuas finium confusiones, primò à Sesostri vel Sesosiri Rege sapientissimo in ⲛⲓⲙⲉⲧⲁⲃⲓⲣ hoc est, *Nomos decem*, teste Diodoro; Ptolomæorum verò tempore adeò in viginti Nomos minutiùs distributum legimus; vide quæ de his dicimus fusiùs in historia Regum Ægypti.

Pithon vrbs vnde dicta

Inferior Ægyptus quando habitari cœpta.

Ægyptus donum Dei dicta.

Est autem Nomus græcè à Ptolomæis ita dictus, hoc loco nihil aliud quàm iurisdictio, siue locus iuri dicundo, causisque tractandis opportunus; quem antiqui ⲛⲓⲙⲉⲧⲁⲃⲓⲣ, id est, præfecturam seu curiam, Arabes ديوان id est, prætorium vocant. Et quoniam maxima apud antiquos

Nomus quid?

Ægyptus templum vniuersi.

Templa Thebais, & Heliopoli.

Mira fabrica Sepulchri Imandis.

Abenephius.

Heliopolitana fabrica.

Ægyptios vigebat sacrarum in Dijs colendis cœrimoniarum varietas, tantusque εἰδωλομανίας feruor, & vix locus esset, qui non proprium sibi Numen aliquod, cui honorem impenderent, conderet, ac proindè sæpè contingeret, vt Numen, quod hi venerarentur, illi execrarentur, Deorum diuersitas tanta, non exigua pareret Religionis dissidia; Sacerdotes Sesostridis Archisacerdotum authoritate, ad populi in Deorum cultu tollenda schismata, exemplum secuti vetustissimorum Deorum orbem terrarum sortem inter se distribuentium (de quibus paulò post agemus) totam Ægyptum in triginta Nomos, vnicuique verò Nomo suum attribuentes Numen callidè diuiserunt; vt quod à primæuis Dijs in orbe vniuerso factum traditione perceperant, in Ægypto ceu fano quodam, aut Pantheo totius vniuersi compendiosè repræsentarent; & ne ex tanta disformitate cultus, monstrosæ religionis facies appareret; in Metropolitanis totius Ægypti vrbibus Thebis videlicet, & Heliopoli certa quædam & sumptuosissima delubra ædificauerunt, vt in his iterum quicquid vago cultu tota complecteretur Ægyptus, in hiscè duobus veluti Pantheis quibusdam analogo quodam ordine, & ad templum vniuersi parallelo, cultuque compendioso, diuersarum nationum vnita multitudo celebraret; callidum sanè inuentum, & ad diuersas religiones vno cultu conciliandas mirè opportunum. Meminit huiusmodi delubrorum Strabo testis αὐτόπτης, ita enim lib. 17. vbi de Labyrintho agit; ἔστι, inquit, δὲ τῷ κοίλῳ τοὐντεῦθεν εἰσπλοῦν τοιοῦτόν τι ὄρυγμα παρῳκοδομημένον ὅσον ἑξήκοντα ἢ τετταράκοντα σταδίους ὑπτιαῖον τὶ ἑστὸς τετράγωνον ἔχον κώμην δὲ καὶ βασιλείων ἐκ πολλῶν βασιλέων, ὅσον πρότερον ἦσαν νόμοι. Τοσαῦται γὰρ εἰσὶν αὐλαὶ πρόσυλοι συνεχεῖς ἀλλήλοις, ἐφ' ἕνα τοῖχον πᾶσαι, καὶ ἐφ' ἑνὸς τοίχου ὡς αὐτὶ τείχους μικροῦ πρόκλισιν ἐχόντων τὰς αὐλάς. Et paulò post: ἐπὶ τέλει δὲ τῆς οἰκοδομίας ταύτης πλέον ἢ σταδίου ἀπέχόσης. ὁ τάφος ἐστὶ πυραμὶς τετράγωνος, σταδίου τετράπλεθρον πᾶς ἔχουσα τὴν πλευρὰν καὶ τὸ ὕψος ἴσον. Ἰμανδῆς δ' ὄνομα ὁ τάφος, προσοικοδομῆσθαι δὲ φασὶ τὰς αὐλὰς τοσαύτας ὅτι τοὺς νόμους ἐνόμιζον ἐκεῖσε συνέρχεσθαι πάντας. ἄδυτον δ' ἦν μὴ τῷ οἰκείων, ἱερῶν καὶ ἱερέων θυσίας δὲ καὶ θεοδοσίας, καὶ δικαιοδοσίας τῷ μεγίστων χάριν· κατήγετο δὲ τῷ νομῷ ἕκαστος εἰς τὴν ἀποδεχθεῖσαν αὐλὴν αὐτῷ. *Locus*, inquit, *in primo fossæ adytu ad triginta quadraginta*uè *stadia procedenti est planities quædam mensali forma pagum habens, & multorum Regum regiam, quot priùs præfecturæ erant. Nam totidem aulæ sunt columnis ambitæ, inuicem continuæ omnes vno ordine, & vno pariete tanquam paruo quodam septo ante se sitas aulas habent.* Et paulò post. *In fine huius ædificij, quod plus stadio occupat, est sepultura, quædam pyramis quadrangula, cuius quodlibet latus quatuor ferè iugerum & altitudo par. Sepulti nomen est Imandes* (veriùs Simandes); *dicunt, tot aulas ibi factas esse, quot præfecturæ, solitosque eò conuenire, atque epulum quoddam sacris viris ac mulieribus fiebat sacrificij gratia Deo reddendi, & iuris dicundi de rebus maximis; quæ-*
nis autem præfectura in suam aulam procedebat. Eadem ferè narrat Abenephius de عين شمس *Ainschems*, id est, *Heliopoli*; verba eius sunt:

وبنيان في عين شمس عنده كم بيوت كم ايوانات في كل مصر وكل وحده منهم
عنده التلسمات والصنم الذي يعبدوه لخلاص الارض الذي به ايوان ۞

Est autem in Ain schems, hoc est, *Heliopoli fabrica, cui tot domus perhibentur esse, quot curiæ antiquitus in Ægypto censebantur, & vnaqueque ex ijs habebat Telesman & idolum, quod colebant pro salute terræ, in qua erat curia*; & paulò post

poſt numerum quoque præfecturarum determinans, ait : ولايوانات كان ثلثين
على حساب ثلثين الايام وحده من شهور ثنت عشـــر ۞

Erantque præfecturæ triginta iuxta numerum dierum Menſis vnius è duodecim. Cùm enim vt in Aſtronomia Ægyptiorum videbimus, ſinguli dies menſis alicuius, alicui ex triginta Numinibus dedicati eſſent; magna cura eum diem celebrabat quæque tribus, ſeu curia, quæ Numen illud ſibi colendum habebat propoſitum; qnem morem à primæuis Ægyptijs hauſiſſe Plato in Critia docet; vt paulò poſt videbimus. Sed his ita præmiſſis, modò videamus, tripartitò illam totius Ægypti in Nomos ſuos à Seſoſtride primùm, deindè autem à Ptolomæis, qui eos plurimùm auxerunt, factam diſtributionem. Et cùm præter nomina nihil præterea, quod in ijs geſtum ſit, legatur. Maxima quoque de etymologijs huiuſmodi nominum apud Authores ſit contradictio, certè ego rectè nominum ὀρθότητα καὶ ἐμφωνίαν regulam à barbaris linguis, ijſque Græcâ antiquioribus, vt & Plato rectè in Critia & Cratylo monet, deſumendam ratus; dùm veterem hanc Ægyptiorum linguam pro modulo meo inſtaurare conor, plurima ſanè inueni, hucuſque nemini philologorum, quod ſciam, comperta; ea potiſſimum, quæ ad Deorum, animalium, plantarum, lapidum, vrbium, inſtrumentorum, ſimiliumque etymologias pertinent, quæ omnia Nomenclatoris noſtri Aegyptiaci auxilio eruuntur. Vndè gratiam apud eos, qui Criſi & philologicis incumbunt, me haud paruam initurum confido, dùm multa, quæ Criticos hucuſque latuerunt, in decurſu huius operis, Deo duce, detegam. Sed vt ad Rhombum redeamus.

Tempore igitur Seſoſtris totam Aegyptum in tres partes diuiſam legimus. in Inferiorem, Mediam, Superiorem, quarum vnaquæque in decem iterum curias ſiue præfecturas, teſte Abenephio, dirimebatur; in qua quidem diuiſione ad primæuam illam ſortitionem Deorum in vniuerſum mundum reſpexiſſe videntur; quam Plato in Critia hiſcè verbis deſcribit : Σόλων ἐπενοεῖτο εἰς τὰ αὐτὰ ποιήσειν, καὶ χρήσασθαι τῷ λόγῳ δυσπυνθάνοντι τὴν τῶν ὀνομάτων δύναμιν ἔφη. εὗρε δὲ Αἰγυπτίους ἤδη πρότερος ἐκείνους αὐτὰ γεγραμμένους εἰς τὰ αὑτῶν φωνὴν μετενηνοχότας. ἀνιὼν δὲ αὖ πάλιν ἐκάστην τὴν διάνοιαν ὀνόματος ἀναλαμβάνων εἰς τὴν ἡμετέραν ἄγων φωνὴν ἀπεγράψατο. καὶ τἄλλα γε δὴ τὰ γράμματα ὧδε πρὸς πάππου τ' ἦν καὶ ἔστι δὴ ἐμοῖ νεῦ διαμεμνημένη δὲ ὑπ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος· ἂν οὖν ἀκούητε ταῦτα διὰ τῆς τῶνδε ὀνόματα μηδὲν ὑμῖν, ἔσω θαῦμα. τὸ γὰρ αἴτιον ἀκηκόατε δι' ἣν λόγου ἡ ἀρχὴ τότε, καθάπερ ἐν τοῖς προσδιεξήχθη πρὸς τὴν Θεῶν λῆξιν, ὅτι κατενείματο γῆν πᾶσαν.

Diuiſio Ægypti in Nomos.

Plato.

Sed antequam referam, admonendi eſtis, ne miremini, ſi plurima Barbarorum nomina græcè nunc audiueritis; id enim ex eo contigit, quia *Solon cùm cogitaret illa carminibus ſuis inſerere, vim ipſam nominum eſt perſcrutatus, inuenitque primos illos Ægyptios harum rerum ſcriptores in ſuam linguam ea nomina tranſtuliſſe. Quare & ipſe rurſus vniuſcuiuſque nominis ſenſum accipiens, in vocem noſtram conuertit. Atque hæc ſcripta apud auum meum erant, & nunc apud me ſunt, cogitata iam olim puero mihi. Si ergo talia nunc audieritis nomina, qualia apud nos ſunt, ne miremini; nam huius rei cauſam intelligitis, longa verò oratione ſit opus, ſi à principio narrem id, quod iam ante dixi de ſortitione Deorum, vt terram inter ſe vniuerſam diſtribuerint*, partim in ampliores portiones, partim anguſtiores, templaque & ſacra ſibi inſtituerint.

De

De sortitione verò Deorum ita refert citatus Plato paulò ante: Θεοὶ γὰρ ἅπαξ γὰρ ποτε τῆς τοῦ τόπους διελάχανον οὐ κατ' ἔριν, οὐδὲ ἂν ὀρθὸν ἔχοι λόγον θεοὺς ἀγνοεῖν τὰ πρέποντα ἑκάστοις αὐτῶν, οὐδ' ἂν γινώσκοντας τὸ μάλλον ἄλλοις προσῆκον, τοῦτο ἑτέρους αὐτοῖς δὲ εἰδόσιν ὀρέγειν κλῆρος, δίκης δὲ κλήρους τὰ φίλων λαγχάνοντας κατοικίζοντας χώρας. καὶ κατοικίσαντες, οἷον νομεῖς κτήματα, καὶ ποίμνια, καὶ θρέμματα ἑαυτῶν ἡμᾶς ἔτρεφον. πλὴν σώμασι σώματα βιαζόμενοι, καθάπερ ποιμένες κλοιῇ πληγῇ νέμοντες τὸ θρεπτὸν ἄπαν ἐκυβέρνων; Ἄλλοι μὴν ἄλλοις τόπους κληρουχήσαντες θεῶν ἕκαστα ἐκόσμουν.

Plato.

Dij quondam vniuersæ terræ orbem singulatim sortiti sunt, in regiones singulas distributum; neque partitionem hanc contentio fecit. Nam procul à ratione id esset; quod Dij, vel quæ vnicuique ipsorum conueniunt, ignorarent; vel cognoscentes, quæ potiùs alijs competunt, aliena iura vicissim vsurpare contenderent; cæterum iudicij iurisque sortibus sua quique ad votum suscipientes, curantesque amicorum singulas regiones habitandas disposuerunt; hosque veluti greges ipsorum, possessionesque & armenta nutriuêre, hoc tamen excepto, quòd corporibus corpora cogere voluêre, quemadmodum plagis pecora iumentaque pastores solent; at verò tanquam docile & obediens animal, quasi ex puppi, nauem agilem dirigentes, persuasione pro gubernaculis vtentes ea animam attingebant, & pro arbitrio suo ita ducentes humanum genus omne gubernabant. hæc Plato. Credebant igitur Ægyptij Deos quondam ad conseruationem humani generis vniuersum orbem terræ singulatim sortitione distribuisse, ita vt quisque Deorum eam acceptaret regionem & prouinciam, quæ naturæ suæ magis esset conformis, & in quam veluti in συμπαθικὸν quoddam obiectum naturalis inclinationis pondere ferretur, quamque ab omni inimica & hostili vi defendendam susciperet. Ad huiusmodi igitur sortitionis rationem Sacerdotes veteres Aegypti, & potissimùm Archisacerdotes Regis Sesostridis, vel vt vulgò Sesostris authoritate confisi, vniuersam Aegyptum eâ ratione distribuerunt; vt quemadmodum suprà quoque indicatum est, quod à veteribus fieret in vniuerso, in Ægypto veluti mystico totius mundi Pantheo, ac feraciſſima Deorum matre, cultu repræsentaretur vnito. Verùm cùm de hiscè & similibus in varijs huius Oedipi locis simus disceptaturi, hìc ijs immorari longiùs noluimus: quare ad ipsam Ægypti distributionem in suas præfecturas, ceu quasdam Deorum curias postliminio accedamus. In qua hoc intendimns præstare, vt quæ hucusque obscura & incognita fuerant nominum etyma, ex varijs ægyptiacæ linguæ veluti tabulis quibusdam ex naufragio relictis, genuinæ significationi restituerentur. Opus igitur aggrediamur.

NO-

NOMVS I. RACOTIS

HOC EST

Præfectura Alexandrina, Coptè ⲡⲓⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟⲧⲉ.

EX Primæuis itaque fontibus primam Nomorum seu præfecturarum à Sesostridi vulgò Sesostri, priscisque Regibus factam distributionem deriuantes, à Racotide incipimus, quæ sicut post stagnantium hiscè in partibus aquarum exsiccationem, earundemque in alia & alia veluti Æridis marisq; mediterranei receptacula deriuationem huius Nilotici Deltæ prima fuit, ita principem quoque inter Nomos locum non immeritò obtinuit.

Racotis quid?

Racota itaque illa fuit Aegypti inferioris pars, quam postmodum ab Alexandro fundatore Ἀλεξανδρείαν Græci vocauerunt; hancque olim ⲣⲁⲕⲟⲧⲉ Racoti appellatam testatur Plinius lib. 5. cap. 10. Stephanus περὶ τῆς πολέων verbo Ῥακῶτις. Pausanias in Eliacis, ac demùm Nomenclator noster Aegypriacus capite de nominibus vrbium, quos consule. Racastam quoque Ῥακασλὼ vocatam apud Cedrenum lego, perperam vel corruptè; errorem enim ex malè intellecta voce Racota promanasse nemo dubitare debet. Hanc Racotam Aegyptij tradunt fundatam esse à muliere quadam Regina Aegypti, Dalucha nomine post Pharaonis persecutoris Israëlitarum in rubro mari submersionem; ita præter Abenhaid, Aben Hakem, Salamas quoque in libro, quem Hortum mirabilium mundi inscribit, narrat; verba eius subiungo:

Racotis à quo & quando fundata. *Abenhaid, Aben Hackem*

ولما غرق الله فرعون وقومه شعب امر القبط فملكوا عليهم امراه تسمي دلوكا وبنت رقوط فهي الاسكندرية

Cùmque Deus Pharaonem vnà cum exercitu suo submersisset, multum debile mansit Regnum Ægypti, quare constituerunt mulierem Reginam Daluka nomine, quæ ædificauit Racuth, ipsa est Alexandria. Vocatur autem ⲣⲁⲕⲟⲧⲉ à scissuris, eò quòd incredibili labore hunc locum per varias aquarum scissuras diuersionesque paludum, aptum reddiderint mortalium habitationi Reges prisci; vti susiùs narrabitur in Chronologia Regum Ægypti.

Ibidis figura & significatio.

Porrò in hac præfectura præcipuè Mercurium cultum legimus, cuius simulachrum erat sub forma Ibidis, pedibus diuaricatis rostroque ijsdem transuersim inserto hoc monogrammum A, reliquo verò corpore figuram cordis exhibens, quorum primò Mercurium Ἀγαθοδαίμονα, posteriori verò sensatum Mercurij cor, quo mundo varias tradidit, Diodoro teste, scientias, significabant, quin & ipsam ciuitatem & flumen seu brachium Nili, quem suprà ἀγαθοδαίμονα diximus, ad fossam fluminis Tabij ab hoc cultu posteà Hermopolim, id est, Mercurij ciuitatem appellatam, docet post Strabonem Ptolomæus, Marius Niger alijque quos in sequentibus citamus.

Ad

Tapofiris sepulchrum Ofiridis.

Ad hanc quoque præfecturam pertinuisse lego vicum Ταπόσειν. Est autem Ταπόσειρις nihil aliud, quàm sepulchrum Osiridis, quasi diceres Τάφος τῦ Ὀσιρέως. quod idem testatur Plutarchus in Antonio, vbi etiam loco ταπόσιρις, ταφόσιρις scribit. in hac enim parte fingebant corpus Osiridis ab Iside conditum; sed de hoc alibi fusiùs.

NOMVS II. PHTENVTI,

ID EST

Præfectura Phtenuti, Coptè ⲡⲓⲧⲁⲃⲓⲣ ⲫⲧⲏⲛⲟⲩⲧⲓ.

SEcundam Nilotici Deltæ præfecturam inuenio fuisse ⲫⲧⲏⲛⲟⲩⲧⲓ *Phtenuthi*, hoc est, vt Coptè eam enunciem ⲡⲓⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛ̀ⲛⲉⲫⲧⲓ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲧⲉ quasi diceres præfecturam Dei Deorum; eratque vicina & contigua præfecturæ Racotæ, etymon huius, teste Nomenclatore Copto, deducitur à ⲫⲧⲓ id est, *Deus*, & ⲛⲟⲩⲧⲉ plurali, quod Deos significat, à singulari ⲡⲓⲛⲟⲩⲧⲉ Deus. Meminit huius Nomi Ptolomæus quoque hoc loco, Μεταξὺ, ait, Τῦ ποταμοῦ μεγάλου καὶ Φαρμουθιακοῦ πόλεις ταῦτ᾽, Φθένουθιν νόμος καὶ μητρόπολις καὶ Βοῦτος. *Inter flumen magnum & Pharmutiacum vrbes hæ, Phtenuton Nomus & Metropolis & Butos*. Vocatur autem ⲫⲧⲏⲛⲟⲩⲧⲓ id est, præfectura Dei Deorum, eò quòd in ea Serapis quem maximum Deorum Aegypti, teste Diodoro, Apuleio, & Ammiano Marcellino appellabant, sacra fierent; quemque sub Taurina forma in delubro proprio adorabant; atque hoc ita esse, simulachra quædam ταυρόμορφα eius quam e latere vides figuræ, quæ in ruderibus Rassith & Deruthi, id est Canopi & Buthi, quæ ad hanc præfecturam olim pertinebant, subindè inueniuntur, Serapidem hic cultum satis superque testantur. Est in Musęo Illustrissimi Petri à Valle huiusmodi idolum ex latere confectum, cuius figuram apponimus. Canopum autem hodie رشيد appellant Aegyptij, ita Abulfeda in sua Geographia Arabica:

ΣΕΡΑΠΙΣ

Abulfeda in sua Geographia.

ورشيد بلده على غربي النيل مقدم تسمي كنوب وهي عن السكندريه على مرحله

Rosletta olim Canopus. Strabo l. 16.

Est Rossetta regio ad occidentalem partem Nili olim dicta Canub, & distat ab Alexandria Margala, id est, *spatio itineris vnius diei*; etsi Strabo, ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπ᾽ Ἀλεξανδρείας πεζῇ ἰοῦσιν, id est, *distantiam ab Alexandria* 120. *stadiorum distantiam euntibus terrestri itinere præscribat*. Butos autem hodie vocant, دروطي Deruthi, in vtroque verò Serapidem & Latonam siue Io cornuta simulachra, culta fuisse, Strabo docet: Κανώβῳ, inquit, ἐπώνυμος Κανώβου τοῦ Μενελάου κυβερνήτου ἀποθανόντος αὐτόθι ἔχυσε τὸ τοῦ Σεράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον καὶ θεραπείαις ἐκφανέσι· ὥστε καὶ οἱ θεῖοι ἐλλογιμώτατοι ἄνδρες πιστεύειν, καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρων. *Canopus cognominis Canopi, qui Menelai Gubernator ibi mortuus*

Butos.

Strabo.

mortuus fuerat; habet Serapidis templum religiosè cultum, vt etiam nobilissimi viri ei credant, & pro se, vel pro alijs insomnia ibi captent; sunt qui curationes conscribant, quidam virtutes editorum ibi oracolorum. Et paulò post de Buto ita loquitur: Περὶ δὲ τὸν βῦτον κεῖται Ἑρμούπολις ἐν νήσῳ κειμένη. ἐν δὲ τῇ βύτῳ λητοῦς ἐστὶ μαντεῖον. *Circa Butum verò est Hermopolis in Insula iacens, Buti verò est Latonæ oraculum.* Latonam verò cum Io Bosphora confundi ex phornuto patet; quin & etymon ipsum Buti à cornuto cultu sic dictum, author est Stephanus περὶ τῶν πολέων voce ⲃⲩⲧⲱ; & Coptæ voci per omnia respondet; Sonat enim ⲃⲱⲧⲟⲥ in lingua Copta nihil aliud, quàm donum Bouis, cuiusmodi Latonam siue ⲓⲱ sc: Bouis Phoronæi filiam fuisse, Herodotus declarat in Thalia, alijque Mythologi, quos consule.

Quis Canopus?

Butos.

NOMVS III. PHTEMPHVTI

ID EST,

Præfectura Phtemphuti, Coptè ⲡⲓⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛⲧⲉⲧⲫⲉⲙⲛⲩⲧ.

TErtia præfectura veterum Ægyptiorum erat ⲧⲫⲉⲙⲛⲩⲧ Thphemnuti (corruptè Phtemphuti) hoc est, Cœlum Deorum, à voce Copta ⲧⲫⲉ id est, Cœlum, vbi ⲉⲉ nota Genitiui, & ⲛⲩⲧ plural. num. quod Deos significat; huius metropolis erat ⲧⲁⲩⲁ *Taua*, quod Coptè idem est, ac templum; videtur autem hæc præfectura dicta Cœlum Deorum, eò quòd inter duo flumina Pharmuthiacum & Athribiticum germinans, reliquos omnes Nomos cùm fœcunditate, tùm amænitate facilè superaret. Comprehendebatque Xoin & Pachnamunim, quæ posteà diuersorum Nomorum nomina sortita sunt; In hac præfectura Canopi cultum viguisse, potissimum Xoi, Suidas author est. Erat autem idolum illud instar dolij, plenum foraminibus, vt hic à latere apparet, cuius de causa & origine, vide, quæ scripsimus in Prodromo nostro Copto, & apud dictum Suidam voce, Canopus; & inferiùs vbi de Canopis fusè tractamus. Xois verò Metropolis, in qua colebatur Canopus, qui indè dicebatur Xoites, Coptè vocatur ⲍⲉⲟⲥ, ab Ægyptijs posteris شخا *Sciagha*, in qua, teste Geographo Dubiano magna adhuc antiquitatis vestigia inueniuntur.

Phtemphuti, quid?

Canopi forma & cultus.

Xois vrbs.

Porrò Arabes Historici, aliam huius etymologiæ Phtemphuti assignant rationem; cùm enim Ioseph exsiccasset Elphium, & quicquid *Delta* continet, in terram eleuasset aquâ in alueos depressâ; regionemque non fertilem tantùm, sed & mirum in modum amœnam reddidisset; dicitur Pharao ad opus Iosephi spectandam accitus, in hæc verba prorupisse: اهذا من ملكوت السموات *Num hæc regni cœlestis portio?* vnde & *Schaghæ*,

Etymon Phtemphuti

ghe, vbi hæe contigiſſe feruntur, in hunc diem regnum cœli vocatur, ita memorat Gelaldinus Arabs in hiſtoria de Regibus Ægypti; ſed hoc adiungere hìc volui, ne quicquam ad antiquitatem Illuſtrandam deeſſe videatur; interim vnicuique liberum erit de ijs ſentire, quod voluerit.

NOMVS IV. MENDESIVS,

ID EST

Præfectura Mendeſia Coptè ⲡⲓⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛ̀ⲧⲉⲙⲉⲛⲇⲏⲥ.

QVarta veterum Ægyptiorum præfectura erat Mendes, Coptè ⲙⲉⲛⲇ ⲏⲥ, quæ vox Hircum ſignificat; ita dicta præfectura, vel à multitudine hircorum in hoc diſtrictu paſci ſolitorum, ſiue à cultu Hirci aut Panos, quem in hoc Nomo cultum eſſe Strabo docet his verbis: Ἐ'στὶ δὲ ἡ Ἐ'μβὴ πόλις ἡ λυκόπολις, ἡ Μένδης, ὁπὺ τὸν τράγα τιμῶσι, καὶ τὸ ζῶον τράγον, ὡς δὲ Πίνδαρός φησιν, ἔ τραγοι ἐνταῦθι γυναιξὶ μίγνυν ται.

Μένδητα δ' ἀγὰ κεκμενὸν θαλάσσης ἔχατον
Νείλου κέρας, αἰγίβατοι ὅθι τράγοι γυναιξὶ
Μίσγονται.

Prætereà Mendes vbi Pan colitur & hircus animal, & vt Pindarus ait, hoc in loco hirci cura fœminis miſcentur.

Mendetis ad vicinia mari præcipitia,
Cornuque Nili extremum, qua Salax Capræ
Maritus humanam audet inire fœminam.

Euſebius verò de præparat. Euangelica, eò quòd caput hirci in hac præfectura adorari ſolitum eſſet, exprobrat Gentilibus; Cui aſtipulantur Clem. lib. 5. ſtromatum; Herodotus quoque & Plutarchus, ille in Thalia, hic in lib. de Oſiride & Iſide. Suntque huius cultus luculenta in tabula Bembina indicia, vbi in limbo ſupra Aram Hirci caput depingitur, eâ, quæ ſequitur, figurâ.

Figura Mendes.

Quæ omnia approbat Suidas his verbis: Μενδῆτα καλοῦσι τὸν τράγα Αἰγύπτιοι, ὡς τραγοπρόσωπον, ὃν καὶ τὸν τράγον τῇ αὐτῶν διαλέκτῳ, ἔτω καλεῖν, καὶ τιμῶσιν αὐτὸν ὡς ἀναπεφυκότα τῇ γονίμῳ δυνάμει. καὶ τιμῶσι αὐτὸν ὡς ἔτι μὴ ἐσθίειν τράγους, ὀχθωτικὸν γὰρ τὸ ζῶον. διὸ δὲ καὶ ἱερὸν τῶν Μενδησίων παρ' Αἰγυπτίοις, ἐν καὶ ἄγαλμα τραγοσκελὲς διὰ ὀρθὸν ἔχον τὸ αἰδοῖον. *Mendem vocant Pana Aegyptij, quaſi Hirco-formem, quem & Hircum ſacrâ linguâ vocant, venerantur autem eum quaſi ſeminalis virtutis præſidem, colunt quoque eum, quod non liceat comedere hircos, eſt enim animal laſciuum. Eſt & templum apud Aegyptios in Mendele, & in eo ſimulacrum hircinis cruribus erectum habens verendum.* Cuius verò hic cultus ſymbolum fuerit, fusè dicetur in Pantheo Hebræorum tertio huius operis Syntagmate; Ciuitas principalis huius Nomi eſt Thmuis, de quo etymo vide Herodotum in Thalia, Coptè ⲑⲙⲟⲩⲓⲥ, Arabicè المورد *Elmurade.*

NO-

NOMVS V. ONVPHIS

ID EST,

Præfectura Onuphis, Coptè ⲡⲓⲧⲁⲅⲡⲓ ⲛⲟⲩⲫⲓⲟⲛ ⲛⲓⲍⲟⲩⲉ *.*

PRæfectura Onuphis, quintum in ordine Nomorum locum obtinet. Coptâ linguâ ⲛⲓⲍⲟⲩⲉ *Pihof*, vel ⲛⲟⲩⲫⲓⲟⲛ, quod ſerpentem ſignificat, appellatur; putoque hanc vrbem eandem eſſe cum Hebræorum נף *Noph*, quâ tamen voce Memphis quoq; nominatur; ratio huius rei aſſignari poteſt, propinquitas Memphis ab Onuphide, ex qua conſequenter confuſio vnius cum altero, ſicuti eandem ob cauſam non rarò confunduntur Peluſium, Sais & Damiata, vt inferius oſtendemus. Balmis ita eadem deſcribit נף שם מדינת מצרים נקרא חיה בלעז מנף *Noph nomen vrbis in Ægypto barbarè dicta Monph*. Dicitur autem Ὀνῦφις, quia aſpidem ſerpentem in ea adorabant, ita Pauſanias in Corinthiacis, cùm de cultu animalium in Bæotia vſitato loquitur: Καθάπερ ἐν τῇ πολεῖ τῇ Αἰγύπτῳ Ὀνύφι τῷ Ἀσπίδι θεοσεβοῦσι. Onuphion autem à ſerpentis cultu ita dictum etymon ipſum docet, quòd ἀπὸ τοῦ ὄφεως deriuatum nemo dubitare debet, quin & Nomenclator noſter ΠΙΝΥΦΙΟΝ Βασιλίσκον ſeu ſerpentem interpretatur; cui aſtipulatur Horus, qui ſerpentem Vræum dictum Ægyptijs aſſerit, quod Mendum in Prodromo eſſe oſtendimus; vbi quoque non Vræum, ſed Vphæum legendum demonſtramus. ita autem ait Horus: Αἰῶνα ἑτέρως γεάφαι βουλόμενοι ὄφιν ζωγραφοῦσι ἔχοντα τὴν ὀρὰν ὑπὸ τὸ λοιπὸν σῶμα κρυπτομένην. ὃν καλοῦσι Αἰγύπτιοι ὠρᾶον, ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ βασίλισκον ὄντες χρυσοῦν πιοιοῦντες Θεοῖς περὶ τιθέασιν. *Quin & aliter æuum exprimantes ſerpentem pingunt, cuius cauda reliquo inuoluatur, ac tegatur corpore; hunc Ægyptij quidem linguâ ſuâ Vræum*, (lege Vphæum,) *græci verò Baſiliſcum nominant, eundem ex auro conflatum Dijs circumponunt*. Atque huius quidem ὀφιολατρείας occaſionem fuiſſe puto multitudinem aſpidum ſeu ſerpentum quotannis eo in diſtrictu ex Nilotici limi putrilagine pullulantium, quos dùm maximè hominibus pecoribuſq; damna inferrent morſibus ſuis lethiferis, Aſpidem ceu numen Auueruncum coluiſſe veriſimile eſt; & forſan ad Moſaici ſerpentis in deſerto exaltati rationem & exemplar illum quoque colebant Aegyptij, quos plurima ab Hebræis accepiſſe alibi dicemus. Idolum ex tabula Bembina depromptam hìc apponimus.

Balmis Hebraus in Dictionario.

Onuphis figura.

ΠΙΝΥΦΙΟΝ quid?

Mendum in Horo occurrens circa nomen ΠΙΝΥΦΙΟΝ.

Cauſa cultus Vphæi.

NOMVS VI. SAIS,

IDEST,

Præfectura Saitica, Coptè ⲡⲓⲛⲁⲃⲓⲣ ⲛⲧⲉⲥⲱⲓ ϩ

Sais inferioris Ægypti Metropolis.

SExta præfectura erat Sais, in qua Mineruam cultam Strabo docet: Καὶ ἡ Σεβεννυτικὴ δὲ πόλις, καὶ ἡ ΣΑΙΣ Μητρόπολις δ' κάτω χώρας, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Ἀθηνᾶν ἐν δὲ τῷ ἱερῷ ἀυτ' ἡ ταφὴ κεῖ) τῦ Ψαμμητίχυ. *Indè*, inquit, *Sebennitica vrbs & Sais inferioris Ægypti metropolis; in hac Mineruam colunt, vtpotè in cuius templo Psammetichi sepultura est*; alibi quoque refert, Saitas ouem coluisse; & certè hoc ita esse etymon docet; cùm Sais linguâ veteri nihil aliud sit, quàm ouis siue agnus, Coptè ⲉⲥⲱⲓ, & cum articulo ⲡⲓⲉⲥⲱⲓ ϩ ita Nomenclator noster Aegyptiacus clarè docet. Sunt autem Sais & Esoi satis propinqua, diffidentque solâ corruptelâ in literis diuersimodè à diuersis prolatis factâ. Ouem præterea Mineruæ & Palladi dicatam, omnes Mythologi testantur. Meminit huius templi Palladis Clemens Alexandrinus l. 4. stromatum. *In Sai*, inquit, *pro vestibulo templi Palladis huiusmodi symbola incisa spectantur. Infans, Senex, Accipiter, Piscis, Hippopotamus*, quorum symbolorum interpretationem vide in Obelisco Pamphilio lib. 3. & quæ de portentoso Mineruæ templo in Sai recitat Herodotus in Thalia; vide quæ suprà in Nomo Memphitico de hiscè egimus. Fingebatur autem idolum Mineruæ eâ prorsùs formâ & figurâ quâ Isidis, à qua non differt: nam vt rectè Macrobius, quod Græcis Ἀθηνᾶ, hoc est Minerua, id Aegyptijs Isis est, figura eius è latere apponitur. Verùm cùm de hiscè & similibus fusè tractemus in Mystagogia Aegyptia, hìc obiter tantùm ea insinuanda duximus.

ⲈⲤⲰⲒ
ⲤⲀⲒⲤ
idemquæ Ouis.

Ouis Mineruæ dicata.

Clemens Alexandrinus.

Mineruæ Idolum.

NOMVS VII. ATRIBIS,

IDEST,

Præfectura Athribitica, Coptè ⲡⲓⲛⲁⲃⲓⲣ ⲛⲧⲉⲃⲣⲉⲃⲉ ϩ

PRæfectura septima Athribis est, quam alibi perperam ⲁⲗⲓⲃⲓⲛ vocant: & est iuxta Ptolomæum, Ὁ Νόμ. καὶ Μητρόπολις, καὶ ἡ ἀπὸ τ' ὀνομάζε), ὁ ποταμὸς Ἀθριβιτικὸς; Coptè vocatur ⲃⲣⲉⲃⲉ, posteri Arabes eam اثريب Atrib àppellant; quam Strabo hiscè verbis describit: Ὁ Νόμ. καὶ Μητρόπολις Ἀθρίβις, τιμῶσιν τὸν Μυγάλην; *Athribis Nomus & Metropolis est, colunt in ea Mygalim, seu Murem araneum*; Vndè verò ⲃⲣⲉⲃⲉ originem suam habeat, aut quid

Strabo.

propriè

propriè significet, etiam multò cum sudore comperire non licuisset, nisi historia seu chronica Arabicum in huius etymi notitiam aliquam me deduxissent. Nam Atribis dicunt Arabes ita dictum à Fundatore vrbis Atrib Pronepote Misraim, ita Gelaldinus in historia Regum Ægypti; vbi inter cœteros Reges Ægypti, Atribis quoque meminit his verbis: Atribis vrbs vnde dicta.

وقوفي قبط فاستخلف اخاه اشمن فاستخلفه اخوه اتريب وهو بني مدينة اتريب

Et defuncto Copto (ita Misraim vocant) *successit frater eius Eschman, cui successit frater eius Atrib, ipse ædificauit ciuitatem Atrib.* Quid Atribis?

Porrò vbi alij loco muris Aranei, quem Athribitæ coluisse feruntur, legunt μυγάλη, alij eodem loco legunt καάθαεον μυοκέφαλον, ita Sylburgius, id est, ex eo scarabæorum genere, qui caput muris præseferunt, & hunc adorasse Athribitas verisimile est, vocaturque ab Horo Μονοκέρως, καὶ ἰδιόμορφος, ὧν Ἑρμῆ διαφέρειν δόκιμος, καθὰ καὶ Ἴβις τὸ ὄρνεον· *Vnicornis est peculiaris formæ, quod & animal Hermeti sacrum esse, vti ex auibus Ibin existimarunt.* Certè Ægyptios huiusmodi Scarabæum tanquam viuam quoque Solis imaginem coluisse Porphyrius docet libro, περὶ τοῦ ἐμψύχων ἀποχῆς, siue de abstinentia ab animatis; Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέφθησαν, ὡς εἰκόνα ἡλίου ἔμψυχον. Atque ex hac admodum concinnâ lectione mendum esse murem araneum seu μυγάλων, luculenter patet; cùm nullibi de cultu muris apud Ægyptios mentio fiat. quomodo enim animal immundum, nec vllo qualitatis memorabilis dono præditum, quin ad corruptionem inferendam propensissimum Ægyptij adorare voluerint, non video? nisi forsan per placatoria sacrificia, quemadmodum in Deorum Auuerruncorum cultu contingebat, id præstiterint; at cùm inter hieroglyphica nulla huius rei vestigia reperiantur; ego non possum non probare vehementer lectionem Sylburgij, loco μυγάλης legentis, καάθαεον μυοκέφαλον, id est, *Scarabæum muriformem*, de quo consule Aldrouandum capite de Scarabæis in genere; huiusmodi autem cultus Scarabæi, vti communis fuit toti Ægypto, ita Athribitis maximè peculiaris: Sed vide, quæ de eo in Prodromo diximus, & alibi pluribus in locis fusè dicemus. Simulacrum huius idoli ex tabula Bembina depromptum hìc apponendum duximus. Scarabæus imago Solis.

NOMVS VIII. TANIS,

ID EST,

Præfectura Tanitica, Coptè ϯϣⲁⲃⲓⲣ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲥⲓⲧⲉ.

MVltam reperio de hac præfectura Tanitica inter Authores concertationem, alijs eam cum Peluſio, cum Damiata quibusdam, nonnullis cum Saï confundentibus; Verùm cùm hæc confusio orta sit ex sacra scriptura, quam dum quisque suo modo interpretari conatur, mirum non

non eſt, varias quoque circa hæc ſententias exortas eſſe. Verùm vt controuerſia hæc tandem dirimatur, textus ſacros priùs hoc loco allegandos duxi; vt quibus Tanin, Peluſium, aut Sain, atque Alexandriam nominibus indigitet, pateſiat Deus igitur per Ezechielem 30. capite minatur Aegypto eiuſque vrbibus principalibus, hiſcè ſequentibus verbis:

Ezechiel 6,39 ויאמר יי ואברתי גילולים והשבתי אלולים מנוף ונשיא מארץ מצרים והשמותי את פתרס ונתתי אש בצוען ועשיתי שפטים בנא ושפכתי חמתי על סין ונתתי אש במצרים חול תחיל סין ונא תהיה להבקע ונוף צרי יומם בחורי און ופי בסת בחרב יפלו

Hoc eſt, *Hæc dixit Dominus: Diſperdam ſimulachra, & ceſſare faciam idola de Memphis; & Dux de terra Ægypti non erit ampliùs, & dabo terrorem in terra Ægypti; & diſperdam terram Phatures, & dabo ignem tn Taphnis, & faciam iudicia mea in Alexandria. & effundam indignationem meam ſuper Peluſium robur Ægypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ, & dabo ignem in Ægypto, quaſi parturiens dolebit, Peluſium & Alexandria erit diſſipata, & in Memphis anguſtiæ quotidianæ: Iuuenes Heliopoleos & Bubaſti gladio cadent, & ipſæ captiuæ ducentur.* Septem igitur vrbium hoc loco mentionem facit

Nominum vrbium Ægypti enarratio. ſacer textus. Primò, Memphis videlicet, quam Hebræi dicunt נוף *Noph.* Secundò, פתרס *Phathures*, quam ego Buſirin interpretor, vt poſteà videbimus. Tertiò, Thaphnis quam Hebræi vocant צוען *Zohan*. Quartò, Alexandriæ, quæ hebraicè נא *No* dicitur. Quintò, Sai, quam textus dicit סין *Sin*, interpretes Peluſium eſſe volunt. Sextò, Heliopolis, quæ hebraicè און id eſt, iniquitas dicitur. Septimo, Bubaſti, quam dicti Hebræi per contemptum vocant בסת פי id eſt, *os ignominiæ*, ob idololatriam, quam in hiſcè duabus vltimis vrbibus præ alijs exercebant; quorum pleraque nomina valdè diuerſa ſunt apud ſeptuaginta interpretes, vt ex textu ipſo patet. Καὶ ἀπολῶ βδελύγματα καὶ καταπαύσω μεγιστᾶνας ἀπὸ Μέμφεως καὶ ἀπολῶ γῆν Βαθύρης καὶ θήσω πῦρ εἰς Ταπνὼ καὶ ποιήσω ἐκδίκησιν ἐν Διαπόλει, καὶ ἐκχεῶ τὸν θυμόν μου ἐπὶ Σαὶν ἰσχὺν Αἰγύπτου, καὶ ἀπολῶ τὸ πλῆθος Μέμφεως, καὶ δώσω πῦρ ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ταραχῇ ταραχθήσεται Σαΐς. Hic à ſeptuaginta interpretibus Alexandria ſiue No Hebræorum vocatur Διόσπολις. Zohan verò dicitur Tanis: Sin verò quod in vulgata editione Peluſium vocatur, hìc apud ſeptuaginta ſumitur pro Sai; quæ in ſequenti verſu pro Memphi quoque ſumitur. Vzielides in Thargum hoc loco pro Zohan habet cùm ſeptuaginta interpretibus טאנים & loco Memphis מפאס Maphes ואשצי רפלחין לצלמניא מפאס באלכסנדריא *Et diſperdam omnes colentes idola de Maphes & Alexandria*. Syriaca lectio partìm editionem vulgatam, partìm ſeptuaginta Interpretum ſequitur, allego textum:

ܘܐܒܕ ܠܓܠܠܐ ܕܒܡܦ ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܬܘ ܕܡܫܠܛ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪ
ܘܐܬܠ ܠܦܬܘܪܣ ܘܐܝܩܕ ܢܘܪ ܒܨܘܥܢ ܘܐܬܒܨ ܒܢܐ ܘܐܫܠ ܕܝܢ
ܘܐܫܦܟ ܚܡܬܝ ܥܠ ܣܝܢ ܕܗܝ ܚܝܠܐ ܕܡܨܪ ܘܐܩܛܥ ܐܢܐ ܠܗܡܘܢ
ܘܐܬܩܛ ܢܘܪ ܒܡܨܪ ܘܬܬܚܝܠ ܣܝܢ ܘܢܐ ܬܗܘܐ ܠܒܩܥ ܘܢܘܦ
ܘܨܪܝ ܝܘܡܡ ܒܚܘܪܝ ܐܘܢ ܘܦܝ ܒܣܬ ܒܚܪܒ ܢܦܠܘ

Et

Et diſperdam ego terrorem ex Maphes, & ampliùs Dux non erit in Ægypto, & diſperdam terram Phatures, & relinquam ignem in Zohan, & faciam iudicium in Nu, & diffundam furorem meum ſuper Sin robur Ægypti, & diſperdam diuitias Nu, & relinquam ignem in Ægypto, & conturbabitur Sin, & Nu diſſipabitur, & Memphis erit in deletionem &c. Ex quibus omnibus tandem apparet, Interpretes multam habere in huiuſmodi nominibus diuerſitatem. Ad hanc igitur nominum diuerſitatem conciliandam, dico, ſacram Scripturam hoc loco non de vrbibus particularibus ſemper loqui, ſed ſubindè genericè, ita vt Nomum integrum pro vrbe ſumat: cùm autem Sais, Tanis, Peluſium, Buſiris, Memphis vicina ſibi & eiuſdem diſtrictus ferè fuerint, id eſt, inter duo flumina Athribiticum, & Bubaſticum comprehenſa, quæ Regio quoque nunc Memphitica, modò Tanitica, iam Saitica, nunc Peluſiaca dicebatur. Mirùm non eſt, Interpretes quoque vnam ſubindè pro altera accepiſſe: atque hanc cauſam ego eſſe puto, diuerſitatis lectionis hoc loco occurrentis. Cœterùm Sain, Tanin, Peluſium, Memphim, Buſirin, diuerſas omninò vrbes eſſe, partim in præcedentibus diximus, partim in ſequentibus aperiemus. Atque Tanin quidem Copti ⲧⲁⲛⲉⲥⲓⲛⲉ vocant ab inſula, in qua ponitur ſic dicta. Arabes eam ita deſcribunt:

Conciliatio nominum.

وتنيس هي جزيره في وسط بحيره تعرف بحيره تنيس المقدمة الذكر ولاريح بها وقد خربت وبادت قال في اللباب ومونه عند تنيس قال في العزيزي ومقدار بحيرتها اقلاع يوم في عرض نصف يوم ويكون ما عند هبوب الريح الشمالي ـــــــه ✡

Tanis autem eſt inſula in medio lacu, qui dicitur vulgò lacus Tanis, iam ante memoratus, neque eſt ſubiecta ventis, & iam deſtructa perijt. Dixit in tract. Allabab: Mune autem eſt propè Tanim. Dixit verò in tract. Hariri: Spatium longitudinis eius lacus eſt nauigationis vnius diei, latitudo verò medij diei flantibus ventis Aquilonaribus. Balmis hebraicè ita eam deſcribit: טאנים הוא מדינת מצרים נקראת במקרא צואן *Tanis ciuitas Ægypti eſt, olim dicta Zoan.* Stephanus. Τάνις ἡ πόλις τῆς Αἰγύπτου, παλαιῶς ὀνομαζομένη Θάφνις.

Accipiter Tanitícus.

Porrò Tanitas Accipitrem coluiſſe Strabo docet, Pauſanias quoque Accipitris Tanitici meminit. Quid verò per Accipitris cultum innuerint Ægyptij, alibi fuſè dicetur. Atque hæc de Tanitica præfectura ſufficiant.

NOMVS IX. PHARBETHVS, *IDEST,*

Præfectura Pharbæthites Coptè ⲡⲓⲁⲣⲃⲁⲓⲧⲏⲥ *vel* ⲫⲁⲣⲃⲁⲓⲧ.

DEriuatur hoc nomen Pharbæthus à Copto ⲡⲓϩⲓⲣⲃⲁⲓⲧ quod plateam Accipitris denotat. Nam ex Nomenclatore noſtro ⲡⲓϫⲓⲣ

plateam,

plateam, vicum, semitam, ⲃⲁⲓϯ Accipitrem. Atque ⲃⲁⲓϯ Accipitrem significare Horus quoque testatur; verba eius sunt sequentia: Horus. Ἐτιγεμὼ καὶ αὐτι ψυχῆς, ὁ ἱεραξ ταυτὸ, ἐκ τ̃ ὀνόματ@ ἑρμηνείας. καλεῖ γὰρ παρ' Αιγυπτίοις ὁ ἱεραξ BAIHΘ. τ̃το δὲ τὸ ὄνομα διαιρεθὲν. ψυχὴν σημαίνει καὶ καρδίαν. ὅτι γὰρ τὸ μὲν βαὶ ψυχὴ, τὸ δὲ ἠθ καρδία. ἡ δὲ καρδία κατ' Αιγυπτίους ψυχῆς βολ@. ὡς δὲ σημαίνειν τὴν συνθεσιν τ̃ ὀνόματ@ ψυχὴν ἐγκαρδίαν, ἀφ' ἧς καὶ ὁ ἱεραξ τὸ καὶ πρὸς τὴν ψυχὴν ἕλκει. ὧ καὶ ἡ ψυχὴ ζέφει. *Quin & pro anima ponitur Accipiter iuxta nominis interpretationem; siquidèm Ægyptijs Accipiter* Baieth *dicitur, quod nomen, si diuiseris, animam & cor significat.* Bai *enim anima est, &* eth *cor. Cor autem ex Ægyptiorum sententia animæ ambirus est; itaque ex consueta significatione nomen hoc, animam cordatam notat; vndè & Accipiter ob eum, quem cùm anima habet, naturæ consensum, aquam omninò non bibit, sed sanguinem, quo & ipsa nutritur anima.* Ex quo luculento sanè testimonio satis patet, hoc etymon nominis huic Nomo non esse impositum, nisi à cultu, & veneratione Accipitris ibidem peragi solita; quemadmodum enim reliquæ vrbes, vt Diospolis, Hermopolis &c. à cultu Iouis & Mercurij dicuntur; ita & hæc à cultu Accipitris nomen inuenit, vt diceretur ⲡⲓϭⲓⲣⲃⲁⲓϯ id est, *vicus Accipitris*. Certè hanc præfecturam communem habuisse Accipitris cultum cum Tanitica, hinc deduco, quod eidem omnium esset viciniſſimum & frequentiſſimum inter Tanitas & Pharbaithas vltrò citròque negotiantium commercium. Ex commercio autem similitudinem morum & religionis nasci, clariùs est, quàm vt dici debeat. Pihirphait quid?

Atque inter Pharbæthum, & Tanin celeberrima illa fuit olim Israëlitarum captiuitatis statio, à qua ipsos liberans Moses, rectà per mare rubrum duxit; sed de his alibi fusiùs, nunc ad alia.

NOMVS X. BVSIRIS.

IDEST,

Præfectura Busiritica, Coptè ⲧϩⲃⲓⲣ ⲛⲃⲟⲥⲓⲣⲓ.

VLtimus Deltæ Nomus Busiriticus est, & ciuitas ὁμοώνυμ@, quæ Ezechiel. 30. vocatur פתרס *Phatures*, à Busiri sic dictus; cuius etymon varij variè deriuant. Quidam à Busitide fabuloso illo hospitum mactatore, alij ab Osiride, alij alia circa id comminiscuntur, alij à Busir filio Chami, ita Arabes; de quo in sequentibus fusiùs. Nos à cultu Apidis ita dictum existimamus, quod Osiridem ibîdem in Bouem conuersum fabularentur Ægyptij, Diodoro teste, quasi diceres Coptè ⲃⲟⲩⲉ ⲛⲛⲉⲩⲡⲣⲟⲩⲓ id est, *Bos Regis*, siue ⲃⲟⲩⲉ ⲟⲥⲓⲣⲓⲛ *Busosirin*; Hanc vrbem Græci cùm Thebis, quæ & ἑκατόμπυλ@ vocatur, confundunt, perperam: cùm hæc duo loco totâ Aegypti longitudine, vti ex mappa patet, dissideant. Cœterum de situ huius vide Abulfedam & Geographum Nubianum inclim. 3. voce بوصير *Busir*, & Dictionarium nostrum Coptum voce ⲃⲟⲥⲓⲣⲓ. Busiris etymon. Ex etymologia verò nominis, si aliundê authoritates non suppeterent, haberi

haberi posset, Bouem in Busiri cultum esse. Cùm enim ibidem primò Osiris comparuerit in forma Bouis, & sub hac forma varia hominibus beneficia præstitisse credatur. Certè nihil adeò facile fuit populo superstitioso, quàm bouinum ex data occasione cultum introducere. Prætereà cùm Busiris vicina fuerit Memphi, & Heliopoli, quam antiquam Rameſſem, Israëlitarum stationem suprà diximus; forsan hinc celebris illa in deserto μοχολάτρεια siue vitellinus cultus profluxit, de qua fusè suo loco. Quicquid sit, ipsum etymon, & circunstantia loca hoc eodem cultu imbuta, quid de Busiriticâ religione sentiendum sit, satis declarant. Busiritas apud Plutarchum lego Asinos odio habuisse, & omnem tubæ clangorem ob ruditus similitudinem; eò quòd Typhonem Asininæ naturæ esse velint, & αἰθίοπα Osiridi, cuius & corpus dilacerasse fertur; sed de hiscè vide, quæ alibi tractamus. Busiritarum odium in Asinos.

Atque hæc sunt, quæ de primâ hac inferioris Ægypti distributione in suos Nomos dicenda putauimus, quam à Sesostri primum hoc ordine, deindè à Ptolomæis in alios atque alios Nomos nouos distributam diximus. Verùm hæc omnia vno intuitu oculari in sequenti Synopsi contemplare.

SYNOPSIS NOMORVM IN PHION, *SIVE INFERIORI ÆGYPTO.*

Numerus Nomorum	Copta Nomi	Numina culta	Arabica	Latina
I	ⲡⲣⲁⲕⲱⲧⲉ	Hermes	الاسكندريه	Alexandria
II	ⲫⲧⲏⲣⲟⲩⲧⲉ	Deus Deorum, Serapis	دروطي	Deruthi, Buthos
III	ⲧⲫⲉⲙⲉⲛⲟⲩⲧⲉ	Cœlum Deorum, Canopus	سما الاله	Semalalet, Taua
IV	ⲙⲉⲛⲛⲁⲓⲥ	Hircus Pan	المورده	Almurathe Mendes
V	ⲡⲁⲫⲓⲟⲛ	Serpens	برلس	Borelles Onuphis
VI	ⲥⲁⲓⲧⲏⲥ	Agnus	صا vel صيش	Sais vel Sai
VII	ⲃⲟⲉⲃⲉ	Scarabæus	اذرجب	Athribis
VIII	ⲧⲁⲛⲉⲥⲓⲧⲉ	Accipiter	تنيس	Tanis
IX	ⲡⲓⲥⲁⲣⲃⲁⲓⲧ	Accipiter	اربط	Pharbæthus
X	ⲃⲟⲩⲥⲓⲣⲓ	Bos	بوصير	Busiris

CAPVT IV.

DISTRIBVTIO II.

Ægypti Mediterraneæ in ſuos Nomos.

NOMVS I. MEMPHIS,

HOC EST

Præfectura Memphitica, Coptè ⲧⲁϩⲓⲣ ⲓⲙⲉⲙⲫⲓ

Memphis antiquitas.

VNam ex antiquiſſimis orbis terrarum vrbibus Memphim fuiſſe, omnium penè Hiſtoricorum teſtimonijs patet: vnde & ſæpè eandem Regum priſcorum ſedem, Deorum officinam, portentoſorum operum nullo non tempore fœcundam matrem appellant; Hanc Hebræi iam מוף *Moph*, modò נוף *Noph*, nunc מגדל *Migdal* Turrim, ſubindè מפס *Maphes*, ſæpè מצרים *Miſraim* appellant, Græci verò Βαβυλῶνα, Copti ⲙⲉⲙⲫⲓ vel ⲛⲓϩⲉ, aut etiam ⲟⲛ ⲛⲉⲙⲉ ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ *On & Babylonem*. Arabes modò مصر *Meſra*, modò منف *Monf*, Armeni *Meſſor*, Chaldæi כברא *Kabra*, moderni denique Cairum & Alcairum appellant; quam Pomiſius in ſuo lexico Hebraico hiſcè verbis deſcribit:

Varia nomina eiuſdem.

Abr. de Pomis.

מוף היא מדינת מצרים בנחה מצרים בן חם ונקראה עד היום בל עז׳ מצרי במקרא מפס רל טמא לעע *Moph ciuitas Ægypti, quã ædificauit Miſraim filius Cham, & vocatur hinc in hodiernam diem Miſraim, in ſacrâ verò ſcripturâ dicitur Maphes, id eſt, immunda, ob alienæ ſeruitutis exercitia in ea fieri ſolita*. Meminit huius quoque in ſuo itinerario Beniamin, in eaque multa monumenta Ioſephi Patriarchæ reperiri ait:

ממצרים החדשה עד הקדמה ג׳ מילין חיום כולה משוממה ובה רבות זכרונות ונראה בה עדים בית אוצר אבינו יוסף בן יעקב זל ובה עמוד נפלאה מאד לא כמוהו בכל הארץ:

Diſtat autem Miſraim noua ciuitas à veteri tribus milliaribus, tota hodiè deſolata eſt, & deuaſtata, ſuntque in ea multa adhuc antiquitatis monumenta, vti & theſaurorum horreorumque Ioſephi, memoria eius ſit in benedictione, veſtigia; in ea quoque ſpectatur columna quædam mirabilis magorum ope facta, non eſt ſimilis ei in vniuerſa terra. Memphim igitur & antiquiſſimam eſſe, & à filijs Chami primis poſt diluuium annis ædificatam, non Hebræi tantùm, ſed & Arabes quoque, Græcique Authores oſtendunt, vti paulò poſt, vbi priùs de etymo huius nominis aliquid dixerimus, videbimus.

Memphis deſcriptio.

Memphis ergò Ægyptiacum vocabulum à ⲙⲉⲙⲩ & ⲫⲧⲏ, quorum illud *aquam*, hoc *Deum*, compoſitum autem ⲙⲉⲙⲫⲧⲏ *Monphta*, idem ac *Dei aquam* denotat, quæ vox à Græcis poſtmodum corrupta, loco ⲙⲉⲙⲫⲧⲏ Memphis audijt. Occaſio autem & origo huius impoſitionis nominis ita ſe habet. Cùm Chami filij primam huius Ægypti partis coloniam cœpiſſent excolere, eos prima habitationis ſuæ tentoria in collibus Memphiticis

* vel Deum aquæ.

fixiſſe

fixiſſe ferunt, reliquâ Ægypto magna ex parte, vti dictum eſt, paludibus longè latèque ſtagnante; cùmque ſucceſſu temporis paludibus exſiccatis, terra benigniorem ſe præberet, primam vrbem à Miſraimo filio Chami ad ripam Nili, quam & ſuo nomine Miſraim appellari voluit, conditam eſſe; terrâ verò vrbeque Meſrâ in dies maiora fœcunditatis incrementa ex fœcundi fluminis irrigatione ſuſcipiente, eandem Ægyptiaco vocabulo ⲙⲉⲙⲫⲓ hoc eſt, *aquam Dei* dictam fuiſſe aſſerunt, quam poſteri corruptâ deindè voce Memphin dixerunt. Atque hoc ita eſſe primò clarè oſtendit Abenephius his verbis:

كان من اوليين الذي سكن مضر مصر ابن حام بن نوح وهو ابو القبط فسكن منف وتدعى بالقبطي منفتا اعني المـــا الله ✡

Fuit autem primus ex habitatoribus Ægypti Meſra filius Cham, filij Noë, & is pater Copti, & habitauit in Momph, quæ linguâ Coptâ dicitur Monphta, hoc eſt aqua Dei. Certè Memphim à pleriſque ſcriptoribus non aliâ ratione Memphim quoque dici, niſi ab hoc etymo, clarè patet: quod Momemphis Coptè nihil aliud ſignificet, quàm *aquas ciuitatis Dei*. Quæ omnia conſentiunt cum ijs, quæ ex Abn abed Elhakem recitat Gelaldinus Arabs hiſtoricus, vbi & etymon Maphe explicat paulò aliter quàm Abenephi. Verba integra pono: Memphis etymon.

كان اول من سكن مصر بعد ان اغرق الله قوم نوح بصير بن نوح وهو ابو القبط فسكن كلهم منف وهي اول مدينة عمره بعد الغرب هو وولده فهم ثلاثون فلما بلغوا وتزوجوا وبذلك سميت مافه ومافه باسان القبط ثلاثون وكان بيصر بن حام بن نوح قد كبر وضعف وكان مصرا كبر ولده وهو الذي ساق لابوه وجميع اخوته الى مصر ونزلوا بها فبمصر ابن بيصر سميت مصرا فحاز له ولولده ما بين الشجرتين خلف العريش الى اسوان طولا ومن برقه الى ايلة عرضا قال ثم ان بيصر بن حام توفي فدفن في موضع الى هرميس فهى اول مقبره قبر بارض مصر واستخلف ابنه مصر وحاز كل واحد من اخوة مصر قطعة من الارض لنفسه هوي ارض مصر التي يحوزها لنفسه ولولده وقسم لهم هذا النيل قطعة لابنه قبط موضع قبط وسكنها وبه سميت وما فوقها الى اسوان ومادونها الى اشمون في الشرق والغرب فسكن اشمن فسميت به وقطع لاتريب مابين منف الى صا وسكن اتريب فسميت به فقطع لصا ما بين صا الى البحر فسكن صا وسميت به وكانت مصر كلها على اربعة اجزا جزوين بالصعيد وجزوين ما سفل الارض ✡

Gelaldinus in hiſtoria Ægypti.

Fuit autem primus ex habitatoribus Ægypti poſt diluuium Boſir filius Cham, filij Noë, & ipſe pater Copti, omnes iſti habitauerunt Monf, & hæc vrbs primò habitata eſt poſt Gharab; ipſe & filius eius fuerunt triginta animæ iam matrimonio coniunctæ, & propterea vocata fuit Monph, in lingua Copta Maphe, id eſt, triginta animæ; fuit autem Boſir filius Cham, filij Noë iam maturus, at imbecillis, fuitque Miſraim maior filius, & is eſt, qui deduxit patrem ſuum, & omnes fratres ſuos in Ægyptum, & deſcenderunt ad eam; in Ægypto autem filius Boſir cuius nomen Meſra, is diuiſit ſibi, & filijs ſuis id quod eſt inter duas arbores retrò Elariſeh vſque ad Eſuan ſecundùm longitudinem, & à Barca vſque Ailah ſecundùm latitudinem. Dicit deindè quòd Boſir filius Cham mortuus eſt, & ſepul-

Diuisio Ægypti facta à Misra filijs suis.

tus in loco quo Hermes, & hæc fuit prima sepultura in terra Aegypti, & successit filius eius Misraim, & diuisit vnicuique fratrum suorum Aegyptum, sc. partem ex terra propria. Cùmque multiplicarentur filij Misraim, & filij filiorum eius, diuisit Mesra vnicuique filiorum portionem, selegit, posseditque eam sibi, & filijs suis, & resecuit ijs ad hanc partem Nili, portionem pro filio suo Copt, locum Copt, & habitauit ibi, & vocatus fuit locus ab eo. Omne verò supra Copt vsque in Esuan, & quod infra vsque in Esmun in orientali & occidentali plaga, Esmun filio dedit, & habitauit Esmun, & appellata fuit ab ipsa, Esmun; & diuisit Atribi totum id, quod erat inter Monf vsque Sain, & habitauit Sain, & vocatus fuit ab ipsa Sais. Diuisaque fuit tota Aegyptus in quatuor portiones, duæ portiones continebantur in Saide, & duæ in inferiori terra.

De his quoque & similibus vide Herodotum, qui in Euterpe multa de Memphi tractans, eam à Mena (quem eundem nos esse cum Mesraim alibi ostendimus) conditam asserit. Vide quoque quæ de primâ diuisione Ægypti in Calasiries & Hermolybies factâ, narrat; quorum nominum rationem alibi explicabimus.

Atque ex hac relatione patet, Ægyptum à primis Chami filijs diuisam, ita vt Mesraim primam, eamque meliorem partem, Copt secundam, Esmun tertiam, Atrib verò quartam partem obtineret; & Memphim fuisse totius Ægypti constitutam metropolim ex citatis quoque testimonijs patet. Atque hanc diuisionem à primæuis colonis factam, vsque ad Iosephi tempora mansisse, citatus Author asserit; Iosephum deindè ad lites euitandas Ægyptum minutiori diuisione distribuisse. Cui demùm succedens Sesostris, varijs calamitatibus iam dirutam auxit, veterum religionem penè collapsam restituit, totamque regionem mysticâ quâdam ratione in triginta Nomos seu Synedria sapientissimè diuisit.

Momphta quid?

His igitur ita propositis, iam quòd Numen Memphitæ potissimùm colendum susceperint, videamus. Et quamuis in ea céu metropoli quàdam singulæ Deorum coloniæ stationem inuenerint; Apidem tamen, quem & Momphta, id est Deum Memphis dicebant, præ cœteris ibi cultum esse, apud grauissimos Authores reperio. Strabo hiscè verbis bouinam Memphitarum religionem describit:

Strabo l. 17.

Ἐγγὺς δὲ καὶ ἡ Μέμφις ἄνωθι τὸ βασιλεῖον τῶν Αἰγυπτίων ὄζει γὰρ ἀπὸ τῶ ΔΕΛΤΑ τείχοινον, εἰς ἄυτὴν· ἔχει δὲ ἱερὰ τό τε τῦ Ἄπιδ, ὃς ὄζιν ὁ αὐτὸς ᾧ Οσῖρις. ὅτε ὁ βῦς ὁ Ἄπις ἐν σηκῷ τίνι τρέφε. Θεὸς δὲ ἔφαν νομίζομεν, λεύκωμα τὸ μέτωπον καὶ ἄλλά τινα μέρη τῦ σώματος. τὰ δ' ἄλλα μέλας, οἷς σημείοις ἀεὶ κρίνεσι τὸν ὑπιόντειον εἰς τὴν ἀναδοχὴν, ἀπογενομένε τῦ τὴν τιμὴν ἔχοντος. ὄζι δὲ αὐλὴ προκειμένη τῦ σηκῦ, ἐν ᾧ δὲ ἄλλος σηκὸς τῆς μητρὸς τῦ βός· εἰς ταύτην δὲ τὴν αὐλὴν ἐξαφιᾶσι τὸν Ἄπιν καθ' ὥραν τινὰ καὶ μάλιστα πρὸς ὑπόδοξιν τοῖς ξένοις. Οἱ μὲν οὖν λέγεσι καὶ τὸν δὶς ἀναθυείδος ἐν τῷ σηκῷ· βύλομαι δὲ κἀγὼ εἰπεῖν· ἀποσκιρτήσαντα δ' ἐν αὐτῇ μικρὰ ἀναλαμβάνεσι πάλιν εἰς τὴν εἰκαίαν στάσιν. τὸ δὲ δὶς τῦ Ἄπιδος ὄζιν ἱερὸν ἀναθήμενον, τῷ Ἡφαιστείῳ, καὶ αὐτὸ τὸ Ἡφαιστεῖον πολυτελῶς κατεσκεύασμένον, ναῷ δὲ μεγέθει, καὶ τοῖς ἄλλοις.

Propinqua est etiam Memphis Aegyptiorum Regia, tribus à DELTA Schœnis dissita, ea Apidis templum habet, qui idem est ac Osiris; ibi Bos Apis in septo quodam alitur, & vt diximus, apud eos pro Deo habetur; albus frontem & quasdam paruas corporis partes, cætera verò niger; quibus signis indicant, qui sit ad successionem idoneus, alio defuncto. Ante id septum aula quædam est, & in ea

aliud ſeptum matris eius Bouis. In hanc aulam nonnunquam Apis emittitur, præſertim vt peregrinis oſtendatur: aliàs enim per feneſtram quandam videtur, ſed volunt, vt etiam extra ſpecletur, itaque vbi paululum foris exultim luſit, rurſum in proprium locum recipitur. Apidis templum Vulcano adiacet, quæ eſt ædes templi magnitudine, aliſque rebus ſumptuoſè adornata. Suidas: Ἡ δὲ Μέμφις Ἄπις Θεὸς Αἰγύπτιοι· τοῦτον οἱ Αἰγύπτιοι τιμῶσιν ὡς σελήνην· καὶ ἱερὸς ἦν ἄλλος ὁ βοῦς τῆς σελήνης, ὥσπερ ἡ Μέμφις τοῦ ἡλίου. *Memphis Apis Deus Aegypti; hunc Aegyptij venerantur vt Lunam, ſiquidem Bos Lunæ ſacer eſt, ſicut Memphis Soli.* De huiuſmodi cultu bouino, vide iterum, quæ Herodotus in Euterpe ſuâ ſcripſit ſanè ridicula, quæ & fuſè in Obeliſco Pamphilio l. 3. de hierogrammatiſmo Bouis proſecuti ſuimus. Atque hæc de Monphta ſufficiant. Suidas.

NOMVS II. HELIOPOLIS,

I D E S T

Præfectura Heliopolitana, Coptè ⲡⲓⲣⲁⲛⲧⲁⲃⲓⲟ ⲙⲛ ⲟⲛ

HEliopolis ſiue ciuitas Solis, vna ex primarijs totius Ægypti vrbibus eſt, Memphi magnitudine, religione, & cultu Deorum nullâ ratione inferior: etſi non deſint nonnulli, qui eam cum On Hebræorum confundant, quidam vnam & eandem cum Memphi ſeu Meſra eſſe velint; cuius ratio videtur fuiſſe, quod ea Meſra quoque vocetur ab Arabibus; quicquid ſit confuſio, tùm ex æquiuocatione nominum, tùm ex locorum vicinitate nata videtur. Vt igitur lis dirimatur, dico duplicem fuiſſe מצרים *Miſraim*, ſiue Meſram, antiquam & nouam; antiquam transflumen Meſraim, Memphim in præcedentibus diximus: nouam cisflumen Heliopolim eſſe affirmamus; Meminit huius duplicis Miſraim veteris & nouæ Beniamin loco paulò ante citato; meminerunt & Arabes Geographi Nubianus & Abulfeda, vtramque poſtremus hiſcè verbis deſcribit: Duplex Miſraim.

منف وهي مصر القديمه ومن غربي النيل وبمصر اثار عظيمه مدخله من الصخور المصوره وعليها دهان اخضر وغيرها الى يومنا هذا لم يتغير من الشمس وغيره على هوه المبره ومنف عن مصر على مرحله قريبه ــــــــــــــــــــــــــــــــ ۞

Monf ſiue Memphis eſt Meſra antiqua, ſita ſupra occidentalem partem Nili, ſuntque in ea adhuc maxima & ſtupenda antiquitatis veſtigia ex lapidibus figuratis, ſuperinductis colore viridi, & alijs, qui vſque in hunc diem, non mutantur à Sole, ac temporis iniurijs, toto hoc interuallo. Diſtat autem Monfis à Meſra paruâ margala, ſeu itinere vnius diei. Heliopolim verò, quam Arabes عين شمس hoc eſt, *oculum Solis*, appellant, hiſcè verbis deſcribit: Abulfeda.

وعين شمس في زماننا برسم وليس بها ديار ويقال انها كانت مدينه فرعون وبها اثار قديمه مدخله من الصخور العظيمه وبها عمود دقيق ومربع جسمي مسلة فرعون طوله نحو ثلاثين ذراعا وهي عن القاهره على نصف مرحله وعندها ضيعه تسمي مطريه وهي عن القاهره في جهة الشمال تشرف ع ــــــــــــــــــــــــــــــــ لى ۞

Ain ſchems, hoc eſt, Heliopolis, ſiue oculus Solis, *in temporibus noſtris deſolata*, Geographia Nubiana.

lata, & non ſunt in ea habitationes, & dicitur quòd fuerit ciuitas Pharaonis, ſunt etiam in ea inſignia antiquitatis monumenta, conſtructa ex lapidibus & ſaxis maximis, eſtque in ea columna quadrata, quæ vocatur Acus Pharaonis, longitudo eius ferè 30. cubitorum, eſtque à Cairo ferè media margala, eſt etiam ei villa dicta Matharea, & eſt ſita ad latus ſiniſtrum Aliacri (in quo loco Chriſtus habitaſſe fertur.) Quæ omnia conſentiunt Geographiæ Nubianæ ſic dicenti:

ومدينة الفسطاط هي مصر سميت بذلك لان مصرام بن حام بن نوح عليه السلام
بناها في الاول وكانت اولا عين شمس وما يلى جنوب الفسطاط بنيت قرية منف وبنا حية
شمالها المدينه المسماه عين شمس وهما كالقريتين ويقال انهما كانا منزهين
لفرعون ۞

Ciuitas verò Pheſtad ipſa eſt Meſra ſic nominata, quod Meſram filius Cham, filij Noë, ſuper eum pax, ædificauerit eam in principio. Et fuit ciuitas prima Oculus Solis, & declinat in Auſtrum verſus Pheſtad, vbi ædificata fuit ciuitas Monf & ex parte eius ſiniſtra eſt ciuitas quæ vocatur Ainſchems, id eſt, oculus ſeu fons Solis, & illa ſunt quaſi duæ ciuitates, dicitur quòd eæ fuerint in delicias & oblectamenta Pharaonis. Dicitur ab Hebræis On, ita Raſſe in Micra haggedola in 30. Ezechielis: אן מדינת מצרים נקרא בלעז ביתשמש או עין שמש *On ciuitas Aegypti dicitur in lingua barbara Betſames vel Ainſemes, id eſt domus vel oculus Solis.* Fuiſſe autem hanc eandem cum Rameſſe Hebræorum, Ralbag & Abenezra in Exodi 14. demonſtrant; & certè ipſum etymon On ſatis demonſtrat, Rameſſem fuiſſe, in qua tot labores Iſraëlitæ ſuſtinuerint, ſiquidem און nihil aliud, niſi כח ואומץ הון עשר עחל שקר *fortitudinem, virtutem, diuitias, honorem ſignificat, quibus ordinariè coniunctus eſt labor, vanitas & afflictio ſpiritus.* Optimè igitur On vrbem vocauerunt Hebræi, in qua fortitudo, potentia, diuitiæ infinitæ, & omnia idololatricæ religionis flagitia ſuam ſibi ſedem poſuerant, vndè & conſequenter ex ſuperbia & arrogantia labor & dolor ſuper innocentes, humiles, & veri Dei cultui addictos Iſraëlitas. Vocatur autem עין שמש id eſt, *oculus ſolis*; ob ſpeculum quoddam, quod in templo Soli dicato eo artificio poſitum erat, vt Solis radiantem faciem integro die referret, totamque ædem lumine ſuo illuſtraret; ita referunt Arabes hiſtorici, Abenhakem, Abn Saira, alijque; cuius artificij rationem nos curiosè inquirimus, docemuſque in Mechanica Ægyptiorum, quam vide. Erat igitur totus hic Nomus conſecratus Soli ſiue Oſiridi, quem per bouem referentes ſub bouina forma adorabant; ita Strabo: Καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ὁ Ἡλιοπολίτης νόμος ἐν ταύτῃ δὴ τῇ ἡλίου πόλις, ὅπι χώματος ἀξιολόγου κειμένη. Τὸ ἱερὸν ἔχουσα τοῦ ἡλίου καὶ τὸν βοῦν τὸν μνεῖον ἐν σηκῷ τινὶ τρεφόμενον, ὃς θεὸς αὐτοῖς νενόμισται Θεός, ὡς θεὸς καὶ ἐν Μέμφει ὁ Ἆπις. Νυνὶ δὲ παρέρημος ἡ πολις. Τὸ ἱερὸν ἔχουσα τῷ Αἰγυπτίῳ τρόπῳ κατεσκασμένον. Ἄρχαῖον ἔχον πολλὰ τεκμήρια τῆς Καμβύσου μανίας καὶ ἱεροσυλίας, ὃς τὰ μὲν πυρὶ, τὰ δὲ σιδήρῳ διελωβᾶτο τὰ ἱερὰ ἀκροτηριάζων, καὶ θηλέων καθάπερ καὶ τῶν Ὀβελίσκων. ὧν δύο καὶ εἰς Ῥώμην ἐκομίσθησαν, οἱ μὲν κεκακωμένοι τὰς. *Supra eam eſt regio Heliopolitana, vbi Solis vrbs eſt aggeri magno impoſita; Solis templum habet, & Mneuin bouem, qui in ſpeo quodam nutritur, & ab Heliopolitanis pro Deo habetur, quemadmodum & Apis à Memphitis. Nunc omninò vrbs deſerta eſt; habet autem peruetuſtum templum Ægyptio more conſtructum, quod multis & manifeſtis indicijs Cambyſis inſaniam ac ſacrilegia demonſtrat,*

Oculus Solis cur dicta?

Mirificum ſpeculum Solem toto die referens.

Abea Saira, Aben Hakem.

Mneuis Bos Deus Heliopolitanorum.

strat, qui templa partìm igni, partìm ferro deuaſtauit, mutilans, exſcindens, comburens, vti & Obeliſcos, quorum duo Romam delati ſunt, non omninò corrupti.

Quæ omnia Arabum relationi conſentiunt; Heliopoli enim Obeliſcos Soli dicatos, erectoſque potiſſimùm in 3. tomo ex profeſſo tradetur; de differentia verò Bouis Mneuios & Apidis, eorumque cultu, vide quæ tradimus in explicatione tabulæ Bembinæ, & in ſequentibus de Apide, & in Obeliſco Pamphilio Hierogrammatiſmo de Boue.

NOMVS III. BVBASTVS,

ID EST,

Præfectura Bubaſtica, Coptè ⲧⲉϧⲃⲓⲣ ⲛϧⲟⲩϧⲉⲥⲧ.

BVbaſtus Nomus & Metropolis Ægypti, à Ptolomæo dicitur, Βέβας, quaſi diceres greſſum Bouis. alij deriuant hoc nomen ἀπὸ τοῦ βοὸς καὶ ἄστυ, id eſt, vrbe Bouis; Coptè deriuatur à ϧⲟⲩ ϧ & ⲉⲥⲧ id eſt, duos boues dedit. Hoc enim loco Oſiris & Iſis ſub forma duorum boûm, quorum vnus Apis â Memphitis, alter Mneuis ab Heliopolitis dicitur; qui ambo primò comparuiſſe, hominesque in notitiam agriculturæ, legibus præſcriptis deduxiſſe feruntur; ita Abenephius:

فبوبست وحده من ايوانات مصر فقريۃ تسميت بلسان القبطي العطيۃ البقرين *Abenephius.*

Bubaſtus autem vna ex præfecturis Ægypti, eademque ciuitas denominata in lingua Copta, donum boûm. Certè qui etymon profundius examinare volet, veritatem rei luce clariùs intuebitur; ſiue enim greſsus Bouis, ſiue vrbs Bouis, ſiue denique donum boûm dicatur, vbique res ſibi conſentire videbimus. Etſi alij velint, Bubaſtin nihil aliud eſſe quàm Dianam, ita Herodotus in Euterpe: Ἐν δὲ πόλει ἱρόν ἐστι Βουβαστίς, ἡ δὲ τῇ ἑλλάδι ἐστὶν Ἄρτεμις. *In qua vrbe templum eſt Bubaſtis, quæ in lingua noſtra idem eſt, ac Diana, & alibi,* Δημήτηρ δὲ Ἶσις; καὶ ἡ Ἄρτεμις Βουβαστὶς. *Ceres autem Iſis, & Diana Bubaſtis;* addit-

Bubaſtis etymon.

Cultus Canis in hac vrbe cur ſit.

que

Bubaſtus Dianæ ſacer.

ditque frequentes fuiſſe conuentus Ægyptiorum ad has vrbes, præſertim ad vrbem Bubaſti in honorem Dianæ, ad Buſirin in honorem Iſidis, ad vrbem Sai in honorem Mineruæ, ad Heliopolim in honorem Solis, ad Butum in honorem Latonæ, ad Papremum in honorem Martis; cœrimonias verò, quas in ſingulis vrbibus peragebant, vide apud Herodotum citato loco. Memini quoque canem in hac vrbe Numinis loco habitum, quod mirum non eſt, cùm enim Diana venatrix ſit, vti Græci, ſic & Ægyptij ei canes adiungebant; neque hæc diſcordant ab eo, quod ſuprà de cultu duorum boûm hìc peracto diximus. Cùm enim Diana eadem cum Lunâ ſit, Bos autem Mneuius Lunæ dicatus ſit, quemadmodum ſuprà dictum eſt ex Strabone & Suida: certè ſub forma Bouis Ægyptios Dianam coluiſſe, cornutum ipſius Dianæ ſimulachrum apertè demonſtrat, & nos id fusè oſtendimus in capite de Iſide & Apide, quod conſule; vide quoque quæ ibidem diximus de Apide & Mneui, quorum hic Lunam, alter Solem referebat; Bubaſti igitur vterque Bos videlicet & Apis, & Mneuis, ſeu quod idem eſt, Sol & Luna, prout rerum ſublunarium, generationiſque cauſæ ſunt, cultus fuit; Dianam autem Iſin & Lunam idem prorſus eſſe citatis capitulis declarauimus. Omnia igitur hæc apprimè inter ſe concordant.

Porrò Bubaſtum multi hodiernam اسيوط *Aſiuth* eſſe volunt; ita Arabes, qui eam ſitam volunt ad montem Phœnicis; ita Schaar ebn elſaati apud Abulfedam, & Abn Saida apud eundem:

اسيوط في جهتها جبل الطير وقالوا انه يجيء اليه الطير في كل سنة ويترك منه واحدا معلقا شقيـــــــ

dicimus nos antiquam Elphium fuiſſe, & ſuccedentibus temporibus diuerſa nomina ſortitam, ita vt aliqui pro illa ponant فسطاط *Pheſtad*, quam plerique Arabum nunc cum Memphi, nunc cum Heliopoli confundunt; certum eſt, Pheſtad modernam vrbem eſſe eandemque propè Cairum ſitam, cum Nilopoli eſſe, Arabes docent his verbis:

وبدا يوسف وامر ببنيان الفري وحدد لها حدودا وكانت اول قريه عمرت بالفيوم
قريه يقال لها سافه فهى القريه التي كانت تنزلها بني قرعون ثم امـران
يحفروا الخليج وبنيان المقدار فلما فرغوا من ذلك استقبل وزن الارض ووزن الما
ومن يومئذ احدث الهندسه ولم يعرفوه قبل ذلك فيقال وكن اول من قاس النيل
بمصر يوسف ع"م ووضع مقياس بمصـــ
* ر

Et incepit Ioſeph ædificare vrbes, conſtituitque illis terminos, & prima vrbs conſtructa in Elphio, eſt vrbs illa, quæ dicitur Saphe, quam habitabant filij Pharaonis; tunc præcepit fodi amnem, & ædificauit fieri ædificium menſuræ Nili. His autem abſolutis, auſpicatus eſt pondus terræ & aquæ, & in hunc vſq; diem emanauit Geometria. Non enim cognoſcebant eam antehac, & dicitur quòd Ioſeph fuerit primus, qui menſus eſt Nilum in Ægypto, & poſuit Nilometrium in ipſa. Porrò celebre illud Niloſcopium Nubiana Geographia, vbi primò totam Nili Inſulam ſecundùm longitudinem & latitudinem, & pontium ſitum tradit, eleganter ſanè hiſcè verbis deſcribit:

Niloſcopij veteris & moderni deſcriptio.

ويعرفو نها قبل ذلك قال وكن اول من قاس النيل بمصر يوسف عم ووضع مقياس
بمنف ودار المقياس هي في الراس العريض من الجهة الشرقيه مماييلى الفسطاط وهي دار
كبيره يحيط بها من داخلها في كل جهه اقبيه دايرة على عمد وفي وسط الدار
فسقيه كبيره عميقه ينزل اليها بدرج رخام على الدايره في وسط الفسقيه عمود
رخام قايم وفيه رسوم اعداد اذرع واصابع بينهما وعلى راس العمود بنيان منقن من
الحجر وهو ملون مرسم بالذهب والازورد واذواع الاصباغ المحكمة والمايـصـل الى هذه
الفسقيه على قناة عريضه تصل بينها وبين ما النيل والما لايدخل هذه الجابيه الا عند
زيادة ما النيل وزيادة ما النيل يكون في شهر اغشت والوفا من ماية ست عشر ذراعا
وهو الذي يروي ارض السلطان باعتدال فاذا بلغ النيل ثمانية عشر ذراعا اروي جميع
الارضيين التي هناك فان بلغ عشرين ذراعا وهو ضرر واقل زيادته تكون اثني عشر
ذراعا والذراع اربعه وعشرين اصبعا فما زاد على الثمانية عشر ضر لانه يقلع الشجر
ويهدم وما نقص عن اثني عشر كان بذلك النقص القحط والجدب ✲

Et Niloſcopium, ſiue domus menſuræ Nili eſt in principio Inſulæ ex parte orientali, declinans ad Pheſtad, eſt autem habitatio magna, quæ intus circuiri poteſt ex omni latere, ambitus rotundus eſt ſupra columnas; in medio habitationis eſt area magna profunda, ad quam deſcenditur per gradus marmoreos vſque ad ambitum, & in medio areæ columna marmorea erecta, in qua ſignati numeri cubitorum, digitorumque, & ſupra caput columnæ, poſita alia fabrica ex lapide, & illa diſtincta colore ſignataque auro, & forma digitorum apprimè elaborata, & veniente aqua ad hanc aream per fiſtulam ſeu canalem latum; aqua non ingreditur hanc foſſam niſi tempore incrementi aquæ Nili, quod contingit in menſe Auguſti. Porrò incrementum aquæ 16. brachiorum irrigat terram Regis æqualiter; & cùm peruenerit Nilus ad 18. cubitũs, irrigabit omnes terras ex hac parte, & ſi peruenerit ad



20 *cubitus, calamitatem indicat, & minima inundatio* 12. *cubitorum, sumendo cubitum pro* 14. *digitis, & aqua crescens supra* 18. *necessitatem & calamitatem denotat, quia euellit arbores, & destructionem infert; si verò infra* 12. *deficiat aqua, famem & sterilitatem id indicabit. Dicitur autem hoc artificium à Iosepho Patriarcha adinuentum primò, & deindè à posteris propagatum*; ita Arabes plerique. Vide historiam sacram Saracenicam, cap. de gestis Ioseph in Ægypto. Strabo dicta confirmat his verbis: *Nilometrium est puteus quidam in Nili ripa ex integro lapide constructus, in quo & maxima, & minima, & mediocria Nili incrementa adnotantur. Nam putei aqua cum Nilo pariter crescit, & accrescit, suntque in putei pariete notæ quædam insculptæ, incrementorum & decrementorum indices.* Quis porrò fuerit Hercules hìc cultus, alibi dictum est. In hac Ichneumones Crocodilorum hostes cultos potissimùm esse, in sequenti Nomo ostendetur.

NO-

NOMVS V. CROCODILOPOLIS,

ID EST,

Præfectura vrbis Crocodilorum, Coptè ⲧⲥⲃⲓⲣ ⲛⲥⲟⲩⲭⲓ.

INuenio hunc locum olim in fragmento Geographiæ Coptæ vocatum esse ⲡⲓⲕⲁⲥⲓ ⲛⲧⲉⲥⲟⲩⲭⲓ id est, *terram Crocodilorum*. Maximè autem in hac vrbe & præfectura Crocodilorum cultum viguisse Strabo asserit. Arsinoem quoq; hanc vrbem dictam, vt contradistingueretur ab Arsinoë vrbe maris rubri, quam alij volunt eandem esse cum Beelsephan, & modernâ Sues. Dixi Coptè vocari ⲡⲓⲕⲁⲥⲓ ⲛⲧⲉⲥⲟⲩⲭⲓ quia cùm hæc vrbs vicina esset lacui Meridis, in qua ingens Crocodilorum multitudo ingentem stragem cùm hominibus, tùm pecoribus inferentium stabulatur, eum tanquam Typhonium Numen certis ritibus & cœrimonijs placare contendebant; vnde & cultus ille belluinus emanauit; vocari autem Crocodilum linguâ Coptâ ⲥⲟⲩⲭⲓ, ipse Strabo quoque tradit, his verbis:

Crocodili cultus in hac vrbe & cur?

παραπλέουσι δὲ ταῦτα ἐφ' ἑκατὸν σταδίους, πόλις ἐστὶν Ἀρσινόη. Κροκοδίλων δὲ πόλις ἐκαλεῖτο πρότερον, σφόδρα γὰρ ἐν τῷ νόμῳ τούτῳ τιμῶσι τὸν κροκόδιλον, καὶ ἔστιν ἱερὸς παρ' αὐτοῖς ἐν λίμνῃ καθ' αὐτὸν τρεφόμενος, χειροήθης τοῖς ἱερεῦσιν. καλεῖται δὲ σοῦχος. *Præternauiganti hæc ad centum stadia, ciuitas Arsinoe est, quæ olim Crocodilorum ciuitas dicebatur; in hac enim præfectura mirum in modum colitur Crocodilus, & est sacer apud eos in lacu quodam seorsim nutritus, & sacerdotibus mansuetus & Suchus vocatur. Nutritur autem pane, carne, & vino, quæ à peregrinis afferuntur ad eiusmodi spectaculum venientibus.* Colebant igitur Crocodilum, quemadmodum vicini Heraeleotæ Ichneumones ἀντιτέχνους τῷ κροκοδείλῳ, qui cùm Crocodilis & aspidibus perniciosissimi sint, eorum enim oua delent, & ipsas bestias in ventrem introëuntes interficiunt; mirùm non est, vti omnes alias bestias beneficas, ita & hos Ichneumones apotheosi quadam ab Heracleotis exaltatos fuisse. Sed de his vide pluribus & curiosiùs agentem Strabonem.

NOMVS VI. OXYRYNCHITES,

ID EST,

Præfectura Oxyrynchites, Coptè ⲧⲥⲃⲓⲣ ⲛⲧⲉⲧⲉⲃϯ.

DIcta fuit hæc præfectura à metropoli eius OxyrynchoOxyrynchitica, ideò quòd singulari prorsùs cultu in hac Oxyrynchum piscem prosecuti sint. Est autem Oxyrynchus piscis, quem Ægyptij referunt, pudendum Osiridis à Typhone resectum, ac in Nilum proiectum deuorasse; habetque nomen ab acumine rostri, quasi diceres ὀξὺ ῥύγχος, *acutirostrum*,

Ælian. l. 10. c. 46.

strum. habetque tantam venerationem & religionem, teste Aeliano, *Vt eius Nomi incolæ nullum hamo captum attingere velint, metuentes, ne quandoque is piscis apud eos sacer, & magna religione præditus, eodem fuerit hamo traiectus; atque cum pisces retibus comprehenduntur, diligenter etiam atque etiam perscrutantur, num quem horum piscium imprudentes vnà cum alijs cœperint; malunt enim nullum piscium excipere, quàm hoc retento maximum piscium numerum assequi. Dicunt enim ex Osiridis vulneribus Oxyrynchum prognatum esse. Osirin autem eundem esse volunt cum Nilo.* Quis autem & qualis hic piscis sit, in animalium hieroglyphica descriptione dicetur, vbi eum nihil aliud dicemus esse, quàm Lucium Niloticum Σαρκόφαγον, huius quam è latere vides figuræ. Sed audiamus Strabonem;

Culeus piscis in hac vrbe.

Ἐν δὲ τῇ περαίᾳ Ὀξύρυγχος πόλις, καὶ νόμος ὁμώνυμος. τιμῶσι δὲ τὸν Ὀξύρυγχον, καὶ ὄφιν αὐτοῖς ἱερὸν τὸ Ὀξυρύγχυ, καὶ τοῖ καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων κοινῇ τιμόντων τὸν Ὀξύρυγχον. *In vlteriore regione est Oxyrynchus ciuitas & præfectura eodem nomine; hic Oxyrynchus colitur, & Oxyrynchi templum est, quamuis etiam cæteri Ægyptij omnes Oxyrynchum piscem colant.* Sed de hoc in Latopolitano Nomo, & de Lapidoto pisce pluribus.

NOMVS VII. CYNOPOLIS,

ID EST,

Præfectura Cynopolitana, Coptè ⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛⲥⲓⲱⲧ.

VOcatur hic tractus præfectura Canum, vti & Metropolis eius, Canum vrbs, eò quod maximo cultu canem in ea prosequerentur; vndè etiam Coptè dicitur ⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛⲥⲓⲱⲧ; Territorium Canis, quod vt intelligatur. Notandum, Anubin seu Mercurium κυνόμορφον fuisse repræsentatum, cultumque tanquam Deum inuentionis rerum; fuisse autem creditum hunc amare corpora canum tanquam naturæ suæ simillimorum. Sicuti enim canes sagaces sunt, & insequuntur ferarum vestigia, ita & Mercurium aiunt, varias artes & literas humano generi necessarias sagaciter inueniisse, ob quæ beneficia diuinam hanc ἀποθεώσιν meruerit. Vide quæ de hoc Mercurio fusiùs tradit Diodorus Siculus. Audi Strabonem; Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ κυνοπολίτης νομὸς, καὶ κυνῶν πόλις, ἐν ᾗ ὁ Ἄνυβις τιμᾶται καὶ τοῖς κυσὶ τιμὴ καὶ σίτισις τέτακται τις ἱερά. *Sequitur Nomus Cynopolites, & Canum vrbs, in qua Anubis colitur, & canibus habetur honor, & sacer quidam cibus canibus est constitutus.* Eam modò quidam vocant *Monfalut* منفلوط vel اسيوط *Asiuth* vicinam Meni; Monfalut ita describit Abulfeda:

Natura canum simillima Mercurij.

Canis culeus & cibus in hac vrbe.

منفلوط بلدة نحو المعرة وهي بالصعيد الاوسط تحت اسيوط
على مرحلة منه وهي في بر الغرب على النيل وهي على قسط

النيل

المنيي ـــــــ

NOMVS X. LATONOPOLIS,

ID EST,

Præfectura Latonopolitana, Coptè ⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛⲧⲉⲗⲁⲧⲱⲛ ϯ

Vocatur hæc vrbs à Stephano τῆς Λητοῦς πόλις, hoc eſt, *Latonæ ciuitas*, Coptè ⲃⲁⲕⲓ ⲛⲧⲉ ⲗⲁⲧⲱⲛ ϯ. Eſt autem Latona ſiuè Græcè Λητὼ, nihil aliud, quàm Latona ſeu Dea partûs, quam hìc Ægyptios coluiſſe, Strabo docet. Herodotus quoque ait: Iſin hoc loco Horum peperiſſe. Vndè mirum non eſt, Iſin & Latonam Græcorum pro eâdem ſumi; cùm Iſis quoque apud Ægyptios pro Dea partûs colatur, Diodoro teſte. Verùm cùm de hac Dea fuſiſſimè ſit tractatum in Pantheo Hebræorum c. 16. vbi & oſtendimus Lunam, Iſin, Ilythiam, Lilith, Anacitida, Cabar, Lucinam, Latonam, vnam & eandem Deam eſſe, eo Lectorem remittimus. Vocatur hæc vrbs modò ab Arabibus اسنا *Aſna*, quam Abulfeda his verbis deſcribit:

Cultus Latonæ ſeu Deæ quæ præſidet partui.

واسنا بلدة بها حمامات واسواق وهي من اسوان وقوص في بر الغرب وهي الى قوص اقرب وبها نخيل وكروم ومزدرع ❁

Aſna vrbs balneis & plateis inſtructa, & eſt reſpectu Aſuan & Kaus in deſerto occidentali, eſt verò vicinior vrbi Kaus; palmis, vineis, & frumento feracissima.

CAPVT V.

DISTRIBVTIO III.

Ægypti Superioris in ſuos Nomos,

NOMVS I. THEBAICVS,

HOC EST

Præfectura Thebana, Coptè ⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛⲥⲁⲛ ϯ

THebæ Ægyptiæ Thebaidos metropolis, vrbs vna ex Ægyptijs celeberrima, & antiquiſſimorum Scriptorum monumentis celebrata, vti varijs nullo non tempore titulis & appellationibus eſt inſignita, ita maximam quoque inter Authores confuſionem peperit. Strabo eam vocat Διόσπολιν, ἑκατόμπυλον Stephanus, Buſirin Diodorus. Multi eam confundunt cum Syene, quam Æthiopes Sirin, Arabes nunc Aſna, nunc Aſiuth, nunc Aſuan appellant, quæ nominum ſimilitudo non parum difficultatis authoribus peperit, verùm vt veritatem ex tanta confuſione tandem vindicemus.

Notan-

Notandum in Ægypto pleraſque ferè ciuitates duplices fuiſſe, quod non tantùm apud Ptolomæum videtur, qui duas recitat Dioſpoles, duas Hermopoles, duas Aphroditopoles, Heracleopoles &c. Sed & apud Arabes multum vſitatum fuit; ita duas Memphes, duas Eſmun, duas Aſioth, duas Aſna, duas Eſuan &c. recitârunt; ex quo non exigua difficultas, dùm vnam ſubindè cum altera confundunt, exoritur, præſertim apud Arabes, qui diſtinctionis inimici ſunt. Et certè huiuſmodi difficultates nullâ aliâ ratione ſuperari poſſe vidi, niſi ſedula & parallela quâdam comparatione vnius ad alteram, cum ex antiquitatum monumentis, tùm ex longitudine, & latitudine earundem vrbium factâ. Dico igitur duas eſſe vrbes in Ægypto اسوان Eſuan, vnam diximus eandem eſſe cum Arſinoë; alteram ſuperiorem, quam eandem eſſe diximus cum famoſiſſimis Thebis, ex earundem ruderibus inſtauratam; hoc vt aſſeram, me mouet primò maxima antiquitatum congeries in Eſuan ſuperſtes, de quibus ita Abulfeda & Salmas:

In Ægypto multæ vrbes duplices.

اصوان مدينة بالصعيد الاعلى وهي من در الشرق وبها البرده المشهوره وهي من اعظم اثار الاوايل بكبر صخورها المنحوته وكثرة التصاوير التي عليهـــــــا ✡

Monumenta antiquitatis in Eſuan.

Aſuan ciuitas Thebaidos ſuperioris ex parte deſerti orientalis, in qua eſt pyramis illa notiſſima, quod eſt maximum primæuæ antiquitatis monumentum ob magnitudinem cælatorum ſaxorum, ac multitudinem figurarum, quæ in ea conſpiciuntur.

Plurimas autem pyramides & obeliſcos ibi fuiſſe, teſtis eſt Strabo, Diodorus, & Herodotus, quorum aliqui ſuperſunt; alij inſaniâ Cambyſis turpiter defœdati conciderunt. Strabo centum portarum vrbem appellat, quam & Homerus his verbis commendat.

Homerus.

Τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Καὶ Αἰθ ἑκατόμπυλοι εἴσι δ' ἀνὰ ἔκαστοι
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι, σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν.

Illic terra ſuos fundit largiſſima fructus,
Centum Vrbem portæ claudunt, per quamq; ducenti
Arma viri curruſque agitant.

Hanc exactè & curiosè deſcribit Strabo, vtpotè omnium in ea monumentorum ſuperſtitum teſtis αὐτοπτὴς.

Strabo.

Sunt & alij, qui hanc totius Ægypti metropolim ponant: nunc veſtigia magnitudinis eius ſuperſunt, longitudine XXC ferè ſtadiorum; habet templa quam plurima magna ex parte à Cambyſe mutilata; nunc per vicos habitatur, ac pars eius in Arabia, vbi & vrbs eſt, pars etiam in vlteriore Regione, vbi Memnonium. Hic cum duo Coloſſi eſſent, de ſolido lapide inter ſe propinqui, alter adhuc exſtat, alterius verò ſuperiores à ſede partes corruerunt, terræ, vt fama eſt, motu. Creditum eſt etiam, ſemel quotidiè ſonitum quendam veluti ictûs haud magni edi à parte, quæ in ſede & baſi remanſit; ipſe, dum cum Ælio Gallo adeſſem, & cum reliqua multitudine amicorum, ac militum, qui cum illo erant, circiter horam primam ſonitum audiui; vtrum à baſi, ſiue à Coloſſo, an verò ab eam circumſtantium aliquo editus fuerit, non habeo affirmare; cùm propter incertitudinem cauſæ quidquis potiùs credere ſubeat, quam ex lapidibus ſic compoſitis ſonum edi. Supra Memnonium ſunt Regum loculi in ſpelæncis quibuſdam in lapidem inciſi circiter XL mi-

Coloſſi duo in hac vrbe.

Sonitus auditus circa Coloſſum.

XL mirum in modum ſtructi, ſpectatuque ſanè digni : iuxta hos in Obeliſcis quibuſdam inſcriptiones ſunt, quæ Regum illorum diuitias & potentiam declarant. Ex qua ſanè Strabonis deſcriptione cùm magnitudo tum celebritas & magnificentia vrbis Thebanæ ſatis patet. Quæ omnia modernæ Eſuan conueniunt; imò quas Græci Thebas, Coptitæ dicunt ⲥⲟⲩⲁⲛ ſiue Soan, à qua Arabes ſuum nomen videntur mutuaſſe, præpoſito ſolum A ante Suan. Accedit quòd Suan, eandem habeat cum Thebis latitudinem, quam Ptolomæus aſſignat, & quam Syene habet; cùm Syene prorſùs idem ſit cum ⲥⲟⲩⲁⲛ, à quo etiam corruptum, nomen ſuum obtinet; vnde inferimus, *Thebas* Græcis, Coptis ⲥⲟⲩⲁⲛ *Suan*, Arabibus *Aſſuan*, olim idem prorſùs cum Syene vel meliùs Suane fuiſſe, quicquid alij authores in contrarium adducant. Exiſtimo enim, hanc differentiam ortam eſſe, eò quòd, teſte Strabone, Syene duplex eſſet, vna in finibus Æthiopiæ, altera infra inſulam elephantinam, quam nos eandem cum Suan dicimus. Erat enim Thebarum vrbs olim ita vaſta, vt 80. ſtadia facilè in longitudinem teneret, teſte Strabone. Vndè mirùm non eſt, eam ad gradum ferè integrum ſeſe extendiſſe. Vocatam autem fuiſſe à Græcis Διόσπολιν, à Iouis cultu, huic loco peculiari; Bouem quoque huic loco ſacrum fuiſſe apud Herodotum reperio, Serapidis præterea templum hìc extitiſſe Ammianus Marcellinus teſtatur; multoſque obeliſcos ibi in honorem Solis erectos Strabo docet. Verùm qui plura de Thebarum magnitudine deſiderat, conſulat Diodorum Siculum l. 1. c. 6.

Duplex Syene.

Thebarum magnitudo.

NOMVS II. APOLLOPOLIS,

ID EST,

Præfectura Apollopolitana.

IN hac præfectura Apollinem cultum, ipſum Nomen docet, eſt autem Apollo Coptitis idem quod Horus, author Harmoniæ mundi, vti in Myſtagogia Ægyptia fusè declaramus. Vnde priſci hanc Ægypti partem Horo conſecrabant, eumque veluti Numen propitium, & αὐτίθεον Typhoni adorabant; quare odio quoque maximo habebant Crocodilum, in quem conuerſum Typhonem aſſerebant; cùm inſidias ſtruens Horo, à facie Oſiridis & Iſidis perſequentis ſe fugeret. Audiamus Strabonem. Δὲ τῇ περαίᾳ ἱεράκων πόλις τὸν ἱέρακα τιμῶσα, εἶτ' Ἀπόλλωνος πόλις, καὶ αὕτη πολεμοῦσα τοῖς κροκοδείλοις. *In vlteriore regione Accipitrum vrbs, vbi Accipiter colitur; deindè Apollinis vrbs, quæ etiam Crocodilis eſt inimica.* Cætera vide apud Plutarchum l. de Oſiride & Iſide; Phontis quoque ciuitas primaria huius Nomi, Coptè nihil aliud, niſi ⲫⲛⲟⲩⲧⲉ, id eſt, *Deum ſublimem* ſignificat, qualem dicebant Horum eſſe, Arabicè hodie vocatur ريخي موني *Richmuni.*

Horus & Apollo idem.

NO-

NOMVS III. PANOPOLIS,

ID EST

Præfectura Panopolitana, Coptè ⲧⲁⲃⲓⲣ ⲡⲁⲛⲁⲥ

IN hac præfectura, eiuſque metropoli Pana cultum, ipſum etymon docet, eandemque religionem, quam Mendeſij, profeſſos veriſimile eſt, id eſt, ſub forma eum Hirci, aut Satyri coluiſſe ; Coptè dicitur ⲡⲁⲛⲁⲥ Arabicè لبنى *Bana*. Pana ⲡⲁⲛⲁⲥ autem idem eſt ac videns, quaſi diceres, ciuitas videntis omnia, qualem nos dicimus Pana, & Coptitę Oſirin, Deum totius vniuerſi, fœcundis radijs ſuis omnia implentem. Vide de hoc in Myſtagogia noſtra fuſiùs tractatum. *Panos cultus.*

NOMVS IV. COPTOS,

ID EST,

Præfectura Coptitica, Coptè ⲧⲁⲃⲓⲣ ⲙⲕⲉⲩⲧ

FVit hæc vna ex primis præfecturis totius Ægypti, fundata à Meſraim filio Cham, quem Ægyptij Arabes paſsim قبط *Kopt* appellant, Coptitæ ⲙⲕⲉⲩⲧ *Keft*, à qua & tota deindè Ægyptus Coptos, vel corruptè Giptos fuit dicta, de quo etymo vide, quæ tradidimus in Prodromo Copto ; ſed audiamus Gelaldinum Arabem Hiſtoricum, qui in hiſtoria Regum Ægypti ſic dicit:

Gelaldinus in hiſtoria Regum Ægypti.

واستخلف لبيقصر ابنه مصر وحاز كل واحد من اخوة مصر قطعة من الارض لنفسه سوي ارض مصر التي حازها لولده لنفسه فلما كثر ولد مصر واولاد اولادهم قطع مصر لكل واحد من ولده قطيعة يحوزها لنفسه ولولده وقسم لهم هذا النيل قطعة لابنه قبط وسكنها وبه سميت وما فوقها الى اسوان وما دونها الى اشمون في اشرق والغرب ۞

Et ſucceſſit Bother filius eius Meſra, diuiſitq; ſingulis fratribus ſuis Ægypti partem, ſibiipſi parum quoque de terra, quam diuiſit filijs ſuis ; cùmque multiplicarentur filij Meſra, & filij filiorum eius, diuiſit adhuc ſingulis vnam partem, & eam quidem, quæ eſt iuxta Nilum, dedit filio ſuo Copt, locum videlicet Copt, vel Gipt, & habitauit ibi, nominatuſque fuit à loco Copt, Copt, & quicquid eſt ſupra Copt, vſque in Eſuan, vel Thebas, *atque infra eandem in Eſmun vſque, quicquid orientis & occidentis plagâ continebatur, eius ditioni fuit ſubditum*. Huius ſitum his deſcribit Abulfeda:

Copti Vrbis ſitus.

وقبط تحت قوص من بر الشرق على بعض مرحلة من قوص والاقصي بليده من قوفه على الاشراف فهي اقرب الى الجبل النبـــــــ

modò vocatur كانة *Kana* Arabibus, vti priùs, ita & nunc mercatoribus vndique confluentibus frequentatissima. In Copto autem Osiridem & Isidem vnà cum Horo cultum, Plutarchus testatur, cuius simulachrum tradit fuisse quod alterâ manu Typhonis pudenda contineret. Vide quæ fusiùs de Horo eiusque cultu Copti peracto tradidimus Syntag. 3. cap. 7.

NOMVS V. TENTYRITES,

IDEST

Præfectura Tentyrites, Coptè ⲧⲁⲛⲟⲩⲓⲣ ⲛ ⲧⲁⲛⲟⲩⲓⲣ

VOcatur hæc præfectura Coptè ⲧⲁⲛⲟⲩⲓⲣ, Arabicè تنوشر *Tanuscher*, quæ vox idem est ac Tentyra, vel Tenosra, aut Tenothra. *Huius incolæ*, teste Strabone, *præter cæteros Ægyptios excellenter Crocodilum detestantur, & ex omnibus belluis inimicissimum habent. Nam cæteri quanquam eius animalis malitiam nôrint, & humano generi pernicioſissimum existiment, Tentyritæ omnibus modis eos perueſtigant, atque occidunt, vi quâdam naturali eorum incantatiua imbuti; ita vt Crocodilis Romam in spectaculum adductis, ipsi Tentyritæ præessent, eosq; gubernarent.* Cæterùm Tentyritas Venerem quoque coluisse, idem Strabo author est. Sed hæc de hoc Nomo sufficiant.

Tentyritarum odium in Crocodilos.

NOMVS VI. LYCOPOLIS,

IDEST,

Præfectura Lycopolitana.

IN hac præfectura Lupum coluisse incolas, ipsum etymon docet; meminitque huius metropolis Nomique Strabo. Neque de ratione & causis cultus lupini quicquam apud authores ferè indagare valui; nisi dicamus, Typhonem (quem nunc in Lupum, modò in Crocodilum, iam in asinum transmutatum fuisse Plutarchus dicit) ceu Numen Auerruncum placatum sacrificijs quibusdam, & sub lupina forma cultum. Sed hæc iudicio eruditorum relinquenda sunt; quare ad alia.

Typhon sub forma lupi cultus.

NOMVS VII. APHRODITOPOLIS,

IDEST

Præfectura Aphrodisia.

IN hac præfectura Veneris cultum institutum esse, etymon docet, siquidem Aphrodite nihil aliud quàm Venus est; hanc ita describit Strabo: Μετὰ δὲ Μέμφιν Ἀκανθῶν πόλις ὁμοίως ὡς ἐν τῇ λυβίῃ, καὶ τὸ τοῦ Ὀσίριδος ἱερόν, καὶ τὸ τῆς Ἀκανθης ἄλσος· καὶ Θηβαϊκῆς· ἐξ ἧς τὸ Κόμμι· εἶτα ὁ Ἀφροδιτοπολίτης νόμος, καὶ ἡ ὁμώνυμος πόλις ἐν τῇ

Origo cultus Veneris.

ἐν τῇ Ἀεγαβίᾳ, ἐν ᾗ λόχνη βῆς ἱερὰ ξέφει). *Post Memphim est Acanthus ciuitas Lybicæ persimilis, ibidem Osiridis templum, & Acanthæ Thebaicæ lucus, vndè gummi habetur; posteà est Aphroditopolitana præfectura, & ciuitas eiusdem nominis in Arabia, in qua bos alba sacra nutritur.* Venerem autem eandem cum Ide esse alibi dictum est; Arabes moderno nomine hanc vrbem vocant ابوذيج *Abutig*, multaque priscæ religionis monumenta in ea superesse narrant. Quale autem fuerit idolum in hac præfectura cultum, cum apud authores non inuenerim, superuacaneum quoque esse ratus sum, coniecturis inutilibus & incertis tempus insumere.

NOMVS VIII. LATOPOLIS,

ID EST,

Præfectura Latopolitana.

DIcitur hæc præfectura Latopolitana, à cultu piscis Lati, quem Plutarchus dicit ἀποθέωσιν, hanc meruisse, eò quòd sicut Oxirinchus & Lepidotus, ita & Latus hìc de Osiridis pudendo in Nilum à Typhone proiecto degustârit;

Strabo. Strabo: Τινὰ μὲν τῶν ζώων ἅπαντες κοινῇ τιμῶσιν Αἰγύπτιοι, καθάπερ τῶν πεζῶν μὲν βοῦν, κύνα, αἴλουρον· τῶν δὲ πτηνῶν δύο, ἱέρακα καὶ ἶβιν. τῶν δ' ἐνύδρων δύο, λεπιδωτὸν ἰχθὺν καὶ ὀξύρυγχον. ἀλλὰ δὲ ὄξιν ἀτιμῶσι κατ' ἐαυτὸς ἕκαστοι, καθάπερ Σαΐται πρόβατον, καὶ Θηβαῖοι· λάτον δὲ τὸν ἐν τῷ Νείλῳ τινὰ ἰχθὺν λατοπολῖται. *Sunt etiam quædam animalia, quæ Ægyptij vniuersi colunt; vt de terrestribus tria, bouem, canem, felem; è volatilibus accipitrem, atque Ibin; ex aquatilibus, Lepidotum piscem, & Oxyrinchum. Sunt & quæ seorsim coluntur, sic Saitæ & Thebani ouem, Latum verò, qui piscis quidam est in Nilo, Latopolitani.* Quidam hunc Nomum confundunt cum Latonopolitano, perperam; hìc enim à Latonæ; ille à Lati piscis cultu nomen inuenit.

NOMVS IX. ABYDVS,

ID EST,

Præfectura Abydena, Coptè ⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛⲥⲁⲓⲁⲧ

ABydum maximam post Thebas in Ægypto vrbem fuisse, Strabo docet, docentque insignia monumenta in ea relicta, de quibus passim authores mira referunt: vidè Strabonem, Diodorum, & Herodotum. Est autem hìc Nomus idem cum Memnonio Nomo: in hac enim Abydo Memnonis, quem aliqui cum Ismande confundunt, Regia mirificè structa è solido lapide. Est & fons quidam ibi in profundo positus admirabilis

ſtructuræ; hanc Abydum Mareotin quoque vocatam Stephanus ait; nec mirùm, cùm & in hunc diem ab Arabibus eodem adhuc nomine vocetur مريوط *Mariut*. Erat enim eius vaſtitatis, vt Maræotim lacum penè attingeret, hodie vocatur ab Arabibus ابوتيج *Abutig*; perperam quidam eam pro Elphio ſumunt; cùm quid Elphium propriè fuerit, ex præcedentibus patuerit. Dicitur Abydus Coptè ⲫⲁⲃⲱ, quaſi dicas ⲁⲃⲁⲃⲱ ſeu Abydus; latentia quædam Abydi veſtigia retinet.

Oſiridis cultus in Abydo.

In hoc deniq; Abydenſi Nomo Oſirin cultum Strabo Author eſt: Ἐν δὲ τῇ Ἀβύδῳ τιμῶσιν τὸν Ὄσιριν· ἐν τε τῷ ἱερῷ τοῦ Ὀσίριδος οὐκ ἔξεστιν, ἤτε ᾠδὸν, ἤτε Αὐλητὴν, ἤτε Ψάλτην ἀπέρχεσθαι, τῷ Θεῷ καθάπερ τοῖς ἄλλοις Θεοῖς ἔθος. *Abydi Oſiris colitur, in eius templo non licet neque cantori, neque tibicini, nec cytharædo ſacrificium auſpicari, quemadmodum mos eſt alijs Deis.*

NOMVS X. ANTÆOPOLITES,

ID EST,

Præfectura Antæopolitana.

COntinetur hæc præfectura, teſte Ptolomæo, ſub inſula Elephantina, ex cuius orientali parte Antæum occurrit, ciuitas, à qua Nomen præfectura habet; vocatur quoque hæc à quibuſdam Cnuphis & Coptè ⲕⲛⲱⲃⲓ, quo nomine Canopum idolum vocant; vndè colligo cultum forſan hic alicubi Canopum, vt in præfectura Menelai; certè celeberrimum in hac vrbe Cnubi templum fuiſſe, Strabo docet: Syene, inquit, & Elephantina, altera quidem in finibus Æthiopiæ eſt, & Ægypti vrbs, altera iuſula eſt dimidio ſtadio in Nilo ante Syenem poſita, inque ea vrbs quæ Cnuphidis templum habet & Nilometrium. Atque hæc ſunt quæ de Nomis Ægyptiorum antiquis breuiter, & quantum rei obſcuritas permiſit, dicenda putaui. In quorum quidem Nomorum partitione Ptolomæum non ſecuti ſumus; ſed primæuam primorum Regum partitionem ex varijs Coptorum atque Arabum fragmentis extractam. Nam Ptolomæi partitio poſt deſtructum iam à Cambyſe imperiũ Ægyptiacum, denuò inſtaurata à Regibus Ptolomęis, multum à priori diſcrepat; vt mappas partitionum ſingularum hic appoſitas intuenti patebit. Ægyptij quidem data opera, & abdito quodam Religionis ſuæ propagandæ conſilio in 30. vniuerſam Ægyptum Territoria, vti ſuprà dictum eſt, primùm myſticè diuiſerunt; Ptolomæi deindè in 40. eam pro commoditate gubernationis denuò partiti ſunt. Tandem Mahumedani, vti aliam & aliam diuiſionem moliti ſunt, ita veterum quoque nominum corruptionem primi introduxerunt, vt in adnexa Schematiſmi fig. 2. patet. Verùm vt omnia exactiùs proponantur, in tabula ſequenti longitudines, & latitudines

ſin-

	Appellationes secundùm Coptos	Appellationes secundùm Arabes	Appellationes secundùm Græcos	Religio seu idola cuique Nomo propria	Simulachra	Long. Secundùm Arabes G.	M.	Lat. G.	M.	Long. Secundùm Ptolomæum G.	M.	Lat. G.	M.
	ⲛⲓⲧⲁⲥⲃⲓⲣ	الايونان	Νόμ.										
21	ⲥⲟⲩⲁⲛ	اسوان الاعلى	Θηβαϊ Διόπολις			52	24	24	10	62	24	24	10
22	ⲱⲣⲡⲟⲥ	ريحي موذبي	Ἀπολλόπολις			51	37	24	50	61	30	24	40
23	ⲡⲁⲛⲁⲥ	لنا	Πανόπολις			52	0	27	20	62	0	27	25
24	ⲕⲉⲫⲧ	قبط قفط	Κόπτος			52	30	26	0	62	30	26	0
25	ⲧⲛⲟ-ⲱⲣⲡ	تنوشر	Τέντυρα			51	15	26	17	61	30	26	30
26	ⲓⲥⲓⲥ	ابوديج	Ἀφροδίσιας Ἄβυδος	Isis seu Venus Ægyptia hic cultum habuit.		51	40	27	10	61	40	27	20
27	ⲧⲉⲃⲧ	دكرو	Λατόπολις			51	30	25	5	61	30	25	0
28	ⲫⲁⲓⲧ	مريوط	Ἄβυδος			51	40	26	30	61	40	26	30
29	ⲣⲙⲛⲧ	ارمنت	Λυκόπολις Ἑρμόντις			51	30	27	50	61	30	28	0
30	ⲕⲁⲛⲱⲃ	كنوف	Κνῶφις			62	0	24	55	62	0	25	0

CA-

CAPVT VI.

De Nilo eiusque origine.

Varia Nomina Nili.

NIlus, quem Oceanum Berosus, Ægyptum Zenophon, Osirin Plutarchus, Tritonem Apollonius, Plinius Astraphon, Aquilam Diodorus, Eustathius Melam, Chrysorrhoën Cedrenus, Syenen Dionysius, Sacræ literæ cum Hebræis Gehon, & Sihor appellant, omnium orbis terrarum fluuius maximus; & vt cum Aristide loquar: Νεῖλος οὐκ ποταμῶν ἥττων καλλίστος ἢ μέγιστος καὶ κρείᾳ, καὶ θείας τινὸς ἀπολαύσεως, τῇ τοῖς πᾶσι πολὺ νικῶν. *Nilus quo fluuiorum nec melior, pulchrior, aut maior; omnes, siue vsum, siue diuinam quandam amœnitatem spectes, longè superans.* E lacubus Zambri & Zaire montibus Lunæ vicinis originem suam trahens, indè totius Zonæ torridæ latitudinem immensis ambagibus peragrans, tandem immani aquarum hinc indè collectarum mole grauatus, ad Memphim veluti distributo onere per septem brachia in mare sese exonerat. Vniuersum ab vtraque ripa Ægypti agrum è terra veluti perpluens, vt Nazianzenus loquitur, vnà cum fœcunda Nili alluuione bonorum omnium abundantiam confert; tribus maximè prærogatiuis præ omnibus alijs fluuijs à natura ditatus conspicitur. Nam auram non exspirat, quo fit, vt aëre salubri, nullis pluuijs, nubibus, alijsque crassioribus impressionibus obnoxio, sed continuo sereni cœli vultu Ægyptus gaudeat. Prætereà sine vllis fluctibus, ac vndarum procellis semper quietus est, & tranquillus, ita vt non iucundam tantùm, sed & periculis omnibus carentem nauigationem præbeat vltrò citròque comeantibus. Eius denique fœcunditatis esse comperitur, vt non terram duntaxat, sed & iumenta & pecora, quin & homines vtriusque sexus ad miraculum vsque fœcundos reddat. Vndè olim numero hominum, omnes ferè orbis gentes superauit; neque nunc quoque alijs nationibus multitudine cedit. Nam oppida insignia, quæ suprà ob oculos proposuimus, alia vltra decem & octo millia fuisse in Ægypto, & libros sacros id continere, Diodorus affirmat. Ptolomæi Lagi tempore vltra tria millia, quæ & vsque ad Diodori ætatem perdurauêre, annumerata sunt. Vniuersi populi numerum fuisse antiquitus septies decies centena millia; suo verò tempore ait prædictus Diodorus; haud pauciores ter decies centenis millibus extitisse. Quæ quidem prodigiosa hominum multitudo aliam causam nescit, nisi continuum prolifici fluminis vsum potumque, quo Ægyptij fruebantur. Vndè fœminæ non vno, duobus, aut tribus contentæ, sed sex, septem, aut octo fœtus vnico partu, quod & Hebræi in Exodum commentatores memorant, subindè effundebant; Nemini igitur mirum esse debet, filiorum Israël spatio ducentorum propè annorum, quo Ægyptum incolebant, immensam fuisse propagationem; nec mirum quoque, Ægyptios Reges ea, quæ quotidiè miramur, inusitatæ magnificentiæ monumenta, & superbas gloriæ suæ pyramides, aliasque expeditiones, quæ sine immensa ac infinita propè hominum co-

Nili proprietates.

Diodorus l. 1. cap. 3.

Fœcunditas Nili.

l. 1. c. 3.

18000. ciuitates olim in Ægypto.

Numerus populi Ægyptiaci 1710000.

Fœcunditas mulierum.

pia

pia minimè fieri poterant, conficere potuisse. Sed de his consule Diodorum fusè tractantem. Porrò antiqui Ægyptiorum sapientes, cum insolitis huiusmodi naturæ dotibus præditum flumen respicerent; eum diuinâ vi pollere arbitrati, in præcipuorum Deorum album retulerunt; cui vti Aristides ex aliquo τῷ ἐκ ἀμυήτων, puto hausit, *Ægyptiorum feriæ solennes erisona Isiacorum aliaq; pleraq; sacrificia dicata sunt atque consecrata*; vti in serie operis videbitur, vt proindè hâc vnicâ de causa tanto in honore & veneratione haberi à Gentilibus lumine fidei destitutis videatur iste *vnicus in terris Ægypti totius amnis*; cùm ei omne acceptum referant, quod terræ motum non sentiant vnquam, quod à peste sint liberi; quod salubri aëre perfruantur, quod eorum terram nullis diluuijs cœlestibus misceri, vel ingenti imbre obrui contingat. In quibus & Græcos astipulatores inuenerunt; ita enim Aristides in ecloga Ægyptiaca, vndè & priora desumpsimus: Ὡς δὲ καὶ σεισμοῖς καὶ τοῖς ἐξ ἀέρος καταιγυσμοῖς ἀνάλωτος ἡ χώρα δι' αὐτὸ τοῦτο ἐδόκει εἶναι τοῖς Ἕλλησιν ἔλαθεν. Hinc eum innumeris symbolis & hieroglyphicis notis adumbrabant. Osiridis affluxum, teste Plutarcho, vocitantes, vel vt Abenephius, Osiridis brachium, quod bona omnia suppeditet: nam cùm totius Ægypti tractum montium vtrimque continuatorum serie obseptum, longitudine sua brachij figuram multiplici Nili diuerticulo veluti in palmam digitosque abeuntem referre aduerterent. Nilum ad hæc non secùs ac Medianam quandam seu basilicam venam è corde Osiridis scaturientem, viuifico liquore suo omnia permeantem, mouentem, fœcundantem, bonorumq; omnium copiâ replentem intuerentur; indè occasionem sumpsisse videntur, vt bonorum omnium largifluam copiam indicaturi hieroglyphicè, brachium illud, quo in Obeliscis nil frequentiùs, ponerent, quod extensâ illâ digitorum formâ, nescio quid profusæ liberalitatis indigitat. Astipulantur dictis priscorum Poëtarum monumenta, quæ Nilo eandem ob causam tam varios attribuunt titulos. Homerus sanè flumen hoc è cœlo seu Iouis gremio lapsum, sequenti manifestat metro.

Ægyptus perpetua serenitate gaudet.

Ægyptus sub forma brachij cuius venam medianam Nilus refert.

Οὐ γὰρ τί πω μοῖρα φίλας ἰδέειν
Πεὶν γόνον Αἰγύπτοιο Διπετέος ποτάμοιο
Ἄνθις ὦρσε ἔλθης.

Cui congruit Adamus Fumanus, qui in Dialogo de Nilo ab Hervvagio Basileæ excuso, improbat opinionem eorum, qui Nilum in cœlo scaturire rebantur his verbis:

Θαυμάσαι τις τὸν ποτάμον οἰηθέντας. ὃν Ὅμηρος Αἴγυπτον ποτάμον ἐκάλεσε Διπετῆ εἰρῆσθαι δοκεῖ τὸ ἀφανεῖς ἔχειν τὰς πηγὰς καὶ ἄδηλον Αἰγυπτίοις ἐν ἐρανῷ καὶ ἐξ οὐρανοῦ ῥεῖν. *Miretur*, inquit, *sanè quispiam eos, qui fluuium, quem Homerus Ægyptum vocauit*, Διπετὴς, *id est, à Ioue lapsum idcircò dici putauerunt; quod fontes occultos haberet; ac secundùm Ægyptiorum opinionem in cœlo eos haberet, atque è cœlo manaret.* E cœlo igitur à Ioue lapsum Nilum non Ægyptij tantùm, sed & posteri Græcorum philologi existimabant; hinc alij eum Iouis donum, alij Deorum lachrymam, alij venam paradisi, Deorum semen, Prothei piscinam, maritum Isidis, alijsque innumeris epithetis cohonestabant, quæ ad exte-

Nilus à Ioue seu è cœlo lapsus ab antiquis creditur.

Varia attributa Nili.

ras quoque gentes promanarunt; Nam & Æthiopes eius fœcunditatis participes passim eum appellant: Ankaata marat schamatavvi, hoc est, *Fontem aquarum cœlestium*. Arabes quoque Poëtæ Ibunsarid & Eldebug in suis versibus Arabicis, qui apud me habentur, Nilum passim vocant جياتل الارضين *giatellarthim*, *vitam terrarum*. Meminit quoque Isaias fœcundæ huius fluminis naturæ: ובמים רבים זרע שחר קציר יאור תבואתח *In aquis*, inquit, *multis semen Nili*, *& messis fluminis fruges eius*; in quem locum R. Eliezer commentans ait, Sihor, id est, Nilum eius naturæ esse, vt quicquid reliqui fluuij totius anni decursu præstant, id vno is mense præstaret, vnicâ inundationis suæ pluuiâ. Innuerunt hanc mysticam fœcunditatem antiqui Græcorum ipso nomine Νεῖλος, hoc enim κατὰ τὴν ἰσοψηφίαν seu Cabalicâ methodo in numeros resolutum, totidem quot annus dies habet, numeros refert, nimirùm 365, vt in schemate hic apposito apparet. Innumera similia de Nilo hic dici possent, sed quoniam ea passim alijs locis exponentur; ne omnia in vnum locum confusim aggregare videamur, consultò subticemus.

Æthiopes qui Nilum vocent

Arabes Poëtę queis nominent epithetis:

Isaias c. 23.

R. Eliezer comm. in Genes. c. 4.

N	50
E	5
I	10
A	30
O	70
Σ	200
	365

Summa dierum anni.

CAPVT VII.

De origine & causis incrementi Nili.

ORdo nunc postulat, vt postquam de nominibus, varijsque proprietatibus Nili breuiter disseruimus, de eius quoque incrementis causisque, quæ non immeritò præcipuum in hac materia locum obtinere debent, differamus. Nemini ignotum est, quantum summa quæuis philosophorum ingenia defatigauerit impenetrabilis ille Nili cataclysmus, quantas nullo non tempore in scholis suscitauerit concertationes, adeò vt vnusquisque facilius, quî sententiam suam refelleret, quam quî sectaretur, reperire potuerit, ita vllus vix quicquam protulit in medium, quin cœteri continuò irent in omnia alia, & sibi non videri testarentur. Ea igitur, quæ de hac re, istaque opinionum diuersitate testata relinquere voluerunt optimi authores, plusscula ex varijs, qui nobis ad manum erant, adiecimus. Ac primò quidem Ægyptij Sacerdotes, cùm incrementum Nili tribus præcipuè de causis fieri putarent, tres vrnas Nilo attribuerunt, cum reliquis fluminibus singulæ singulis adhiberentur; vt illud apud Maronem.

Difficultas inquisitionis incrementi Nili.

Sacerdotes Ægypti cur tribus vrnis inundationem Nili hieroglyphicè repræsentarent?

Cœlataq; amnem fundens pater Inachus vrnâ.

Prima causa.

Harum verò trium causarum primam illam asserebant: quod tellus Ægyptia aquam ex se ipsa progigneret, vberrimèque proferret, sua ipsa humoris altrix. Vndè Timæus Mathematicus Nili fontem *Phialam* appellauit; quasi ipse intra se contineret eam aquæ vim, neque aliundè mutuaretur. Est tamen eiusdem vocabuli in Nilo locus à figura sic appellatus, quod nil facit ad Timæi phialam. Quod verò Ægyptus aquas generet, ex eo, aiebant ipsi, facilè conijci posse: quòd in quouis alio clima-

Fons Nili Phiala.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK

te flu-

te fluuiorum exundationes circa hyemem plurimùm accidant, nunc imbribus coactis, nunc niuibus liquefactis: sola verò terra Ægyptiaca in medio terræ habitabilis constituta, quemadmodum in oculo pupilla, peculiari quodam aquarum profluuio æstatem mediam irriget. Alteram Oceano causam ascripsêre, à quo aquam in Ægyptum exundare incrementi tempore fama est, quæ quidem præcipua fuit Euthymenis, Ægyptiorumque sacerdotum opinio, vt Diodorus attestatur, qui rei fidem aliam non faciunt, nisi quod satis sit eorum authoritas, vt sibi fides adhibeatur; qui rerum scientiam successiuâ traditione relictam secuti, eundem ab Oceano ex Athlante monte primùm emanare, ibique Dyrin appellari existimant; Heptabolum indè locum stagnare, indè cognomento Nigrin effluere, mox Coloën paludem efficere; indè Astrosoban & Astaboram flumina effici, donec ad cataractam perueniens erumpat, ac per Ægypti campos profluens, Nili demùm cognomentum accipiat. 2. Causa. Diod. l. 1. c. 3.

Tertiam causam imbrium esse dicunt, quia in Australibus Ægypti regionibus, aquæ, Etesijs nubes, Democrito teste, illuc ferentibus, eo maximè effunduntur tempore, quo *fertilis æstiuâ Nilus abundat aquâ*. Atque vti tradit Eudoxus, Ægyptij sacerdotes imbres eos ibi fieri ob antiperistasin arbitrantur, cùm enim æstus nobis est, qui viciniora Cancro loca incolimus, tunc hyems ijs, qui Capricorni propinquiora habitant. Addit ad hæc Thales, mare in ripas agi vltrò, Etesiarum ex aduerso fluminis flantium vi repercussum; de quibus ita Lucretius: 3. Causa.

Aut quia sunt æstate Aquilones ostia contra
Anni tempore eo, quo Etesiæ esse feruntur
Et contra fluuium flantes remorantur & vndas
Cogentes rursus replent, coguntque manere,
Nam dubio procul hæc aduerso flabra feruntur
Flumine, quæ gelidis à stellis axis aguntur.

Incipit verò crescere flumen Lunâ nouâ, quæcunque post Solstitium fuerit, sensim, modicèq;, Sole Cancrum transeunte; abundantissimè autem, dùm in Leone progreditur, mox residet in Virgine ijsdem, quibus accreuit modis. Atque hæc de tribus causis incrementi Nili sententiæ sufficiant.

Alij porrò, vti Troglodytæ, teste Theophylacto Simocata, dictitant, in locis illis cauitates esse, vndè quispiam ratiocinetur, multis fontibus in vnum confluentibus, Nili fluentum intumescere. Qui verò insulam Nili Meroë dictam incolunt; fluuium Astapum nominant, quam vocem Græcè transferas ἐκ τῦ σκότε ὕδωρ, *è tenebris aqua profluens*. naturam enim huius fluminis incomprehensam esse isti statuunt. Anaxagoras cognomento physicus causam refert in niues solutas in montibus Æthiopicis. Herodotus Nilum tantum esse scribit, quantus, cùm plenus est, apparet; Hyeme autem Solem supra Lybiam se voluentem, ex vndis Niloticis humentis substantiæ copiam attrahere, atque indè per hyberna flumen parciùs ire, quæ si vera sunt, cur Sol idem cæteris Lybiæ fluminibus, quod Nilo faceret? at nihil tale in ijs obseruatur. Patet igitur Hi- l. 1. hist. c. 17. Meroitarum de Nilo opinio. Anaxagoras. Herodotus.

Figmentum Ephori de Nili inundatione

ſtoricum illum ſatis hoc loco inconſideratè locutum eſſe. Ephorus incredibilem plane rationem adducit; Ægyptum totam fluminibus ſubterraneis refertam, ac frigidam, naturâque pumicoſam ſeu fiſtuloſam eſſe; rimas item magnas ac perpetuas habere, per quas in ſe copiam humoris recipiat, quam hyberno tempore contineat, æſtiuo autem Solſtitio ineunte, veluti ſudores quoſdam ex omni parte emittat, atque ita Nilum flumen excreſcere. Oenopides cauſam fingit ex rarefactione & condenſatione aquarum; quarum hæc hyberno tempore aquas ſtringat, illa æſtiuo dilatet. Moſes Barcepha Syrus de flumiuum paradiſi origine tractans, ſicut reliqua tria flumina Phiſonem, Tigrin, & Euphraten è paradiſo ſeu horto Eden deriuat; ita & Nilum, quem mox, vbi hortum voluptatis deſeruerit, ſub ipſa maris vada dilapſum, atque hinc rurſus per immenſos terræ meatus diffuſum in Æthiopum terris demùm emergere, imbribus verò & niuibus auctum, incrementi ac Niliacæ inundationis cauſam occaſionemque præbere aſſerit. Verùm quandoquidem verba eius dignæ ſunt conſideratione, viſum fuit ea hîc ex Syriaco manuſcripto in latinum verſa apponere;

Oenopides.

Moſes Barcepha Syrus l. de paradiſo.

Et flumen ex paradiſo egrediens ad irrigandum eum, indè ſtatim diuiditur in quatuor capita. Nomen prioris Phiſon, qui totam terram Heuilath, terram auro & gemmis pretioſis repletam percurrit. Nomen ſecundi fluuij Gihhon (qui & Nilus dicitur) *hic omnem terram Chus percurrit; nam ſimul ac paradiſum egreditur, infra profunda maris & Oceani vada dilapſus, hinc rurſus per occultos terræ meatus emergit in montibus Æthiopicis; imbribus verò & niuibus auctus, incrementi & Niloticæ inundationis cauſa eſt.* Et paulò poſt, proſequitur diſcurſum ſuum verbis Syriacis, quæ nos breuitatis causâ hìc latinè fecimus. *Sed vrgebit*, inquit, *aliquis, qui fieri poſſit, vt fluuij illi è paradiſo egreſſi ſub Oceani vada & cor maris præcipitentur, atque indè tandem in hac terra noſtra emergant? Huic primò reſpondemus, multa à nobis veluti ἀδύνατα concipi nequaquam poſſe; quæ tamen facillima Deo: illum verò fluuiorum occultum curſum aliáq; huiuſmodi, diuinum opus eſſe, non humanum. Deindè hoc quoque aſſerimus, paradiſum multò ſublimiore regione poſitum eſſe, quam hæc terra noſtra, ac proindè fieri, vt illinc per immania ſubterraneorum meatuum præcipitia delabantur fluuij, tanto cum impetu impulſi, coarctatiq; ſub maris fundum rapiantur, vnde rurſus emergant, ebulliantq; in hoc orbe noſtro; nam qui aqv in ſublime ducere, atque ex altis, erectiſque canalibus veluti ſ phonibus prodere laborant, ij ex longo interuallo cataractam ſiue præcipitium ipſis quodd altâ deuexitate abruptũ, atque difficile comparant; per quod dùm deturbatæ magno cum impetu preſſæ aliquouſque fluxêre, tandem per canales illos magnâ vi, quâ ex præcipiti illo caſu vrgentur, ſurſum emicant, & exuberantem aquæ copiam quaqua verſum diffundunt.* Atque hactenus Moſes Barcepha. Quæ verba ſanè ſi pauca exceperis, ab aliorum philoſophorum ſententia nequaquam diſcrepant. Nam poſt Plutarchum, Agatharchidem, alioſque, eandem ſententiam omnes propè Hebræorum מקבלים *Mekubalim* tenent, à quibus eam Barcepha doctus videtur eſſe. Sed nos hìc non vlteriùs in huiuſmodi quæſtionum præcipitia nos inſinuabimus, ne vorticibus implica-

ti ac

ti, ac difficultatum fluctibus abrepti pœnam curiositati nimiæ debitam luamus. Hoc porrò satagamus, vt huius fluminis eiusdemque originis incrementique rationes propè propiùs inquiramus, quas nobis haud incongruas Geographia Arabica suggessit; textum ad verbum, vt fideliùs in hoc opere progrediamur, allegamus:

وفي هذا الجز افتراق النيلين اعني ذيل مصر الذي يشف ارضنا وجزيره من الجنوب الى الشمال واكثر مدن مصر على ضفتيه معا وفي جزايره ايضا والقسم الثاني من النيل يمر من جهة المشرق الى اقصي المغرب وعلى هذا القسم من النيل جميع بلاد السودان او اكثرها وهذان القسمان يخرجهما من جبل القمر الذي فوق خط الاستوا بست عشرة درجه وذلك ان هذا النيل من هذا الجبل من عشر عيون قاما الخمسة الانهار منها فانها تصب وتجتمع في بطيحة كبيرة والانهار الاخر تنزل ايضا من الجبل الى بطيحة اخري كبيرة وتخرج من كل واحدة من هاتين البطيحتين ثلاثة انهار فتمر باجمعها الى ان تصب في بيطحة كبيرة جدا وعلى هذه البطيحه مدينه تسمي طومي وهي مدينة عامره يزرع بها الارز وعلى ضفة البطيحه المذكوره صنم رافع يديه الى صدره يقول انه مسيح وانه كان رجلا ظالما ففعل ذلك به وفي هذه البحيره سمك يشمه روسه روس الطير ولها مناقر وفيه ايضا نواب هايله وهذه البحيرة المذكوره فوق خط الاستوا مماسة له وفي اسفل هذه البحيره التي بها تجتمع الانهار جبل معترض يشق اكثر البطيحه ويمر منها الى جهة الشمال مغربا فيخرج معه ذراع واحد من النيل فيمر في جهة المغرب وهو نيل بلاد السودان الذي عليه اكثر بلادها ويخرج مع شق الجبل الشرقي الذراع الثاني فيمر ايضا الى جهه الشمال فيشق بلاد النوبه وبلاد ارض مصر وينقسم في اسفل ارض مصر على اربعة اقسام فثلاثة اقسام تشق في البحر الشامي وقسم واحد يصب في البحيرة المالحه التي تنتهي الى قرب الاسكندريه وفي هذا الارض الذي بين الجبل القمر الموصوفه ثلثة اجبل ماره من المغرب الى المشرق فاما الجبل الاول يلي جبل القمر وتسميه كهنة مصر جبل هيكل المصور واما الجبل الثاني الذي يلي هذا الجبل مع الامشال فانهم يسمونه جبل الذهب لان فيه معادن الذهب واما الجبل الثالث الذي يلي الجبل الثاني مع الارض التي هو فيها فانهم يسمونها ارض ۞

Geographia Arabica Medicæ climatis p. 4.

Hoc est: *Atque in hac Æthiopiæ parte contingit separatio duorum Nilorum, id est, Nili Ægyptij, qui rigat terram nostram, & pars eius à meridie ad dextram, & maior ciuitatum Ægyptiacarum pars in ripis eius reperitur; ex vna & alia parte in eius quoque insulis. Secunda verò pars Nili profluit ex oriente in occidentem, & ex hac parte Nili omnis regio Nigritarum est. Exitus autem duarum istarum Nili diuisionum originem habet ex montibus Lunæ, qui sunt sub decimosexto latitudinis australis grada. Exit porrò Nilus ex hoc monte per decem fontes, quorum quinque statim in flumina abeunt, congreganturq; in quadam ingenti planitie. Alia verò quinque flumina ex alijs quinque fontibus deriuata in aliam ingentem quoque planitiem deuoluuntur. Et ex qualibet dictarum planitierum tria flumina exeunt, quæ indè longo tractu deuoluta tandem in planitiem aliam magnam & spatiosam valde diffunduntur. Est in hac ampla planitie ciuitas Thumi nomine, habitata cultaq;: planities verò circumsita plena Cedris est. Simulachrum quoque conspicitur hìc, cuius manus pectori decussatim impositæ. Porrò in his e stagnis pisces inueniuntur anijormes, rostris aliśq; instructi, aliaq;*

Ciuitas Thumi.

innu-

Varia monstra in lacubus Nili,

innumera monstra alibi locorum inuisa. Stagna quoque dictæ planitiei se dilatantia deflectunt in latus sinistrum occidentale, atque in flumina alia dispertita rigant omnem circa regionem.

Terra Æthiopica cauernosa.

Est enim tota hæc terra intus caua, & abyssos habens ingentes, ex quarum repletione magnæ contingere solent inundationes. Præterea exeunt ex hac planitie duo alia flumina ingentia seu brachia, quorum vnum occidentalem plagam teneus, omnem Nigrorum percurrit regionem, & hic Nilus Nigrorum dictus. Alterum verò brachium orientem respiciens, longo terrarum tractu prouectum, Nubiam alluit, & indè per catadupas præcipitatus fluuius totam Ægyptiorum regionem percurrens, quatuor brachijs in mare Syriacum deportatur. Porrò in planitie illa, quam montes Lunæ distendunt, tres alij montes sunt, qui ex occidentè in orientem vergunt. Mons primus qui est circa montes Lunæ, ab Ægyptijs sacerdotibus vocatur Mons templi Ægyptiorum. Secundus verò Mons, qui circa sinistram montium Lunarium est, vocatur ab ijs Mons aureus, quia in eo mineræ auri sunt. Tertius verò in terra, quam vocant terram animalium, dicunt enim accolæ, ibi bestias immanes, basiliscos & scorpiones, & dracones ingentes, adeò vt nullus sine periculo vitæ eam adiri possit. Quòd denique Nilus statis anni temporibus exundet, causa est, quia cùm tota terra Lunaribus montibus vicina, cauis sit intus, & meatus habeat impenetrabiles, fit vt ex frequentissimis pluuijs & liquefactione niuium, omnes illæ cauernæ repleantur, queis repletis per totam regionē, omnes, quas Nilus alluit, inundationes illæ contingere solent.

Mons dictus templum Ægyptiorum.

Atque hactenus Arabs Geographus. Cuius verba copiosa tantò libentiùs hìc citauimus, quantò maiores nobis rationes ad hunc Gordium de incremento Nili, eiusque origine nodum per parallelam quandam ad sequentes chorographias comparationem, suppeditant, soluendum. Quod dùm facio, operæ pretium existimaui, si priusquam vlterius progrederer, hanc Arabicam de origine Nili descriptionem, priùs chorographixῶς ob oculos ponerem. Vide in Schematismo II. fig. I.

Aque hæc est de origine Nili Arabum Ceographorum Chorographia, quæ partim Ptolomæi, partim recentiorum congruit relationibus descriptionibusque; verùm cùm Ptolomæus, & quotquot eum secuti sunt à vero multum aberrârint, alia nobis Chorographia fontis Nili ponenda est; vt veritas tandem, cùm circa originem, tùm incrementum eius tot iam seculis abscondita innotescat.

Relatio de Nili origine Odoardi Lopez.

Odoardus Lopez Lusitanus, vt ignotos Africæ meridionalis situs detegeret, non omnes eius maritimas oras duntaxat, sed & mediterranea quæuis ad regionum, fluminum, montium situm spectantia, singula summo studio & labore annotando peragrauit; cuius relationem de regno Congo factam Italico sermone conscripsit Philippus Pigafetta, in qua de Nili origine & incremento sic loquitur: (verba sunt ex Italico in latinum translata sermonem). *Restat*, inquit, *vt postquam de magno Abyssinorum Præstegianis imperio locuti sumus; de Nilo quoque pauxillum discurramus; Nascitur hìc non de regione Belgian, multò minùs de montibus Lunæ, nec vti Ptolomæus memorat, de duobus lacubus; qui ex oriente in occidentem vergentes interuallo 450. circiter milliariorum distant. Quia sub ijsdem latitudinis gradibus, sub quibus eos Ptolomæus ponit, regna quoque Congo, Angolæ, Sofalæ &*

Mono.

Monomotapæ ſita ſunt. illa quidem occidentem, hæc orientem verſus. Nec tamen vllus horum locorum diſtrictibus inuenitur lacus, niſi in confinibus Angolæ & Monomotapæ regnis, lacus diametro 195. milliarium, quod manifeſtè arguit, alium ſub dicta latitudine lacum nequaquam dari. Verùm quidem eſt, ibi duos lacus reperiri, ſed ſitu, quo eos Ptolomæus poſuit, omninò contrario. Hi enim ſpatio 400. fermè milliarium à Ptolomæo in Septentrionalem plagam vergentes poſiti ſunt. Indigenæ Nilum è primo horum lacuum oriri, egreſſumque à terra abſorberi opinantur. Verùm Odoardus id negat cum alijs horum locorum incolis, qui affirmant vnanimiter Nilum mox vbi egreſſus eſt lacum, per horribiles quaſdam & impenetrabiles valles, per præcipitia hominibus inacceſſa ac deſerta inuia præcipitatum, ita profundiſſimis vallibus abſcondi, vt ipſis intimis terræ viſceribus exceptus videatur, abyſſiſque abſorptus. Atque de hoc primo lacu ſub duodecimo latitudinis auſtralis gradu poſito circiter Nilus naſcitur. Circundatus autem hic lacus eſt montibus impenetrabilis altitudinis, quorum maiores Orientalem plagam reſpicientes vocantur Caſates, & montes ſalinitri & argenti ab vna parte, ab altera montes ſunt, de quibus Nilus in Septentrionem per 400 milliaria deuolutus in lacum alterum ſub ipſa æquatoris linea poſitum (quem ob vaſtitatem accolæ mare appellant, quippè 220. milliarium latum) ſeſe exonerat. Atque ex ſecundo hoc lacu Nilus migrans, ac 700. milliarium emenſus diſtantiam Meroëm inſulam deſcribit. Hinc verò alijs fluminibus auctus inter anguſtas montium valles deuectus, perque catadupas in humiles Aegypti campos præceps actus, tandem multiplici gyro in mediterraneum mare dilabitur. Verùm vt mentem Odoardi Lopezij circa Nili ortum meliùs percipias, Chorographiam eius hoc loco repræſentandam exiſtimauimus. Vide in Schematiſmo II. fig. 2.

Vnde Nilus oriatur.

Nilus profundiſſimis vallibus quaſi abſorbetur.

Montes Caſates auriferi.

Atque ex hac Odoardi Lopezij oculati teſtis relatione ac Chorographia Pigafettæ luculenter apparet, aliam Nili originem aſſignari minimè poſſe, niſi Zambri lacum; qui in hoc tamen peccauit, quòd fontes proprios Nili non oſtenderit, quòd nos inferiùs præſtabimus; qui immenſas aquarum moles vndiquaque tùm potiſſimum in ſeptentrionalem plagam euomens, mox aliud ſub æquinoctiali poſitum ſtagnum (meliùs mare dicam) Zaire indigenis dictum progenitore ſuo non minus efficit, atque per huius medium Nilus (non ſecùs ac Rhenus per medium Acronij lacus, aut Rhodanus per Loſannæ lacus medium deriuatur) hic egreſſus, ac per varias cataractas præcipitatus in Ægyptum tandem in mare ſe deponit. Verùm vt hæc meliùs percipiantur

Sciendum eſt, Naturam, prouidam rerum curatricem ad viuentium vegetabiliumque conſeruationem, in editiorum terræ partium ac montium altiſſimorum viſceribus communia quædam veluti aquarum receptacula, ſeu humorum ſeminaria, fontibus, fluminibus, lacubuſque procreandis deſtinata, ex quibus veluti ex Megacoſmi vberibus perenni ſcaturigine nutrita tellus, generationem rerum facilius exequeretur, conſtituiſſe. Huiuſmodi receptaculum eſt Alpium Helueticorum abyſſus ſeu meditullium, quod veluti per brachia quædam ſeu canales, concate-

Cauſa inundationis Nili.

natis

natis sibi Alpium Sabaudiæ, Delphinatus, Appennini, Vogesi, aliorumque montium iugis, dum abundatissima aquarum singulis suppeditat profluuia; causa est, maximorum totius Europæ cùm lacuum, tùm fluminum Rheni, Danubij, Albis, Padi, Rhodani, Oeni, Ticini, Araris, Mosellæ, Mosæ, aliorumque, quæ passim nota sunt è mappis fluuiorum. Sic Pyrænæi & Aluernici montes toti Hispaniæ & Franciæ; Taurus & Imaus, seu Caucasus toti Asiæ, alijque montes alijs regionibus abundantissima flumina suppeditant, quemadmodum in Mundo nostro subterraneo (Deo dante) fusè demonstrabimus. Non absimili ratione in Africa humoris egentissima, Natura prouida duo collocauit toti Africæ cõmunia veluti aquarum penuaria, vnum quidem proximè sub Cancri æstiua conuersione in Athlantis visceribus, quod citerioribus æquatoris terris æstu & siccitate laborantibus flumina frequentissima suppeditat. Alterum proximè sub Capricorni circulo ad transtimas æquinoctialis partes Solis æstu marcidas viuificandas ordinauit. Huiusmodi autem aquarum velut cadi reconditorij sunt duo lacus Zambte & Zaire, vti in Chorographia præcedente apparet, quorum hunc non malè dixerim fœturam alterius Zambri, tantâ vterque aquarum copiâ turgens, vt non flumina, sed maria eructare videantur. potissimùm lacus Zambri, qui veluti in centro constitutus, ac in amnes amplissimos diffusus, singulis mundi partibus, ceu è prædiuite venà confert abundantissima aquarũ profluuia. Septentrioni quidem Nilum, Orienti ingentia flumina Cuamam, & Coauum, Zeila Manhice, seu Manhenssen Austro; Occidenti denique Zaire, quorum hi omnem Meridionalis Africæ Occidentalem plagam, regna Congo, Angolam, Monomotapam, Matamam, Bagamidri, Agasymbam, vsque ad Bonæ Spei Caput irrigantes fœcundo limo à sterilitate vindicant. Isti verò totam interiorem Abyssinorum regionem, easque omnes, quas ab ostio maris Erythræi vsque ad Cuamæ ostium maritima ora disterminat, quæ sunt Melindæ, Barnacassus, Quiloa, Mombaza, Mozimba, Mombara, Membaca, Mozambicum, aliaque huiusmodi regnorum monstra. Quæ cùm ita sint, profectò summoperè ij falluntur, qui Nilum ex nescio quibus innumeris fontibus montium Lunæ innumeris fluminibus originem præbere opinantur, vt quibus tota illa ad meridiem & occidentem Africæ sita pars penitus fuerit incognita, atque adeò veros & proprios fontes, qui nostris temporibus primùm innotuerunt, ignorârint. Verùm vt tam notabilem historiam hìc apponamus, & vt veritas à tot seculis desiderata, tandem innotescat, qui proprij sint Nili fontes, aperire tentabo.

Origo fluuiorum.

Amplitudo & vastitas lacuum.

Vera origo Nili nouiter detecta.

DIximus in præcedentibus, Odoardum Lopez præ cœteris in originis Nili inuentionem incubuisse, atque hoc vnicum sategisse, vt Nili fontes proprios assignaret, Verùm nec Odoardus veræ scaturiginis Nili inspector fuit, neque eius relatio rei satis conformis est; veriora igitur de tam insigni argumento adducenda nobis sunt. Eo ipso igitur tem-

Vera origo Nili.

tempore, quo negotium hoc intricatiſſimum, ſummè perplexum me teneret, huc Romam appulit P. Franciſcus Carauaglius Indiæ & Æthiopiæ procurator; à quo ego per manuſcriptum P. Petri Pais veritatem edoctus, eandem hic poſteritati conſignare volui; vt veritas tandem poſt tot ac tantas grauiſſimorum Authorum fallacias, futileſque coniecturas ſuo nitori reſtituatur. Res ita ſe habet: Prouincia vbi Nilus oritur, vocatur Agaos, vicina regno Goiam; Terra, in qua oritur, vocatur Sagela; in apice montis, in plano arboribus vndique circundato, diameter fontis lata pedem vnum cum dimidio, fundi inexplorabilis, margine non redundat, ſed in radice montis exitum ſibi pandit, vbi ſimul ac è montis viſceribus emerſit, in flumen diffunditur, qui alijs ſubindè fluminibus auctus, tandem in lacum ſeſe 30. leucarum longitudinis, latitudinis 14. exonerat; à quo dum iterum emergit per longas terrarum ambages gyrans, ad eundem ferè locum vndè prodierat, videlicet ad fontem perueniens, reflexo curſu rectà per ingentia præcipitia ſaxaque inacceſſa dilapſus ad interiora diuertitur Æthiopiæ. Quæ omnia confirmantur P. Petri Pais Societatis noſtræ Sacerdotis, oculato teſtimonio, qui hunc fontem Nili verum vnà cum Imperatore Æthiopiæ, quorum vterque curioſitate ſimul ac veritatis amore percitus, magno exercitu ſociatus, dictum fontem luſtrauit. Verùm cum dictus P. Petrus Pais ſumma diligentia, hoc negotium in ingenti rerum Æthiopicarum manuſcripto opere quæcunque obſeruauit, pertractârit; hic eius verba ex Luſitanico in latinum tranſlata apponam, vt veritas rei luculentiùs patefiat. Sic itaque ait:

Deſcriptio fontium Nili.

P. Petrus Pais primus Nili cum Imperatore Abyſſinorum obſeruator & deſcriptor.

Poſtquam tractauimus de fertilitate terrarum ſub dominio Presbyteris Ioannis, operæpretium me facturum exiſtimaui, ſi hoc loco nonnihil de præcipuis fluminibus & lacubus terrarum eius imperio ſubiectarum referam. Inter quæ primo loco ſe offert, maximus ille & toto orbe celeberrimus fluuius Nilus, qui non apud antiquos ſolùm & modernos Doctores, authoreſq; grauiſſimos in admiratione fuit, ſed & cuius frequentem mentionem facit Sacra Scriptura Gen. 2. Vocatur Gehon, vnus è quatuor paradiſum irrigantibus. Hic hodierno die vocatur ab Æthiopibus Abaoi: originem ſuam tenet in Regno Goyam in vno territorio, quod vocatur Sahalà, cuius incolæ vocantur Agous, ſuntq; Chriſtiani, etſi ſucceſſu temporum ſyluescente Eccleſiâ varijs ſuperſtitionibus imbuti, & à gentibus & paganis vicinis corrupti, parum differant. Fons autem Nili in parte occidentali Regni Goyam ſitus in ſummitate vnius vallis, quæ aſſimilatur ingenti campo, iugis montium vndique circumdato. Anno 1618. 21. die menſis Aprilis, cùm in hoc Regno vnâ cum Imperatore eiuſq; exercitu degerem, hunc locum aſcendi, omnia diligenter luſtraui, inueniq; primò duos ibi fontes rotundos, vtrumque quatuor quaſi palmis latum in diametro, ſummaq; animi mei voluptate vidi id, quod nullis votis conſequi potuerunt Cyrus Rex Perſarum, & Cambyſes, Alexander magnus, ac famoſus ille Iulius Cæſar; Aqua fontis clariſſima eſt & leuiſſima, guſtuiq; gratiſſima; ſciendum tamen, nullum hoſcè duos oculos fontis in ſuprema montis planitie exitum habere, ſed in radice montis; profunditatem quoque fontium tentauimus, & in primum quidem lanceam immiſimus, quæ intrando ad 11. palmos tangere videbatur quaſdam veluti radices vicinarum arborum ſibi inuicem implexas.

Nilus Gehon vocatur.

Primus fons Nili viſus à P. Petro Pais.

Secundum fontem Nili explorat Pater citatus.

Secundus fons vergit â primo in orientem ad iactum lapidis, huius profunditatem explorantes, immissâ lanceâ 12 palmorum, fundum nullum inuenimus; colligatisq; duabus lanceis 20 palmorum, denuò rem tentauimus, sed nec sic fundum tenere potuimus, dicuntq; incolæ, totum montem plenum aquis, cuius hoc signum dabant, quod tota circà fontem planities tremula erat & bulliens, manifestum latentis aquæ vestigium, eandemque ob causam non redundat aqua ad fontem, sed ad radices impetu maximo sese egerit; affirmabantque incolæ, vt & ipse Imperator, qui præsens erat vnà cum exercitu suo, eo anno terram parum tremuisse ob magnam anni siccitatem, alijs verò annis ita tremere & bullire, vt vix sine periculo adire liceat. Circuitus loci instar lacus cuiusdam rotundi, cuius latitudo fundæ iactum constituere possit. Infra apicem huius montis populus degit ad montem, leucâ circiter vnâ à fonte dissitum versus occidentem, vocaturque Guix, & videtur hinc fons bombardâ attingi posse; Est hoc loco vicus gentilium, qui sacrificant multas vaccas, & venientes ad fontem certo die anni vnà cum sacrificulo, quem pro sacerdote tenebant, qui ibi sacrificabat vnam vaccam iuxta fontem, caputque vaccæ abscissum proijciebat in fontis abyssum, e lago hia prima a quale buo, Situs & profunditas fontis.

Textus Lusitanicus.

onde facean solenne sacrificio matando muitas vaccas, que os gentios, d'he tracean, & dopois se cubria todo com o seuo dellas, è asentaua en vn cadeira de ferro, que tinha posta nomo de muita lenha seca, e mandaua sem se quermar nem ainda derreterse ò seuo, e algunas veces etrauan depois da fogo acesso, e se asentaua à questa gente de maneira, che con estas feteizerias engennaua à quella gente de maneira, que ò tinham por grande Santo, che dauan questo sato queria.

Porrò campus fontis Nili ab omni parte difficilis ascensu est, præterquam ex parte boreali, vbi facilè conscenditur. Infra montem circiter vnâ leucâ in profundissima quadam valle è terræ visceribus, alius fluuius emergit, qui se tamen cum Nilo paulò post coniungit, credunt eandem cum Nilo scaturiginem obtinere; sed infra terram per occultos canales deductum hoc loco primùm erumpere. Riuus verò fontis, qui infra montem erumpit, in orientem spatio iactu bombardæ vergit; deindè subitò declinando Boream petit, & post quartam circiter leucæ partem nouus sese offert riuus è saxis & scopulis ebulliens, cui paulò post se iungunt duo alij riui, ex orientis plaga erumpentes, & sic deindè alijs & alijs identidem collectis riuis notabiliter crescit Nilus. Post spatium verò diurnum itineris magno fluuio, qui dicitur, Ia mà, coniungitur, qui deindè flectit se versus occidentem vsque ad 25 leucas, vel 35 leucas à prima sui scaturigine, posteà mutato cursu orientem repetit, insinuando se in vnum lacum ingentem (est hic situs in prouincia, quæ dicitur Bed, regnoque partim Goyam subiacet, partim regno Dambiæ) quem ita pertransit, vt aquæ Nili notabilem differentiam ab aquis lacûs ostendant; totusque fluuius aquis paluſtribus inpermistus suum cursum fluxumque teneat; qui mox vbi exit, varijs gyris declinando in meridiem, terram irrigat nomine Alatà quinque leucis ab episcopio lacus distantem, vbi per rupes 14 brachiorum altas præcipitatus immenso simul & fragore & fumo aqueo, qui eminus nebula mibi videbatur, præcipitatus paulò post intra duas rupes ingentes ita absorbetur, vt vix oculis attingi potuerit, sunt cacumina dictarum rupium ita vicina, vt Imperator aliquoties, strato per illa ponte, cum toto suo exercitu transierit; quibus omnibus & ego præsens fui; postquam igitur à parte orientali

regnum

regnum Begamidri, Goyam, cæteraque intermedia regna Amharà, Olaca, Xaoà, Damot longè latèque irrigauit; mox fluxu suo regnum Goyam repetit, irrigatisque territorijs Bizan & Gumancanca, ita sensim regno Goyam appropinquat, vt nonnisi vnius diei itinere à fonte suo distare comperiatur. Hinc fluxum retorquendo versus Fazolò & Ombareà, regnum Gentilium, quod anno 1613. ingenti exercitu subegerat Eraz Selachristos frater Imperatoris; regnumque vtpotè incognitum, & ob vastitatem vocauit Ayzolam, id est, nouum mundum. Hinc ex oriente in Boream declinans, per innumeras alias regiones vastissimaque præcipitia dilapsus in Ægyptum, & hinc in mare mediterraneum se exonerat. Atque hæc est descriptio fontis Nili eiusque fluxus, quem citatus P. Petrus Pais proprijs oculis vnà cum Imperatore Abyssinorum anno 1618. 21. Aprilis vti curiosè obseruauit, ita summâ diligentiâ adnotauit; vt hoc suo tam insigni & oculato examine Rempub: literariam multis tricis & dubijs liberaret. Cui quidem vnicè imposterum standum existimem, cum Imperatorio approbato testimonio suam iam fons Nili certitudinem infallibilem sit adeptus. Verùm ne quicquam huic operi deesse videatur, Chorographiam hic adiungendam duxi, quam vide in Schematismi II. fig. 3.

Cùm historia hæc dicat, duos fontes comparere intra terrenum vndequaque tremulum, verisimile est, olim magnam partem huius campi, quem descripsimus, apertum fontem veluti in cratere montis contentum fuisse, & successu temporum, succrescentibus herbis & virgultis luto mistis, cutem veluti quandam contraxisse, cuiusmodi varijs quoque Europæ locis me vidisse memini, quâ dimotâ non dubitarem totam planitiem tremulam primæui fontis faciem mox manifestaturam. Sed hæc de origine Nili sufficiant. Restat, vt de incremento eius tot scriptorum monumentis celebrato, à nemine verò omninò penetrato dicamus, vires in hac quoque palæstra experturi, in qua adeò turpe non est, ante victoriam deficere, vt doctissimus quisque in ea frustra ad hunc vsque diem desudârit. Si ergo labemur, illud nobis continget, quòd eruditissimis quibusque erit commune.

Incrementũ Nili pluuijs fit.

Extra omnem itaque dubitationem ponendum, vehementibus pluuijs incrementa Nili augeri; sed quia ignoratur à quibus, aut quomodo; nihil hactenus certi pronunciari potuit. Vt itaque in infinita propè opinionum varietate à nobis aliquid certi statuatur.

Quæ requirantur ad pluuiæ generationem.

Supponendum est primò; ad pluuiæ generationem primò opus esse materiâ, è qua vapores, quos halitus vocat Georgius Agricola, gignantur. Eam autem in humido vel maris vel stagnorum, vel fluminum vel terræ humiditate consistere. Deindè causam agentem necessariam eam esse, quæ satis virium habeat, ad multos vapores eleuandos, quod Soli ferè tribuendum. Hinc locus inueniendus est, in quo vapores vniti nubem faciant; quem tota nobis Africa, maximè Zambre & Zaire præcelsis montibus circundatę regiones, veluti à natura ad hunc effectum producendum adornatæ præstant. Vniuntur verò duabus maximè de causis: Prima, quod simile suo simili gaudeat, quo contrarijs resistat:

altera per antiperiſtaſin, quæ illic fit, vbi radiorum Solis reflexorum vis terminatur. Eo enim aëris loco plurimum eſt frigoris, cùm aliàs, tùm maximè cum montes excelſi eò pertingunt, quorum vertices frigidi ſunt, tùm ob terream naturam, tùm ob ſolaris reflexionis defectum. Deindè vt pluuia fiat, neceſſe eſt, vt vapor ad priſtinam naturam reducatur, quod fit deperdito calore per frigus circumſtans, & proprium nubis temperamentum. Vapor itaque condenſatus in aquam, cadendo pluuiam facit. Cùm itaque cauſæ hæ validæ ſunt, atque vniuersìm omnes concurrant, validæ quoque pluuiæ fiunt. At ſi aliqua deſit, generatio impeditur, præſertim ſi non ſit materia. In Lybiæ plurimis locis omnia Sabulo ſqualeſcunt, quocirca nec imbres gigni queunt. Apud nos æſtate Sol omnem humorem abſumit, quo fit, vt ne hic quidem tum pluat: & fit, quando materiæ ſatis inuenitur, ſed cauſæ agentis imbecillitas obeſt, quo minus vapores eleuentur; quod ad Septentrionem in ſummo gelu videmus euenire. Aliquando materia eſt, & eleuatur, ſed non vnitur vel calore diſſipata, vel ventis diſperſa. Nonnunquam materia eleuatur & vnitur, & illud quidem in loco, in quo oportet, ſed non fit pluuia; eò quòd frigus circumſtans non ſit commenſuratum eâ proportione, quam imbres, ſed quam nix, aut grando, aut ventus etiam, aut procellæ requirunt.

Variæ cauſæ pluuiarum.

Supponendum ſecundò. Interioris Æthiopiæ terram ſummè cauernoſam eſſe, ac maxima ſubterranearum aquarum, veluti in ſeminarijs ſeu penuarijs quibuſdam collocatarum copia, quemadmodum ſuperiùs dictum eſt, ſcatere; accedit eum locum inundationi obnoxium, neceſſariò humiliorem eſſe, eô, ex quo inundatio exſurgit. His ita ſuppoſitis nunc propiùs ad fluuiorum inundationis inquiſitionem accedamus.

Æthiopiæ terra caua eſt.

Duæ itaque omninò exundationis amnium cauſæ, non prodigioſæ; vna, ſi oſtia impediantur, quò minùs aquam effundant; Altera ſi plures ſolito aquæ recipiantur. Quod fit duobus modis, vel niuibus ſolutis, vel pluuijs ingentibus præcipitatis, quarum vtraque in Romana Tyberis inundatione concurrit. Prior quidem cauſa Thaleti placuit, qui Eteſias decurſum Nili ſuſpendere dixit, quam tamen ſuprà refutauimus. Alterius priorem partem Anaxagoras tenuit cum pleriſque alijs ex niuibus liquefactis incrementum Nili prouenire exiſtimantibus; quæ cauſa locum non tantùm habet in regionibus Boreæ ſubiectis, ſed & in regionibus montanis quantumuis etiam Zonæ torridæ ſubiectis, vti in Andibus Americæ auſtralis, & in montibus Lunæ Africæ patet; qui quidem inundationis effectus tantò maior eſt, quantò & pluuiæ & niues liquefactæ abundantiores. Pluuias autem has fieri, non è nubibus aliundè per anniuerſarios ventos importatis (vt Alexander credidit) ſed in ipſa Æthiopia eleuatis. Tunc enim imbres quotidiani, quos diximus à radijs perpendicularibus non parum excitati, generantur; quia vapores tùm è ſinu Arabico, & vtroque Oceano, & fluminibus attracti, reſolutique, tùm ex altis montibus, montiumque cauernis ac lacubus corriuatis aquis, immen-

Cauſæ inundationis.

menſam ſuppeditant humentis ſubſtantiæ congeriem ; Sole vim agendi per rectos radios demittente, & promouente ; deindè vaporum his attractorum vnio frigore medij aëris fit ; maximè vbi alta ſunt montium cacumina, quæ terreno ſuo frigore frigus medij aëris augent & intendunt. Quo fit, vt quod à Sole attractum eſt, proxima paulatim diſſolutionis principia acquirat.

Verùm hi imbres quotidiani Nilum augere nequeunt, eò quod à terra calefacta ante abſorbeantur, quam in flumina poſſint coire ; imò nec illi quidem, qui ad Tropicum tempore hyberno Æthiopibus fiunt, priùs flumen augent, quàm Sol ad Cancrum peruenerit. Hoc vt liqueat ſciendum, gyros ſeu ſpirales lineas, quas Sol Zodiacum perambulando ſingulis diebus conficit, ad æquinoctialem circulum latiore ſpatio inter ſe diſtare, quam eas, quas ad tropicos deſcribit. Et quantò huic circulo propiùs Sol acceſſerit, tantò gyros hos fieri anguſtiores ; ſicut contra quantò propinquior eſt æquinoctio, tantò fieri rurſus ampliores ; vnde, diem tantò fieri longiorem, quantò Sol Cancri puncto tropico fuerit vicinior, neceſſe eſt.

Ad æquinoctialem ergo fiunt imbres illi quidem quotidiani ; ſed quia Sol eidem terræ parti non diù ſuperſtat, propter diurnarum gyrationum amplitudinem ; deindè, quia dies breuis eſt, non fit attractio tam vehemens, vt imbres copioſos producat ; augetur paulatim quidem dierũ longitudine, & ſpirarum ſolarium anguſtiâ, ſed citrà magnum pondus, niſi vbi iam ad anguſtiſſima ſpatia circulorum & longiſſima dierum fuerit ventum. Hîc igitur in fine Geminorum pluuiæ multæ & copioſæ fiunt. Sed quia terra necdum tota intus humectata eſt, adhuc imbibuntur, atque ad tantiſper, dum intus & exterius iam tota humore quotidianorum imbrium turgeat, vt ampliùs imbibere non poſſit. In Geminis igitur materia pluuijs incrementi cauſis præparatur, ſed necdum flumen excreſcit, quia ſubterraneæ cauernæ necdum humore ſunt repletæ. Poſtea verò in Cancro imbres concitatiores cadunt, quia plùs humoris in terra collectum eſt, & quia Sol etiam vehementiùs trahit propter caloris incrementum.

Hoc igitur tempore, cum terra plùs imbibere non poſſit, & omnes aluei aquarum pleni ſint, omnia quoque ſubterraneorum meatuum receptacula ad ſummum vſque continuis pluuijs ex omni Africæ plaga corriuatis turgeant, incipiunt exundare, non Nilus tantùm, ſed omnia alia flumina ex communibus huiuſmodi dictis penuarijs participantia. Hoc enim eodem tempore Niger, Senega incolis dictus, teſtibus ipſis Æthiopibus, alijſque probatis Scriptoribus inter maximorum montium catenas, per occidentalem Æthiopiam in Oceanum delatus, vnà cum Nilo creſcere incipit. Æthiops quidam à me circa eam rem literis conſultus, reſpondet Æthiopicè, cuius verba latini iuris facta ſubiungo.

Æthiopica relatio.

Quoniam à me in literis tuis obnixè poſtulaſti, quædam tibi, pluuias Æthiopiæ concernentia dubia reſoluere. Scias itaque Pater, quod pluuiæ in tota Æthiopia ordinariè incipiant circa Maſcaram & Thikmith menſes noſtros Paſchales, tunc enim

enim cœlum singulis diebus operitur nubibus, quæ maximas terræ siccæ pluuias parant; durant autem hæ pluuiæ per viginti propè septimanas, hoc est, per quinque ferè menses, omnibus fluuijs & lacubus iam redundantibus. His verò elapsis, toto reliquo tempore Solem habemus sine vlla pluuia.

Odoardus Lopez l. 2. c. 10 de relatione regni Congo.

Quæ verba optimè congruunt relationi Odoardi Lopesij apud Philippum Pigafettam, verba eius ex Italico in Latinum translata sic sonant: *Præcipua*, inquit, *causa incrementi Nili est ingens aquarum pluuialium abundantia, qua verno tempore ad initium Aprilis nimirùm Æthiopiam vltrò citroq; perpluere incipit, non stillis, & guttis, vti Europæ imbres, sed veluti aquarum riuis terram perfundendo. Cùm verò summo impetu & quantitate effusos aquarum torrentes, vtpote saxoso fundo terra imbibere nequeat; cum maximo impetu sese fluuiorum insinuant alueis; quèis tumefacta flumina, tandem alueorum lacuumque labia transcendentia longè latèque exuberant. Durant verò pluuiæ huiusmodi quotidianæ continuis quinque mensibus, Aprile, Maio, Iunio, Iulio, Augusto. Contingit itaque, vt cùm terra montibus præcelsis referta, vt dictum est, consequenter innumeris fontibus, torrentibus, ac stagnantibus aquis scateat; omnes illæ aquarum immensæ copiæ corriuentur in fluminum alueis, & stagnorum lebetibus, quèis mirum in modum crescentia præ omnibus alijs mundi fluminibus grandescunt & ampliantur; vti in descriptione Chorographica regnorum Congo & Monomotapæ satis liquet. Vnde flumen Nilus in suprà posita tabula ex vna parte summo impetu ad irrigandam Ægyptum Septentrionem versus videtur currere. Zaire verò & Niger versus Occidentem, in Orientem vero & Meridiem alij ingentes in charta exhibiti fluuij, ita quidem, vt certis & determinatis anni paulò ante indicatis temporibus, semper & infallibiliter incrementi sortiantur effectum, qui maximè in Ægypto apparet, vbi Nilus circa finem Iunij incipit augeri, auctusque vsque ad vigesimum Septembris diem, sicut ego ipsemet vidi, durat, quo tempore exoneratis aquis pristinam faciem recuperat.* hæc Pigafetta. Verùm his omnibus ita rectè quidem demonstratis, maxima tamen adhuc difficultas occurrit, quâ non solutâ, nihil noui, nec laude dignum in Niliaci incrementi inquisitione nos præstitisse lubenter fatendum est; est autem sequens:

Cur pluuiæ inundant quando Sol lustrat partes Septentrionales.

Ratio.

Cur Septentrionalia tantùm signa lustrante Sole, pluuiarum illa quotidiana contingant diluuia, & non alio anni tempore, quod non in Æthiopia tantùm, sed & in alijs Zonæ torridæ subiectis Americæ partibus extra Æthiopiam contingit. neque enim vlla ratione tantùm verticalis Solis radijs, nec longitudini dierum aut crepusculorum breuitati, alijsque supramonstratis, vti Fracastorius opinatur, vnicis causis tribui potest, aut debet effectus tam particularis, adeòque rarus. Alia igitur naturæ penetralia nobis adeunda sunt; alius soluendus nodus, vt tantarum pluuiarum integra causa nobis innotescat; quod antequam aggrediar,

Notandum est. Constantem & inuariabilem effectum nequaquam fieri posse sine certa, constanti & immutabili causa. cuiusmodi sunt Sol, & naturalis situs locorum; quorum ille Zodiacum subiens, ex necessitate naturæ simili semper, constanti & infallibili motu annorum decircinat reuolutiones. Sole verò in hac vel illa plaga constituto, hunc effectum

semper

ſemper,& non alium prodire neceſſe eſt. Dico itaque præter dictas cauſas montium Æthiopicorum ſitum tùm pluuiarum, tùm incrementi fluminum principalem eſſe ac maximè fundamentalem cauſam; adeò quidem, vt ſi hic montium ſitus in alijs partibus cum ſimili & eodem Solis reſpectu collocaretur,quod idem quoq; cõſequeretur effectus.Hos enim montes, maximè eos, qui Æquatorem inter & Tropicum hybernum collocati,auſtralem Æthiopiam triplici veluti catenâ in Orientem, Meridiem, & Occidentem deductâ diſtendunt, ſagax natura in circuitum connexos eâ ratione diſpoſuit & coordinauit, vt veluti caua ſpecula Soli borealia ſigna ſubeunti,obiecta, radios aptè exciperent. Queis receptis, cùm horum radiorum vnione vis Solis vaporum eleuatiua mirum in modum corroboretur, ac proindè mox ingens vaporum ac nubium vis, illa quidem ex ſubiectis partibus eleuata; hæc verò Septentrionalibus ventis Eteſijſque aſpirantibus, in vaſtiſſima illa montium amphitheatra impulſa congregetur; fit vt ſimul ac Sol meridiano vicinus circulo caua montium radijs ſuis dicto modo percuſſerit, nubes iam aquis fœtæ calore reflexo eleuentur, ac quaquauerſum diſſipatæ, tandem frigore altiſſimorum montium iugis inſidente, ex pugna illa caloris inferiùs, frigoris ſuperiùs vrgentis, vnicâ pluuiarum genitrice antiperiſtaſi in imbres copioſiſſimos, vel potiùs ob nubium grauidarum ad terram vicinitatem, in nimborum quaſi riuos ad præfixum naturæ finem conſequendum reſoluantur. Atque ex hoc phyſico diſcurſu manifeſtè apparet, tam certam & infallibilem tùm pluuiarum, tùm ex conſequenti inundationum rationem aliam eſſe non poſſe, niſi montium in Æthiopia diſpoſitionem, quas prouida natura ad terræ Solis æſtu ſqualenti,ac humoris cæteroquin egentiſſimæ ſuccurrendum, veluti vaporum ac imbriferarum nubium quaſdam naſſas collocauit. Non dicam hìc quantum non in Æthiopia tantùm, ſed & in alijs mundi partibus valeant, tùm ad pluuiarum, tùm ventorum generationem montium ſitus. Quòd enim Gallia magna ex parte ventoſa ſit, potiſſimùm Auenionenſis ager Ægyptiaci cœli æmulus, certè ego diuturnâ experientiâ huius rei cauſam aliam non deprehendi, niſi montium ſitum. Hic enim terræ proprietatibus adiutus, pro plaga cœli quam aſpicit, attractos vi Solis è rerra vapores & exhalationes in alia atque alia plaga nunc in pluuias, nunc in ventos reſoluere ſolet. Sed quoniam de his alibi copioſior dabitur dicendi materia, calamum hîc ſtringimus, ad alteram difficultatem priori non minorem diſſoluendam nos accingentes. Meritò itaque quiſpiam mirari poſſet,cur imbrium in tota Æthiopia delapſorum abundantiam,non in tota Æthiopia eadem ſequatur inundatio,aut cur ſola Ægyptus tantum de ea participet,vt non terra,ſed mare videatur.

Situs montiũ Æthiopicorũ inundationis cauſa.

Auenionenſe cœlum impluuium.

Cur inæqualis ſit inundatio in Ægypto

Ratio.

Dicimus itaque Alueum Nili huius rei cauſam eſſe, hic enim cùm ex editiore loco ſitis ſtagnis, decliui fundo protenſus, variam pro varijs locis ſortiatur profunditatem, fit vt aquis multis ditatus, pro diuerſis locis diuerſimodè inundet. Quantò enim flumina inter montium parietes coarctata alueos habuerint profundiores, tantò maiorem aqua-

aquarum copiam continebunt, montium obſtaculis nè exundent & dilabantur, prohibentibus. Econtra quantò breuiores alueos in locis præſertim planis longèque patentibus agris, tantò diluuijs obnoxiores erunt. Quare cùm ingens illa aquarum ex montium angiportibus & cataractarum præcipitijs in planos campos ruentium moles, huiuſmodi plana occupauerit, alueis tantâ aquarum copiâ incapacibus longè latèque diffuſa, vt exundent, neceſſe eſt. Hinc fit, vt omnia loca plana in Æthiopia exuberantijs ijs tantùm obnoxia ſint, non item montoſa. Nilus itaque cùm alueum ſuum è decliuioribus locis deducat, ac per varias cataractas præcipitatus Ægyptiam tellurem planam, depreſſam, atque humili loco ſitam, alueumque ad hæc non adeò profundum inueniat, mirum ſanè non eſt, ſi ſtatis anni temporibus poſt ingentia illa pluuiarum diluuia ex Æthiopia præcipitata, ijs tandem longè latèque exuberare incipiat. Montium itaque in circuitum, vti diximus concatenatorum, ac plana quæ circumuallant, veluti pluuiarum officinam quandam conſtituentium naturalis ſitus & diſpoſitio; ſicuti imbrium ſtatis temporibus cauſa infallibilis: ſic inundationis Ægyptiacæ Nilotici aluei naturalis conſtitutio, infallibilis quoque cauſa cenſeri debet. Quod verò pluuiæ iſtæ contingant Sole Boream luſtrante, non item dum Auſtrum permeat, Eteſijs, quos Luſitani generales ventos appellant, adſcribendum eſt. Hi enim, teſte Pigafetta, ad introitum Solis in Capricornum è Borea proflantes, nubes in caua montanorum coactas, in pluuias deſtinant; Sole verò Libram luſtrante, dicti venti ex Oceani turbulenti motibus, niuoſiſque Magallani regionibus afflantes cùm frigidiſſimi ob media per quæ tranſeunt, exiſtant; vapores ſuſtolli non permittunt, vel ſi eos Sol eleuet, ij in nimbiferas nubes non condenſantur, at proindè perpetuâ ijs temporibus ſerenitate gaudent.

Cur borealia ſigna Sole tranſeunte nerementum Nili contingat.

Quicunque igitur nouerit, cur ventus Borealis, quem vulgò Tramontanam vocant, ex niueo Arcto ſpirans frigus præſtet, & ſerenitatem ſaniſſimam Europæis; ventus verò Auſtralis, cur tempeſtates, pluuias, & inundationes, quemadmodum ij, quos vulgò Libeccio & Scirocco appellant, cauſentur; ille nouerit etiam, cur Æthiopia in ſignis borealibus, pluuijs & tempeſtatibus abundet, hyberno verò tempore ſerenitate gaudeat perpetuâ; eâ enim ſapientiâ Solis, Lunæ, aliorumque planetarum ac ſyderum curſus, totum denique cœlorum exercitum in primordio rerum diuina Maieſtas ordinauit; vt ſinguli terrarum tractûs, ne vel hæc frigore nimio, pluuijſque, aut illæ æſtu, ſiccitateque redderentur hominum habitationi in idoneæ; ſummà cum proportione & menſura de lumine & influxibus eorum participarent. Niſi enim, verbi gratia, Aethiopiæ citeriori pluuijs humentibus, tranſtimæ verò ventis frigidis ſubueniret; perire hanc æſtu, illam ſiccitate neceſſe foret. Pari ratione ſi ſemper pluuiæ durarent per totius anni decurſum, aut ſemper ſerenitas, illis proculdubio Aethiopia tota foret inundatione ſubmergenda, hæc verò nimiâ ſiccitate diſſoluenda. Ad conſeruationem itaque rerum viciſſitudine opus eſt. Huius itaque terreni globi reciprocis huiuſmodi alterationibus

Ex diuerſitate ventorum contingit diuerſa inundatio.

tionibus à cœlo gubernati diſpoſitionem, dùm attentiùs conſidero, ingens incurrere videor myſteriorum pelagus, quæ quidem præſtat alriſſimo ſilentio ſupprimere, quam ea aut temerè promulgare, aut promulgando ea nimis hoc loco ieiunè attingere & interpretari. Atque hæc ſunt, quæ de Nilo, eius origine, atque incremento prædicenda & prædicanda exiſtimaui; tùm ne celeberrimam Nilotici incrementi in natura rerum difficultatem tædio, aut labore victus ſubticuiſſe viderer, tùm vt phyſicis plura ex ſupra demonſtratis rationibus philoſophandi materiam præberem atque occaſionem. In quo quidem ſi aliquid commendatione dignum præſtitum ſit, non mihi, ſed aquarum viuentium æterno fonti, bonorumque omnium perenni ſcaturigini, acceptum feras.

CAPVT VIII.

QVÆSTIO PHYSICO-CHRONOLOGICA,

Vtrum Aegyptus ante Diluuium fuerit habitata, an non? quiuè primi eiuſdem Reges fuerint.

VArias reperio circa hanc quæſtionem inter Arabes, Latinos, Græcoſque conrrouerſiam. Græci plerique, inter quos primùm non immeritò locum poſſident Herodotus, & Strabo, Ægyptum olim mari tectam fuiſſe, imperuiamque aſſerunt, vndè ille eam δῶρον τοῦ Νείλου, hoc eſt, *donum Nili*; hic verò varijs rationibus Herodoti opinionem ſtabilire conatur, vt patet ex lib. 17. & prologomenis eiuſdem. Arabes verò Ægyptum ante diluuium non tantùm habitatam aſſerunt, ſed & Reges ipſos eorumque geſta, inuenta, potentiamque exhibent. Verùm vt vtriuſque ſententiæ veritas tandem eluceſcat, illas diſcutiendas hoc loco duxi. Ægyptum igitur olim mari opertam non Herodotus tantùm, vt dixi, & Strabo, ſed & omnes, qui hoſcè ſequuntur, ſentiunt; quorum rationes vide apud Goropium Becanum in Niloſcopio. Nos tamen hæc ſcrupuloſiùs ponderantes dicimus, non totam Ægyptum, ſed aliquam tantùm partem, quam ſuprà Phium diximus, mari tectam, Nili limo ſucceſſu temporum excreuiſſe. Cùm enim Ægyptus maximè verſus mare Erythræum cliuoſa, atque quo magis cataractis & Æthiopiæ approximat, eò altior ſemper & altior ſit, omninò probabile eſt, eam ſuprà diuaricationem Nili in ramos, Delta conſtituentes, diuiſi, totam fuiſſe habitatam vſque in ipſos Æthiopiæ fines. Cùm igitur Authores loquuntur de Aegypto aquis ſubmerſa, partem pro toto videntur accipere, nimirùm inferiorem Aegyptum, quam Delta vocant. Comprobaturque varijs Authorum grauiſſimorum teſtimonijs; Proclus in Timæo Platonis refert ex citati Homeri ſententia, vti & Plinius l. 2. c. 35. Seneca l. 7. nat. 99. c. 26. olim à Pharo inſula in Aegyptum diei & noctis nauigationem fuiſſe, cùm iam illi cohæreat; vndè & Oceanum eundem nominat Hecatæus, & alij apud

Inferior Æ. pti pars olim mari tecta.

Diodorum Siculum lib. 1. vt & obſeruauit Pierius Valerianus. Vide de hoc quoque Ariſtotelem l. 1. meteororũ, alioſque in eum hoc loco commentantes. Prætereà legimus, Seſoſtrin mare rubrum, perfoſſo Iſthmo intermedio, mari mediterraneo coniungere voluiſſe, diſſuaſumque fuiſſe à Sacerdotibus molimen, eò quod mare rubrum altiùs Aegypto eſſe contenderent, vndè perfoſſo Iſthmo Aegyptum totam maritimis vndis ſubmergi neceſſe foret. Nolim tamen ego dicere, maris rubri aquas altiores eſſe aquis maris mediterranei, cùm hæc hydroſtaticis principijs & Archimedæis demonſtrationibus de ijs, quæ vehuntur in aquis, apertè repugnent, vt fusè cùm in Arte noſtra magnetica oſtendimus, tùm in Mundo noſtro ſubterraneo fuſiùs (Deo dante) deducemus; Sed errorem indè proueniſſe dicimus, quod euntibus verſus mare Erythræum, vtplurimùm per cliuoſas & editiores partes Ægyptus humillima appareret; vndè error & illuſio opticæ & hydroſtaticæ ignaris facilè obrepere potuit. Arabes itaque, vt ad alteram controuerſiæ partem tranſeamus, cùm Aegyptum ante diluuium habitatam dicunt, eam partem, quam poſteri Heptanomum & Thebaidem appellarunt, putaſſe intelligendi ſunt, videlicet partem montanam; verùm vt hæc omnia clariùs pateant, adducam Arabum Hiſtoricorum teſtimonia, in quibus tamen citandis, ad hæc credenda quemquam cogere nolim, ſed libero eruditi Lectoris iudicio ea diſcutienda relinquo. Ita igitur Ahmed ben Ioſeph Eltiphaſi apud Gelaldinum libro de appellationibus Nili; in quo inter cœtera hæc dicet:

Seſoſtris molimen in perfringendo Iſthmo.

Falſa Seſoſtris perſuaſio.

Ahmed Ben Ioſeph Eltiphaſi.

ويقول ان ادم عليه السلام وصي لابنه شيث وكان فيه وفي بنيه النبوه وانزل الله عليه تسعا وعشرين صحيفه وانه جا الى ارض مصر وكانت تدعى بابلون ونزلها هو واولاد اخيه فسكن شيث فوق الجبل فسكن اولاد قابيل اسفل الوادي ۞

Dicitur autem, quòd Adam, ſuper eum pax, præcepit filio ſuo Seth, & fuit in eo & filio ſuo prophetia, & immiſit ſuper eum Deus viginti nouem libros, & venit in terram Ægypti, quæ tunc dicebatur Bablun, & habitauerunt eam ipſe, & filij fratris eius; habitauit autem Seth ſupra montem, filij verò Cabil, ſeu Cain infra in valle. hæc ille. De huiuſmodi libris Sethiacis Enochianis fusè dicetur in ſecundo tomo, tractatu de philologia Aegyptiorum, quare illuc Lectorem remittimus. Quicquid ſit de veritate huius narrationis, veriſimile certò eſt, ante diluuium Aegyptum, vtpotè Paleſtinæ, Babyloniæ, & Meſopotamiæ (quæ primæ fuerunt mortalium coloniæ, ex quibus deindè in vniuerſum mundum fuerunt propagatæ) vicinam, fuiſſe habitatam; cùm non videam, quî tàm fœcunda Aegypti natio primos iſtos humani generis propagatores latere potuerit. Poſt Seth verò dicunt, Dominium Aegypti poſſediſſe Kainan, poſt hunc Malaleel, & poſt hunc denique Iared ſucceſſiſſe. Atque hunc Iared primum fuiſſe, quem Seth in omnibus ſcientijs & artibus, morumque doctrina inſtituerit; has autem ſcientias & artes Iaredum reliquiſſe Enoch filio ſuo, quem Idris vocant; verba Arabica cito:

Ægyptus olim dicta Bablum

واستخلف شيث ابنه قينان اوستخلف قينان ابنه مهلييل اوستخلف مهلييل ابنه يرد ودفع الوصيه اليه وعلمه جميع العلوم واخبره بما يحدث في العالم ونظر في النجوم

النجوم والكتاب الذي انزل على ادم وولد ليرد خنوخ وهو هرميس وهو ادريس
النبي عليه السلام وكان الملك في هذا الوقت محويل ابن خنوخ بن قانيل وعصمه
الله انزل عليه ثلاثين صحيفه ودفع اليه ابوه وكانت ملته الصابيه وهي توحيد الله
والطهاره والصلاه والصوم وغير ذلك من رسوم التعبدات وكان في رحلته الى المشرق
اطاعه جميع ملوكها وابني مايه واربعين مدينه اصغرها الرها ثم عاد الى مصر واطاعه
ملكها وامن به ونظر في تدبير امرها وكان النيل ياتيهم بسرعه وينحازون من سابر
الى عالى الجبل والارض العاليه حتي ينقص الما وينزلون ويزرعون حيث ما وجدوا
الارض نديه وكان ياتي في وقت الزرعه وفي غير وقته ــــــ

Adris siue Henuch inuenta & sanctitas.

post Seth prophetam scriptoriam artem docuit, & fuit Adris quoque solitus interesse seruituti seu cultui religionis, vsque dùm ad maturiorem ætatem venit; quâ superauit ac longè præcessit in cultu religionis omnes sui ætatis homines, posuitque ipsum Deus ideò prophetam, deduxitque super eum triginta libros, libros quoque Seth hæreditate accepit, vti & Arcam, in qua cadauer Adam, super eum pax, & vixit labore manuum suarum, fuit autem Adris Sartor & primus, qui consuit vestes, & omni acus traiectione laudabat Deum & sanctificabat eum &c. quæ confirmat Vasiab in eadem Saracenorum historia, vti & Ismaël Schiahinscia:

Vasab Chronica Arabum.

ان ادريش اول من اخذ السلاح وجاهد في سبيل الله وقاتل بني قابيل واول من لبس الثياب وكانوا قبل ذلك يلبسون الجلود وهو اول من اتخذ الميزان المكيال وعلم النجوم

Quod Adris primus fuit, qui apprehendit arma & certamina in via Dei, pugnauit contra filios Kabiel, id est, Cain á stirpe prognatos, & primus, qui vestimentis se induit, cùm primò vestirentur pellibus, fuit quoque primus, qui ponderum, mensurarum, vti & Astrologicam scientiam penetrauit.

Osiris antiquissimus fuit Henoch.

Primus igitur Osiris & antiquissimus fuit Aegyptijs Henoch; certè ex citatis testimonijs patet, omnia quæ Græci de Osiride, eiusque in genus humanum beneficijs scripserunt, de Henoch siue Adris scripsisse Arabes & Chaldæos. Verùm cùm hæc fusissimè pertractauerimus in secundo Syntagmate cap. 3. alijsque passim locis, illuc Lectorem remittimus; vbi parallela quâdam comparatione vnius & alterius gesta, & beneficia in homines concessa demonstramus.

CAPVT IX.

De Dynastijs Aegyptiorum.

Manethon Sybennitæ historia de Dynastijs Ægyptijs.

FRequens apud priscos Historicos Dynastiarum Aegyptiacarum fit mentio, quarum tamen alium Authorem non habemus nisi Manethonem Sybennitam, Sacerdotem Aegyptium, quem ante tempora Alexandri, quicquid dicat Scaliger, in Aegypto floruisse comperio; siquidem illius crebram mentionem facit non solùm Iosephus l. 1. contra Apionem, sed & Hebræi lib. Iuchasin, eumque veluti antiquissimum Scriptorem, & fide digniſſimum citant, ita vt & Arabum quoque scriptis is irrepserit. Iochaides quoque in suo Zohar huius mentionem facit, & quoties de Regib. Aegypti sermo est, hisce verbis מאנאתום בספר מלכי מצרי concludit: *Manethun in historia Regum Ægypti;* vel etiam hisce verbis: מאנאתום בספר זכרונות מלכי מצרים *Manethon in libro actorum Regum Aegypti.* Manethon 2.

Fuerunt autem duo alij huius nominis Authores Aegyptij, vnus Manethon Mendes, Sacerdos & ipse Aegypti, qui scripsit, quomodo præparanda sint, Cyphi, hoc est, suffumigia. Suidas: Μανεθὼς μένδης, ἱερεὺς Αἰγύπτιος. Ἔγραψε περὶ κατασκευῆς κυφίων. Alter citato Suida teste: Μανεθὼς ὁ Διοσπολίτης ὁ Αἰγύπτιος, ὃς συγγέγραφε φυσιολογικὰ, ἀποτελεσματικὰ δι' ἐπῶν καὶ ἄλλα τινὰ ἀστρονομούμενα. *Manethos ex Dioſpoli Ægypti scripsit physiologica apotelesmatica versibus, & alia quædam astronomica.* Huius monumenta in magni Ducis Hetruriæ bibliotheca

Quid scripserit Manethon secundus.

conser-

conſeruari audio. atque hic eſt, qui temporibus Auguſti vixit; vndè multi decepti æquiuocatione nominis, hunc cum veteri illo noſtro Dynaſtiarum Aegyptiarum compilatore confuderunt. Manethon igitur Sybennita noſter hiſtoriam Aegyptiorum ſeu Regum breuiſſima deſcriptione complexus, in 32. Dynaſtias ſiue principatus digeſſit; quarum quindecim vtpotè ex hominum memoria vnà cum diluuio deletas omiſit, cæteris ſeptendecim ex monumentis Aegyptiorum depromptas, eâ quâ potuit fide & diligentiâ deſcripſit; ex quo Africanus pleraque ſua hauſit, vti & Euſebius Pamphylus, & Ioſephus contra Apionem, ex quibus deindè reliqui Authores Chronologi ſua plerique decerpentes, & Manethonem in varia diſcerpentes, ita variè interpretati ſunt, vt multi tantâ confuſione perplexi, de veritate Dynaſtiarum, aut fide etiam Authoris dubitauerint.

Manethon Sybennita ſcriptor 32. Dynaſtiarum

Multi perſuaſum habent, haſcè Dynaſtias, vti & innumera alia, occaſione fabularum Aegyptiarum à Manethone introductas eſſe; ſi enim inquiunt decima ſexta immediatè poſt diluuium Dynaſtia agebatur, ergo quindecim iam præceſſerant; ſed hoc & temporum ordini, & ſacris literis repugnat. Nam cuiuis, qui tantillum ſapiat, conſtat, Ægyptios antiquiores minimè fuiſſe principe & fundatore ſuo Miſraimo, filio Chami & nepote Noëmi, neque eum ante diuiſionem terrarum in Ægyptum profectum, aut ante confuſionem linguarum, quæ in annum à diluuio cadit 275. à conditu verò rerum 1931. quare Dynaſtiæ illæ quindecim, quas ante Abrahamum ponit Euſebius, veluti commentitiæ habendæ ſunt. Cùm retrò vſque ad ipſum Adamum pertingere poſſent, ita arguunt Aduerſarij. Verùm vt hæc lis tandem decernatur, & quid de Dynaſtijs Ægyptiorum, potiſſimùm, quindecim iſtis omiſſis, ſentiendum ſit, iam tempus & locus poſtulat, vt agamus, vbi priùs aliqua ad noſtros diſcurſus facientia præſuppoſuerimus.

16. Dynaſtiæ quales fuerint

Obiectio cõtra Dynaſtias 16. ante diluuium.

Solutio obiectionis.

Suppono igitur primò. Primos ante diluuium Patriarchas, à primo humani generis Authore oretenus inſtitutos, non in omnigenis duntaxat ſcientijs & artibus; ſed & in politica viuendi ratione plurimùm profeciſſe; ita Sethus ab Adamo patre, infusâ & ſupernaturali rerum omnium ſcientiâ illuſtrato, inſtitutus, docuit filium ſuum Cainan, & hic filium ſuum Malaleel, hic Iaredum, Iared denique filium ſuum Enoch, Enoch Mathuſalam, Mathuſala Lamechum, Lamech denique Noëmum; & cùm ſimul vnà cum Patre eorum Adamo omnes ferè vixerint, veriſimile eſt, ſcientias rerum arteſque mirum in modum fuiſſe propagatas. Quæ omnia ex Hebræorum, Chaldæorum, Arabum aliorumque orientalium monumentis fuſiùs in ſequentibus oſtendentur.

Suppoſitio 1.

Doctrinarum & artium propagatio

Suppono ſecundò. Homines ante diluuium longiſſimæ vitæ fuiſſe, corpore valenti & robuſto, naturâ adhæc fœcundos, ſalaciſſimos, & in libidinem proiectiſſimos; ex quibus accidebat, vt in infinitum breui mundus multiplicaretur; ex quo iterum infero, tantam hominum multitudinem, in ſolo illo campo Damaſceno, qui Babyloniâ & Palæſtinâ Syriâque claudebatur, conſiſtere nullâ ratione potuiſſe; ſed multiplicatis in immen-

Suppoſitio 2.

Hominum ante diluuiũ conditio.

Nouas colonias quærunt, adeò totus mundus fuit habitatus.

immensum mortalibus, nouas colonias quærere coactos, non vicinas tantùm & contiguas Palæstinæ regiones, Ægyptum, Asiam, Arabiam; sed & remotiores, Persiam, Mediam, Indiam, atque adeò totam Asiam maiorem, imò Europam & Africam occupasse. Quod ita demonstro, si enim innumerabilis penè hominum multitudo spacio ducentorum annorum, à diluuio videlicet vsque ad exstructionem turris, ex octo solummodò hominibus prodijt, quam nos primò, suppositis quibusdam, ad hunc numerum sequentem peruenire potuisse, inuenimus, 124722471745 5. Summa videlicet mortalium procreatorum à diluuio vsque ad turrim Babel;

Demonstratio.

Numerus hominum post diluuium vsque ad turris constructionem.

Quæ summa tanta est, vt si in quadrato stetissent omnes isti homines, ita vicini, vt singuli homines quadratum pedale occuparent, demonstro vnum latus, huius quadrati occupasse 372. milliaria Astronomica plùs minùs, siue gradus cœlestes 25. ferè; atque adeò vniuersam Palestinam, Babyloniam, vnà cum Armenia occupassent in vno quadrato, quæ meritò paradoxa & incredibilia videri possent, nisi id susè in turris Babylonicæ demonstratione ostendissemus; si igitur tanta multitudo annorum ducentorum spatio nasci potuit; quantam ante diluuium, spatio 1656 annorum ab hominibus, vt dixi, longioris ætatis, corpore robustioribus, & ad libidinem pronioribus polygamisque natam putabimus? Certè si à Christi natiuitate vsque ad hæc tempora, singuli homines ætatem suam produxissent ad 100. 200. 300. 400. 500. & 800. annos, quemadmodum de primis hominibus memorant sacræ literæ; arbitror tantam hominum multitudinem nasci potuisse, vt illorum orbis terrarum non esset capax. quæ omnia, suppositis primò quibusdam mathematico ratiocinio demonstrari facillimè poterunt. Immensam igitur fuisse hominum ante diluuium multiplicationem nemo dubitare debet, maioremque sine vlla comparatione, quam hisce nostris seculis, atque consequenter omnes insulas, partesque orbis terrarum occupasse, nemo prudens dubitare potest. Multitudinem verò hanc, dico, sine capite quodam politico, aut forma regni consistere nullâ ratione potuisse; vndè certum est in singulis colonijs Reges seu Duces quosdam fuisse communibus suffragijs electos, penes quos esset iudicandi, decidendi, singulaque administrandi potestas; cùm sine capite Rempublicam aliquam, aut Regnum diù durare impossibile sit, vt doctissimè probat Gregorius Tholosanus l. 1. de Repub. Plato quoque de legibus, Aristoteles l. 9. moral. alijque omnes, qui hanc materiam pertractarunt. Quodsi barbaras gentes hoc nostro sæculo varijs in orbis tetræ partibus detectas hoc dictamine politico præditas legamus, quantò plùs primos istos Patriarchas diuinâ quâdam sapientiâ cœlitùs præditos?

Immensa hominum multitudo ante diluuium.

Forma politica ante diluuium an fuerit, & quænam?

Suppono tertiò, Filios Noëmi vnà cum patre à primæuis istis patribus, omnem scientiam rerum quà traditione, quà scriptis participasse, ac politicam viuendi rationem, aliaque ad humani generis conseruationem necessaria didicisse, & omnia prout audierant & didicerant, ita filijs suis post diluuium tradidisse, cum hominibus ita comparatum sit, vt quoties

Suppositio 3.

Politicus Status ante diluuium.

ties ſingularem rerum euentum, admirandumque alicubi contigiſſe cognôrint, ſummo deſiderio, & inſitâ quâdam curioſitate eos, qui eidem præſentes fuêre, audire cupiant; quantâ curioſitate primos iſtos poſt diluuium homines Noëmi filios, de re omnium quæ vnquam contigerat, calamitoſiſsima & maximè formidabili tanquam præſentes, & omnium oculatos teſtes examinaſſe putabimus? quantò ſtudio de prioris mundi forma, & ſtatu, ac conditione hominum, rebuſque memorabilibus ab ijs geſtis inquiſiuiſſe credemus? certè qui hâc ſtrictiùs examinauerit, fieri ſibi vix poſſe perſuadebit, vt non plurima ante diluuium geſta huiuſmodi inquiſitionum curioſarum occaſione, poſtero mundo innotuerint, præſertim Ægyptijs, reliquis curioſioribus. Vnde

Suppono quartò. Inter finitimas gentes; ſemper huiuſmodi rerum ante diluuium à primæuis iſtis hominibus patrararum notitiam, tùm per traditionem, tùm per earundem in ſaxa inſcriptionem poſteris remanſiſſe. Etſi varijs variorum relationibus cum tempore mutilata veritas, vti maximam in circumſtantijs rerum varietatem paſſa eſt, ita maximam quoque ambiguitatis occaſionem Hiſtoricis reliquerit. Vndè iterum

Suppoſitio 4. Traditio rerum qui propagata.

Suppono quintò. Non tantùm ex Sacro textu nobis de rebus ante diluuium geſtis conſtare, ſed & ex profana quoque hiſtoria. Certè hiſtoriam de bello Athlantico, de quo Plato in Critia, ait Solonem ab Ægyptijs audiſſe, ante diluuium id contigiſſe. Secundò Ioſephus l. 1. antiq. contra Apionem; lateres coctiles pro ſiderum obſeruatione inſcriptos, ait 700. annis ante Ninum fuiſſe in Babylone repertos; de quibus nos alibi fuſiùs. Tertiò ex Chaldæorum diſciplinis, primi illi humani generis ductores, ante Græcorum Monarchiam 34000. annorum menſtruorum, qui 3634. ſolares annos faciunt, interuallo, literarum & Aſtronomiæ principia coluiſſe memorantur; hi autem per regnum Perſicum, Babylonicum, & quinque Scripturæ ætates diuiſi, in Adami 151, Sethi 21. incurrunt. Quartum ſumitur ex libris Henoch, è quibus Tertullianus integras paginas recitat. Quintum ex Rabbinorum monumentis, de duplici fame, quarum vnam contigiſſe memorant ſub Adamo, ob enormia peccata filiorum Cain; alteram ſub Lamecho ob ſcelera Gigantum; item de diluuio Enos, quo tertiam ferè hominum partem perijſſe referunt. Sextum ex Arabum monumentis, qui, vt initio dixi, non tantùm res geſtas ante diluuium in Ægypto memorant, ſed & Regum quoque nomina, vnà cum geſtis vniuſcuiuſque determinant, vti & de Dynaſtijs quindecim ante diluuium à Manethone omiſſis, veritatem luculentis verbis demonſtrare videntur.

Suppoſitio 5. Geſta hominum ante diluuium exſtant.

Scio multos eſſe, quemadmodum ſuperiùs quoque memini, qui huiuſmodi Dynaſtias meras nugas & commenta putent; quin & ego in hac opinione quoque me fuiſſe memini, donec Orientalium traditionibus, monumentiſque inſtructior, tandem eas non ita commentitias ac multi putare poſſent, comperi; certum eſt, mentionem eorum apud Ægyptios fieri, vti & apud Arabes, quas ideò وِلاسة المصريون hoc eſt, *Principatus Ægy-*

Dynaſtiæ Ægyptiorum ante diluuium, veræ ſunt.

Ægyptiorum, vocant, Aegyptiosq; ad normam Dynastiarum ante diluuium posteros instituisse Abenephi his verbis docet:

Abenephius.

ومصر بن حام بن نوح هو اول الدي ملك في مصر واتعلم كل علوم من ابيه حام وتدبر
على نوع التي عليه تدبروا الملوك قبل الطوفان لانه كان يسمع كثيرين من التدبير
ومن صفة العلوم الذي كان نظر ابيه قبل ان غرق الله الدنيه فيقال ان حام قبل
الطوفان كان في مصر وبعده رجع اليها وهو كان عرف الملوك ومدبرين بني فابيل
واتعلم منهم السحر والحكمه والطلسمات ۞

Misraim omnia sua instituit iuxta normam primorum ante diluuium hominum.

Misraim autem filius Cham filius Noë, ipse primus fuit Rex in Ægypto, didicit que omnem scientiam à patre suo Cham, & rexit Ægyptum iuxta normam Regum Ægypti ante diluuium; audierat enim multa de administratione rerum, & qualitate scientiarum primæuorum hominum, quos pater eius viderat, antequam Deus submergeret Mundum; & dicit, quod Cham ante diluuium fuerit in Ægypto, & post illud eo reuersus sit; cognouerat etiam Reges & gubernatores filiorum Kain, ab ijsq; primò didicit Magiam & incantationes, artemque idolorum construendorum, &c. Quæ omnia clariora sunt, quàm vt explicari debeant. Fuisse autem ante diluuium Dynastias Ægyptiorũ, Regesq; eandem administrasse, Arabes cum Ægyptijs (quorum in scientijs & artibus hæredes fuerunt) tradunt, verùm vt eorum doctrina in apertum ducatur, ipsa verba Authorum Arabica allegamus; ita igitur præter Salamas l. de mirabil. mundi: Mahumed Ben Almaschaudi apud Gelaldinum libro de historia regum Aegypti dicit, vti & apud Ismaëlem Sciahinscia quem non ita pridem, pro suo in Remp. literariam affectu mihi communicauit doctissimus Abrahamus Ecchellensis; Verba fideliter subiungo:

قال محمد بن المسعودي اول من ملك مصر قبل الطوفان دقراوس وكان عالما بالكهانه
والطلسمات فيقال انه اسمه امشوس وعمل بها عجايب كثره منها انه عمل صنمين
من حجر اسود في وسط المدينه اذا قدمها سارق لم يقدر ان يزول عنها حتي يسلك
بينهما فاذا اسلك بينهما فاذا دخل بينهما انطبقا عليه فيوخذ وكان مدة ملكه
مايه وثماذون سنه ۞

Dicit Mahumed filius Almaschaudi, primus ex Regibus Ægypti ante diluuium (qui absolutam Regni formam introduxit, primò filijs & Nepotibus Seth promiscuè tantùm regnantibus) *primus, inquam Rex fuit Nacraus artis sacerdotalis & Magiæ peritus, dicitur quoque, nomen illi fuisse Amasus, fecit autem ope magiæ mirabilia multa & magna, & primò fecit duo idola ex lapide in medio ciuitatis, & si contingeret hominem furti alicuius sibi conscium ante ea comparere, non poterat is remouere se ab ijs, donec medius inter vtrumque poneretur, amplexibusque eorum clausus captiuusque teneretur: fuit autem Regnum eius* 180. *annorum*; Fuit igitur primus Rex Nacraus sacerdos, quid verò per artem sacerdotalem indicetur, in secundo Tomo Gymnasij hieroglyphici fusè tradetur. Ex quo patet, vti post, ita & ante diluuium magiam & artem sacerdotalem in Aegypto viguisse, quod quidem fieri non potuit, nisi per traditionem Cham filij Noë; pergit Chronicum suum prosequi Author:

Primus Rex in Ægypto ante diluuiũ.

Idolum furtum reuelans.

I. Rex Nacraus 180. annis regnauit in Ægypto ante diluuium

فلما مات دقراوس ملك بعده ابنه دقراس فكان كابيه في علم الكهنه والطلسمات
وبني

وبني مدينة بمصر وسماها صحة وعمل خلف الواحات ثلاث مدن على اشاطين وجعل
في كل مدينة خزايز من الحكمة العجايب ۞

Et cùm Nacraus fuiſſet mortuus, ſucceſſit filius eius Nathras, fuitq; ſicuti pater eius artis ſacerdotalis, & Magiæ peritus, ædificauitq; ciuitatem in Ægypto, quam vocauit Salcha, & fecit poſt Eluahat regionem tres ciuitates firmatas ſupra columnas, & poſuit in ſingulis ciuitatibus munitiones, in quibus condidit ſapientiam & mirabilia ſua. Cui defuncto ſucceſſit frater eius Meſram, quod hiſcè verbis docet Gelaldin:

Nathras II. Rex Ægypti poſt diluuiũ

فلما مات نتراس ملك بعده مصرام وكان حكيما ماهرا في الكهنة والطلسمات وعمل
اعمالا عظيمة منها انه نلك الاسد وركبه ويقال انه ركب في عرش وحملته
الشياطين حتي انتها وسط البحر المحيط وجعل فيه قلعة بيضا وجعل فيها صنما الشمس
وزبر عليها اسمه وصفة ملكه وعمل صنما من نحاس وزبر عليها انا هو مصرام الجبار
كاشف الاسرار وصنعت الطلسمات الصديقة واقمت الصور الناطقة وذعنت الاعلام
الهايلة على البحار السايلة ليعلم من بعدي انه لايملك احد ملكـــــــي ۞

Et cùm mortuus eſſet Nathras, regnauit poſt eum frater eius Meſram, fuitque ſicuti cæteri peritus artis Sacerdotalis & Magiæ, eiuſque ope peregit res magnas, & dicitur quòd domuerit Leonem, & equitauerit ſuper eum, & dicitur quoque quòd equitante ipſo Rege, ſedentem in throno dæmones eum portauerint, vſque dùm veniret ad medium Oceanum, & poſuit ibi arcem candidam, & in eo idolum Solis, incidit que in eo nomen ſuum, & qualitatem regni ſui, fecitque ex ære ſtatuam, & incidit ſuper eam, Ego Meſram ille Gygas fortis, & potens, reuelans ſecreta, & feci taliſmata varia, & imagines loquentes conſtitui, erigendarum imaginum peritus; figuram horrendam ſupra mare fluens, vt ſciret qui poſt me venturus eſt, nullum mihi Regem ſimilem futurum, &c. Atque ex hac deſcriptione patet luculenter, poſteros Ægyptios omnem illam idolorum colendorum, artiſque expiatoriæ rationem, vt & oraculorum ſcientiam à primæuis, Chamo propagatore, accepiſſe, pergit Author:

III. Rex Meſram Gygas equitabat Leonem & multa mirabilia perageba.

ثم ملك بعده خليفته عيكام الكهن فيقال ان ادريس عليه السلام رفع في ايامه ثم
ملك بعده عرياق فيقال ان هاروت وماروت كانا في زمانه ثم ملك بعده حصيليم
وهو اول من عمل مقياس الزيادة النيل وذلك انه جمع اصحاب العلوم الهندسة وعملوا
له بيتا من رخام على حافة النيل وجعل في وسطه بركة من نحاس صغيرة فيها
ما موزون وعلى حافة البركة هقابان من نحاس ذكر وانثي وانا كان اول الشهر
الذي يزيد فيه النيل فتح البيت وجمع الكهان فيه بين يديه فتكلم روسا الكهان بكلام
لهم حتى يصفر احد العاقبين فان صفر الذكر كان الما تاما وان صفر الانثي كان الما
ناقصا ويعتدون لذلك وهو الذي بني القنطرة التي ببلاد النوبة على النيـــــل ۞

Deindè regnauit poſt eum Vicarius ſeu ſucceſſor Aikam ſacerdos, & dicitur quòd Idris ſuper eum pax, ſublatus eſt in diebus ſuis; tum regnauit poſt eum filius eius Ariak, & dicitur, quod tempore huius Regis fuerint Haruth & Maruth; deindè regnauit poſt eum Haſilim, & ipſe primus, qui fecit Nilometrium incrementi & decrementi Nili, & ideò peritos ſcientiarum & Geometriæ congregauit, & fecerunt ſibi domum ex marmore ſupra ripam Nili, & poſuit in medio eius piſcinam paruam, in qua aqua erat ponderata, & ſupra oram piſcinæ duæ aquilæ ex

IV. Rex, Henoch ſublatus eſt.
V. Rex Ariak
Rex VI. Haſilim Nilometrij fabricator.

æreæ

Præstigiæ Sacerdotum Ægyptiorum.

ære mas & fœmina, & cùm esset primus mensis, quô exuberaret Nilus, aperiebatur domus, & congregabantur in ea sacerdotes coram eo, & principes sacerdotum obmurmurabant in tantum nonnulla verba, donec sibilaret vna aquilarum; & si sibilaret mas, aqua sufficiens futura erat; si fœmina, aqua deficiebat, is quoque fuit, qui pontem in regione Nubiæ ædificauit supra Nilum.

Ex hac descriptione quoque patet, mathematicas artes, vel ante diluuium, quam maximè in vsu fuisse, Magiam quoque & oraculorum, artemque sacerdotalem, quam posteri tantâ deindè contentione promouerunt; sed sequamur textum historiæ;

وملك بعده رجل يقال له هوصال ويقال ان نوح عليه السلام كان في وقته وملك بعده ولدة قدرسان وملك بعده سرقاق وملك بعده ابنه سهلوق وملك بعده ابنه سوريد وهو اول من جبي الخراج بمصر وهو الذي بني الهرمين ولما مات دفن في الهرم ودفن معه جميع امواله وكنوزه وملك بعده ابنه هوجيب ودفن ايضا في الهرم وملك بعده مناوس وقيل منقاوس وملك بعده ابنه افروس وبعده ابنه مالينوس وبعده ابن عمه فرعان وفي ايامه جا الطوفان وخرب ديار مصر كلها وزالت معالمها وعجايبها ۞

VII. Husal. VIII. Tatrasan, IX. Sarkak. X. Schaluk, XI. Surith pyramidum ædificator. XI. Hugith. XII. Manaus. XIII. Aphrus. XIV. Malinus XV. Abn Ama Pharaun vltimus.

Et regnauit post eum vir nomine Husal, & dicitur Noë fuisse in diebus eius, & regnauit post eum filius eius Tatrasan, & regnauit post eum Sarkak, & regnauit post hunc filius eius Sahaluk, & postea filius eius Surit, & hic primus fuit, qui fodit canales in Ægypto, ædificauitque pyramides, mortuusque sepultus fuit in ijs cum omnibus bonis & thesauris suis; regnauitque post eum filius eius Hugit, & hic quoque in pyramide sepultus est, & regnauit post hunc filius Manaus, & dicitur quoque Manakaus, regnauitque post eum Aphrus, & post hunc Malinus, deindè Abn Ama Pharaun vltimus Dynasta, in cuius diebus venit diluuium, & deuastauit omnem habitationem Aegypti, & deleuit omnia opera, & mirabilia eius.

Atque hæc est Chronologia Regum Ægypti ante diluuium, quam hic totam describere volui, vt & Arabum placita circa inexplorabilem antiquitatem temporum innotescerent criticis nostri temporis; Et quamuis non ignorem, hæc omnia eo loco apud nostri temporis philologos futura, quo omnia ἀπόκρυφα; nolui tamen ea omittere, cùm quia historiæ sunt Latinis incognitæ, tùm quia nescio quam veritatis scintillam, etiam sub huiusmodi barbararum relationum fauillis latentem comperi; vt proindè non omnia, quæ fabulas & commenta redoleant, respuenda putem. Multa habent Arabes, Latinis, Græcisque incognita, quæ si peritorum industria publici iuris fierent, næ breui magnam Reipubl. literariæ, in multis huc vsque inter Authores controuersis, accessionem futuram sperarem. Sed de his alibi fusiùs. Nunc igitur visâ normâ gubernationis Regum ante diluuium, modò eandem & post diluuium parumper contemplemur. Vides igitur Arabes in sua Chronologia tot ante diluuium Reges seu Dynastias ponere, quot Manethon omiserat, videlicet quindecim; ita vt hæ quindecim Dynastiæ pulchrè connectantur primæ post diluuium, quæ secundùm Manethonem est XVI. siue Thebæorum.

Connexio Dynastiarum ante diluuiũ cum ijs post diluuium.

De

De Regibus Aegypti poſt diluuium ſecundùm Arabes.

ARabes in quibuſdam cum Latinis Græciſque conueniunt, in quibuſdam diſcrepant; & de Dynaſtiarum ſerie ſecundùm mentem Græcorum, tunc ex profeſſo tractabitur, vbi priùs ſeriem earundem iuxta Arabum Chronologorum ſententiam paulò vberiùs diſcuſſerimus. Ita igitur referunt apud Gelaldinum Abdalhakem, Anbahni, Othman ex Salcha, Anbahni, Lahaia, Ben Gabaſch, Alkatbahni, Abdalla Elſaiana, Iſmaël Sciainſcia:

كان اول من سكن مصر بعد الطوفان بيصر بن حام بن نوح وهو ابو القبط فسكن منف وهى اول مدينه عمرت بعد الغرب هو وولده وهم ثلاثون نفسا قد بلغوا وتزوجوا فبذلك سميت مافه وماف بلسان قبط ثلاثون وكان بيصر بن حام بن نوح وقد كبر وضعيف وكان مصر اكبر ولده وهو الذي ساق ابوه وجميع اخوته الى مصر ونزلوا فيها وبمصر بن بيصر سميت مصر فحاز له ولولده ما بين الشجرتين خلف العريش الى اسوان طولا ومن برقه الى ايلة عرضا ۞

Primus, qui habitauit Aegyptum poſt diluuium, fuit Beithir vel Boſiris filius Cham, filij Noë; & hic pater fuit Copti, & habitauit Memphi, quæ etiam prima ciuitas fuit habitaat poſt Ghorab; fueruntque ipſe & filius eius numero triginta animæ iam matrimonio coniunctæ, & ideò Memphis vocatur lingua Aegyptiaca مافه hoc eſt, *triginta; fuit autem Bithir filius Cham iam magnus at infirmus; Meſra verò fuit maior filius eius, & hic eſt, qui deduxit patrem ſuum & omnes fratres ſuos in Aegyptum, & incoluerunt eam, & à Meſra ſeu Aegypto filius Boſir, fuit dictus Meſra ſiue Aegyptus; diuiſitque ſibi et filijs ſuis quicquid eſt inter Alſchachartin retro Alghariſch vſq; in Eſuan in longum, et quicquid eſt à Barka vſque in Ailam in latum.* Porrò defuncto Beithir ſucceſſit ei Meſra, hic ſibi diuiſit filijſque ſuis ſingulis vnam partem ex Ægypto; cùm verò multiplicarentur filij eius, & filij filiorum, iterum eius, ſubdiuiſit priores partes: & partem quidem dictam, dedit Copt filio ſuo, & habitauit ibi, dictuſque eſt indè Copt, ſeu Ægyptus: Quicquid verò fuit infra & ſupra Copt vſque in Eſmun, tàm in ortum, quàm occaſum, id ceſſit Eſmun filio, habitauitque ibi nominatus ab eodem. Athribi verò quicquid inter Memphim & Sai, habitauitque ibi Atrib, nominatuſque eſt ab eodem. Diuiſit verò Sai, quod eſt inter Sai & mare, habitauitque ibi, nominatuſque eſt ab eodem. Defuncto verò Meſra ſucceſſit Coptus ſiue Ægyptus, à quo vniuerſa terra Ægyptus denominata eſt, ſicuti à Meſraim Meſra; & hic ædificauit pyramides, & cum multis annis regnum adminiſtraſſet, defunctus eſt, ſucceſſitque in locum eius frater eius Eſmun; ita enim ait Abdalla Ben Gheled:

I. Rex Ægypti poſt diluuium Beither filius Cham.

Memphis Ægyptiacè Meſe quid ſignificet?

II. Rex Meſra.

Coptus pyramidum ædificator.

فتوفي قبط فاستخلف اخاه اشمن ثم توفي اشمن فاستخلف اخاه اتريب فاستخلف اخاه صا ثم توفي صا فاستخلف ابنه ادريس اوكدارس قال غيره وفي زمانه بعث صالح عليه السلام ثم توفي تدارس فاستخلف ابنا مليو ثم توفي فاستخلف ابنه حربيا ثم توفي فاستخلف ابنه كلكن فملكهم نحو ماية سنة ثم توفي ولا ولد له

فاستخلف اخاه ماليا ثم توفي فاستخلف ابنه طوطيس فهو الذي وهب هاجر لسارة امراة ابراهيم الخليل عليه السلام ثم توفي فاستخلف ابنه عمهاز ابنته حزوبا ولم يكن له ولد غيرها وهي اول امراه ملكت ثم توفت فاستخلفت ابنته عمهاز الفا ابنه ماموم بن مليا وعمرت دهرا طويلا وكثروا ونموا وملوا ارض مصر كلها وطمعت فيهم العمالقه فهم من ولد عملاق بن الوليد بن سم فتوفي الوليد فملك بعده ابنه الريان وهو صاحب يوسف فاخرجه من السجـــن ۞

Defuncto porrò Copto succeſſit frater eius Eſchmen ; deindè huic frater eius Atrib, et huic Sai frater eius . Defuncto verò Sai ſucceſſit filius eius Adris vel Tadaras ; dicit alius quidam, quod hoc tempore vixerit Saleh propheta. Iterum defuncto Tedaras ſucceſſit ei filius eius Maliu, et huic defuncto filius eius Harbata, deindè defuncto Harbata ſucceſſit filius eius Kolken, *et imperauit Aegyptijs ferè centum annis ; deindè defuncto, cùm ei non eſſet filius, ſucceſſit frater eius Malia,*

Tautis Pharao vxorem Abrahæ detinuit.

et huic ſucceſſit filius eius Tautis, et hic fuit iſte Pharao, qui detinuit Saram vxorem Abrahæ. Huic verò ſucceſſit filia eius Hazubah, neque fuit ei filius alius, fuit autem prima ex mulieribus, quæ præfuit Ægypto. Huic verò defunctæ ſucceſſit Amaaz Alpha filia Mamum, filij Malia, & poſt hanc Alualid , & vixerunt multo tempore, multiplicati replerunt totam Ægypti terram ; erant autem ex ſtirpe Amalek filij Lud, filij Sem, defunctoq; Alualid, regnauit poſt eum Alrian, & is

Rex Ægypti tempore Ioſephi quis ſ

fuit Rex eo tempore, quo Ioſeph in Ægypto venditus fuit, qui & eum propter interpretationem ſomniorum eripuit ex carcere , & ad maximas Ægypti dignitates euexit . Ex hac relatione patet, à diluuio vſque ad Ioſephum Ægyptum adminiſtraſſe ſexdecim Reges . Poſt hoc verò vſque ad egreſſum filiorum

Pharaonicum imperium.

ex Aegypto, Pharaones regnaſſe quidem ferunt, ſed nomina eorum non exprimunt, niſi vnius , nomine Daram, ſub quo Ioſephum mortuum ferunt :

ثم مات الريان بن الوليد وملك بعده دارم وفي زمانه توفي يوسف عليه السلام ۞

Defunctoq; Alrian ben Alualid, poſt eum regnauit Daram, cuius diebus Ioſeph, ſuper eum pax, defunctus eſt .

Poſtquam verò Deus extinxit Pharaonem & exercitum eius in mari rubro, Arabes dicunt, totam Aegyptum viris illuſtribus, & dignitatis Regiæ capacibus viduatam, in Principem elegiſſe fœminam ſuperſtitem Pharaonis filiam, mulierem ſagacem , & multâ prudentiâ conſpicuam; ſed audiamus de hiſcè diſſerentes Ben Lehiaia , & Abdalla, Ben Geled, apud iam ſæpè citatum Gelaldinum :

Regina Ægypti filia Pharaonis poſt egreſſum filiorum Iſraël ex Ægypto.

ثم اغرق الله فرعون وجنوده وغرق معه من اشراف مصر واكابرهم ووجوههم اكثر من الفي الف فبقيت مصر بعد غرقهم ليس فيها احد من اشرافها ولم يبقا فيها الا العبيد والاحرار والنسا فاعظم اشراف اهلى مصر من النسا ان يولين منهم احدا فاجمع رايهن على ان يولين امراه منهن يقال لها دلوكه ابنة زابو كان لها عقل ومعرفه تجارب وكانت في شرق منهن وموضع وهي يوميد بنت مايه سنه وستين وملكوها فخافت ان يتناولوها ملوك الارض وجمعت النسا الاشراف وقالت لهن ان بلادنا لم يكن يطمع فيها احد ولم يمد عينه اليها وقد هلك اكابرنا واشرافنا وذهب السحرا الذين كنا نقوي بهم فقد رايت ان ابني حصنا احدق به جميع بلادنا

واضع

واضع علية المحارس من كل ناحيه فاذا لا من ان يطمع فينا الناس فبنت حدارا
احاطت به على جميع ارض مصر كلها المزارع المدينات والقري وجعلت دونه خليجا
يجري فيه الماواقامت القناطر والنزع وجعلت فيه محارس ومسالح على كل ثلاثة
اميال محارس رجلا واجرت عليهم الارزاق وامرتهم ان يحرسوا بالاحارس وادا اتاهم
احد بخبر به ضرب بعضهم الى بعض بالاحراس واتاهم الخبر من اي وجع كان في ساعه
واحده ونظروا في ذلك فمنعت بذلك مصر ممن اراده ــــــ

يترك ولدا فاستخلف اخاه مرديا ثم توفي فاستخلف ولده استمارس وتكبر وشغك والظهر الفاحشة فاعظموا ذلك واجمعوا على خلعه فخلعوه وقتلوه وبايعوا رجلا من اشرافهم يقال له بطولوس بن منكايل فملكهم اربعين سنه ثم توفي فاستخلف ابنه بالوس ثم توفي فاستخلف اخاه مناكيل فملكهم زماذا ثم توفي فاستخلف ابنه بوله فملكهم مايه وعشرين سنه فهو الاعرج الذي سبي ملك بيت المقدس فقدم به قبله بعد فرعون فطغي فقتله الله وصرعه دب ودقن عنقه فمات ✡

Post fœminas resumpsit imperium.
1. Darkun.
2. Iudes.
3. Lakis.
4. Marnia.
5. Estmarres.
6. Bathulus.
7. Balus.
8. Manakiel.
9. Bula siue Sesach Hebræorum.
10. Karkura.
11. Lachis.
12. Phuis.

Id est, *Et gubernauit Daluka filia Zabu viginti annis, donec veniret ex Magnatibus vir quidam nomine Darkun filius Batlus, quem præfecerunt sibi, defuncto*que *Darkun succeſſit filius eius Iudis, et huic defuncto frater eius Lakos, et completis* 30. *annis mortuus est, neque reliquit filium; succeſſitque frater eius Marnia; deindè defuncto eo succeſſit filius eius Estmarres, qui propter enormia* ſcelera *tandem luxatis membris interemptus est; ſuffeceruntque ei virum ex maioribus nomine Bathulus, filium Menkiel, præfuitque ipſis* 40. *annis; deindè defuncto huic ſucceſſit filius eius Bulus; deindè Bulo ſucceſſit frater eius Manakiel, et imperauit ipſis vſque ad tempora noſtra; mortuus est autem Manakiel, et ſucceſſit ipſi filius eius Bula, imperauitque ipſis* 120. *annis, et hic fuit claudus, qui captiuum duxit Regem Hieroſolymæ, et fecit ipſum ſibi ſeruire poſt Pharaonem, et intumuit ſuperbiâ et arrogantiâ, percuſſitque ipſum Deus lepra, inuaſitque ipſum Vrſus, contritâque ceruice interfectus est.* hæc ille. Miror ego, quòd Author in multis huius Chronologiæ locis hâc voce vtatur زامنا *Zamena*, hoc est, *temporibus noſtris*; ex quo colligo, Gelaldinum, habuiſſe hiſtoricos antiquiſſimos, qui iſtis ipſis temporibus vixerint, & diligenter omnia explorârint; quod ſi ſic? certè inferre poſſumus, Authorem huiuſmodi vixiſſe temporibus Salomonis, quibus etiam viuebat vltimus hic Rex Eſtmarres; ſed hæc coniecturæ ſunt.

Porrò refert Abn Abdelhakem ex Kaab elachbar, quod, hic defuncto Salomone inuaſerit Hieroſolymam, auroque onuſtus redierit in Aegyptum; ſucceſſit autem huic Bulæ filius eius Marnius & imperauit temporibus noſtris; huic verò defuncto ſucceſſit filius eius Karkura, & poſtquam ipſis præfuiſſet 60. annis defunctus eſt, ſucceſſitque in locum ſuum frater eius Lachis vel Lakis; de quo multa referuntur exotica circa incantationes, vti de palatio, quod quicunque aliquid inde auferrent, redderentur impotentes & ſteriles &c. Porrò defuncto Lachis ſucceſſit filius eius Phuis, & regnauit in Aegypto eo ipſo tempore, quo Nabuchodonoſor iuit contra Hieroſolymam; atque huc vſque continuant priſcorum Aegyptiorum Hiſtorias, Arabes. Quæ tempora rectè incidunt in annos Vrbis conditæ; ſequuntur deindè Regum Perſiæ geſta in Aegypto, quæ nos ſtudio omittimus, ne Lectori exoticis huiuſmodi nominibus tædium pariamus. Atque hæc Arabum hiſtoria, ſi cum Græca conferatur, ita diuerſa videbitur, vt ne quidem veſtigium ſit, in quo conuenire videantur, nomina enim Regum vti prorſus diuerſa, ita rebus geſtis diſcrepant quàm maximè. Volui tamen totius hiſtoriæ rationem hîc adiungere, vt ſi cui animus eſſet ad vnam cum altera conferendam, occaſio ei non deeſſet. His igitur ita conſideratis, nunc ad ipſum Dynaſtiarum deſcriptionem magis particularem tranſeamus.

Series Regum Aegypti ab Orbe condito vsque ad vniuersale Orbis diluuium secundùm relationes Arabum.

Reges Aegypti ante diluuium.

	رووسا الناس	Duces primæui mortalium, siue Patriarchæ generis humani,	Gesta	Anni Mundi
1	ادم علیه السلام	Adam, super eum pax,	Supernaturali scientiâ præditus instruit suos filios in scientijs ad generis humani conseruationem necessarijs.	
2	شیث	Seth		130
3	قینان	Kainan.	Geometria, & Astronomia florent.	300
4	مهلیایل	Mehaliel		500
5	یرد	Iared	Hæreditat libros scientiarum ab Adamo filijs traditarum.	
6	حنوخ هو ادریس	Henoch, Idris, Osiris, Hermes,		1000
	متوشلم	Mathusalem.	Politica viuendi ratio sub hisce in Mundum introducitur, quam Cainitæ corruperunt.	1056
	لمک	Lamech		
	نوح	Noë		
		Hi tres vltimi desunt in Historia Arabum.		

Reges

Reges Aegypti qui prodierunt ex ſtirpe Cain, ſunt ſequentes.

Numerus Regum	Nomina Regum Arabica	Eorundem Latina	Geſta	Anni Mundi
1	نقراوس او امسوس	Nacraus, Amaſus,	Sacerdos & Magus.	De annis horum Regũ, ſeu Dynaſtiarum, & quo anno, & quãtum quiſq; regnauerit, nihil dicitur apud Arabes.
2	نتراس	Natras	Sacerdos & Magus.	
3	مصرام	Meſram	Sacerdos & Magus.	
4	ارياق	Ariak	Tollitur ſub hoc Rege Henoch.	
5	حضيليم	Haſilim	Inuentor Nilometrij.	
6	هوصل	Huſal	Sub hoc natus eſt Noë	
7	تترسان	Tetraſan	Primus canales & foſſas pro Nilo deducendo fecit.	
8	سرقاق	Sarkak	Pyramidum erector.	
9	سهلوق	Sahaluk		
10	سوريد	Surid		
11	هوجيث	Hugith	De his ſex Regibus nihil memorabile refertur.	
12	منوس	Menus		
13	افروس	Aphrus		
14	ملينوس	Malinus		
15	ابن عمة فرعون	Abn Ama Pharaun.	Sub hoc venit diluuium.	1656

Hîc Diluuio interruptæ ſunt Dynaſtiæ Ægypti.

Reges

Reges Aegypti post diluuium.

Primi Duces & Patriarchæ humani generis post diluuium fuerunt

| Noë | Sem | Cham | Iaphet | vtriusque Mundi spectatores,

Atque hi scientias & artes ante diluuium, vti & historias, resque gestas tradiderunt filijs suis, & hi reliquæ posteritati.

Cham filius Noë primus Coloniæ Ægyptiacæ Author.

	Reges Aegypti post diluuium secundùm Arabes.			Anni Mundi.	
				Anni Mundi	Post diluuiũ
1	بيصر بن حام	Beithir aliàs Busiris	Authores Magiæ, & diuinationum.		
2	مصر بن بيصر	Mesra, Osiris II. filius Beither	Memphis conditor & primus Pharao.	1758	131
3	قبط	Copht	Ab hoc Ægyptus dicitur		
4	اشمون	Esmun	Fundatores vrbium Esmun, Atrib, Sai.		
5	اتريب	Atrib			
6	صا	Sai			
7	ادريس	Idris, Osiris III.	Variarum rerum inuentores		
8	ملیو	Maliu			
9	هربتا	Harbata			
10	كلكن	Colchen			
11	ملیا	Malia			
12	طوطيس	Tautis, Mercurius	Hic detinuit Saram vxorẽ Abrahæ	1810	180
13	حزوده امراه	Hazupha			
14	امهاز الفا	Amhaz Alpha	Hi ex stirpe Amelec. Iosephi Ægypti Princeps sub hisce Regibus	2669	1055
15	الوليد	Alualid			
16	الريان	Alrian			
17	دارم	Daram			

Hic poſt Pharaonis & illuſtrium virorum Ægypti in mari rubro ſubmerſionem, incipit Regnum mulierum, quod 160. annis durauit, primaque Ægypti Regina fuit.

	دلوكا	Daluka	MuniuitAegyptum contra hoſtes, & Magiam exercuit	Anni Mundi 2027	Poſt diluuiũ 1071

Poſt fœminarum imperium primus reſumpſit

1	دركون	Darkon	Iudices		
2	تودس	Tudis		2927	1261
3	لقيس	Lakis	Dauid		
4	مرنيا	Marnia			
5	استمارس	Eſtmarres	Salomon		
6	بطولس	Batulus			
7	بلوس	Belus			
8	منكيال	Menakiel			
9	بوله	Bule			
10	قرقورة	Carcura	Seſach, Hebræorum ששך Tempore Regum Iſraël		
11	لقاس	Lachas			
12	فويش	Phuis	Sub hoc Iſaias Propheta occiditur	3281	1586

Finis Chronologiæ Arabicæ.

CAPVT X.

De Regibus Aegypti, eorumque ſucceſſione, & rebus geſtis, iuxta Menethonem, Africanum, Euſebium, alioſque.

CVm iam moleſtâ Nili inundatione defatigatus è cœteris difficultatum fluctibus emergere me poſſe confiderem: Ecce noui ſcopuli, noua ſeſe vndique offerunt præcipitia, tantò periculoſiora, quantò magis ſunt ardua & confragoſa; quæ tamen niſi ſuperentur, propoſiti noſtri ſcopum integrè & perfectè, vt attingamus, tàm difficile eſt, quàm incerta ſunt, in huius campi ſcopulis, & præcipitijs ſuperandis conamina. Exhibet autem hos ſcopulos Regum Ægypti Chronographia; quam mutilam atque adeò imperfectam mancamque reperio, vt in ea facilius quos allegare, quàm quos ſequi debeam, ſciam. Tanta eſt opinionum varietas, tanta ſcriptorum diſſentientium perplexitas, tam varia, & multiplex, quæ ſuccedentibus temporibus facta eſt, propriorum Nominum corruptio; temporum adhæc, annorumque priſcis Ægyptijs vſitatorum adeò incognita diſciplina. Ad hoſcè igitur difficultatum ſcopulos ſuperandos alas mihi animumque addere potuit, inſita mihi à natura, in huiuſmodi rebus eruendis propenſio, quà exſtimulatus nullũ non moui lapidem, vt & hunc Iſthmum perfringerem, cùm verò ſine temporum ſcientia id neutiquam fieri poſſe viderem; mox ad antiquas Hebræorum, Græcorum, & Arabum Chronologias perſcrutandas animum adieci; vt comparatione horum cum Beroſi, Manethi, Herodoti, Diodori, Philonis, Ioſephi, Euſebij monumentis inſtitutâ, annorum quoque ac ſæculorum, quo quiſque vixerit, quæuè laude digna geſſerit, demonſtrato curriculo, Oedipus noſter Ægyptiacus ijs illuminatus, maiori certitudine ac rerum connexione in gryphis ac hieroglyphicis ænigmatibus eruendis ſoluendiſque procederet.

Difficultas in Chronologia Ægyptiorum maxima.

DYNASTIA
Siue Regnum Deorum.
CHAM
Primus Dynaſta Ægypti.

ANno poſt conditum orbem bis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſecundo iuxta 70. Interpretes, vel 1656. iuxta communem computûs Hebræis vſitati rationem; cùm poſt vniuerſalem illam orbis deſtructionem genus humanum, per trigeminorum Noë liberorum ſtirpem longè latèq; propagatum, ea quotidiè incrementa ſumeret, vt in 72. familias iam aſſurgens, omnes circumiacentium locorum diſtrictus oc- Diuiſio gentiũ

cuparet. Principes ac Duces familiarum, Babylonijs oris tanta hominum multitudine incapacibus, deductâ secum filiorum propagine, in alias & alias orbis partes ad nouas colonias constituendas secedere compulsi sunt.

In hac itaque prima filiorum Noë disiunctione, sicuti Semo Asia, Europa Iapheto; ita Africa, cuius veluti vestibulum Ægyptus est, Chamo in portionem obtigit. In Ægypto itaque Chamus primus mortalium, cùm eã habitationi hominum maximè consentaneam, ac rerum copiâ affluentem comperisset, fixit tentoria. Verùm enim verò hominibus, siue seculi id exigentis necessitate, siue Nili fœcunditate, ac vbertate prolificâ, in immensum breui iterum multiplicatis, numerosâque filiorum propagine vndiquaque diffusâ, cùm Ægypti seu Mesraim angusta claustra vim hominum continere non possent; Chamus, relictâ Cusio filio, Æthiopiâ, Ægypto resignatâ Mesraimo, Phuto Lybiâ, Chanaano Phœniciâ ipse adductâ secum Nepotum turbâ maxima in Persiam (quæ tunc temporis totam illam oram Ægypto ab oriente finitimam, quam modò Arabiam vocamus, comprehendebat) ac deindè in Mædiam, nouas colonias constituturus, migrauit; vbi Bactriam vrbem, à quo & tota prouincia & ipse nomen posteà meruit, condidit. Atque hic est celebris ac famosus ille Bactrianorum Rex Zoroastres nomine, Magiæ & omnis superstitionis primus Author & inuentor, primus Ægyptiorum Saturnus & Osiris, Persarum Oromasdes, Cœli filius, à quo Aegypto posteræ χημίας nomen mansit, totius Aegyptiacæ idolomaniæ radix & fundamentum; de quo sic in fragmentis Berosi legitur: *Erat illi*, inquit, *filius ex tribus primis adolescentior Cham; qui semper magicæ ac veneficæ studens, Zoroastris nomen consecutus erat; is patrem Noam odio habebat, quia alios vltimogenitos ardentiùs amabat; se verò despici videbat, potissimè verò idem infensus erat patri ob vitia. Itaque nactus opportunitatem, cùm Noa pater madidus iaceret, illius virilia comprehendens, taciteq; submurmurans carmine magico patri illusit, simul & illum sterilem perindè atque castratum effecit.* Et paulò post: *At verò Chem cùm publicè corrumperet mortale genus, asserens & re ipsâ exequens, congrediendum esse, vti ante inundationem, cum matribus, sororibus, filiabus, masculis, & brutis, & quouis alio genere. Hinc eiectus à Iano pyssimo & castimonia, atque pudicitia conspicuo, sortitus est cognomentum Chemesenua, id est, Cham infamis & impudicus, incubus, propagator. Est enim Esen apud Scythas Aramæos idem quod infamis, & impudicus. Enua verò tùm impudicus, tùm propagator. Eum inter homines huius dogmatis secuti fuerunt Ægyptij, qui sibi illum suum Saturnum inter Deos adolescentiorem fecerunt, & ciuitatem illi posuerunt, dictam Chem Myn, à qua ad hanc ætatem omnes ciues illius appellamus Chemmynitas. Verùm posteri hoc vitiosum dogma neglexerunt, retento quod fuit primi moris, vt inter fratres & sorores coniungium iniri posset.* Genebrardus quoque dicta confirmat his verbis: *Zoroastres Cham horoscopos rerum, & siderum motus illustrauit, magiam introduxit è tribus conflatam, medicina, matheſi seu astrologia diuinatoria, & religione; hanc in Theurgiam, & Goëtiam, siue Neocromantiam ex sententia Porphyrij distinxit. Bactrianos & Persas in formam regni redegit,*

apud

Cham primus Ægypti colonus.

Cham ex Ægypto colonias per Africam deduxit.

Cham Zoroastres Magiæ repertor.

Berosus l. 3. antiquit.

Scelera Chami.

Chemesenua quid?

Genebrardus.

apud hos Oſtanem & Aſtrampſychum magiæ nomine celebratos reliquit, victus fertur à Nino. Cui & Abenephius aſtipulatur his verbis, quæ hic Arabicè citanda putaui:

وكان حام بن نوح وهو الاول من الناس الذي اوري العبودية الاصنام وادخل في العالم الاسطرلاب والطسمات وسحر الناس في الارض مصر وتسمي بسمه صورابستير واوسيريس اعني فاريتعن بكل مكان وهو الاول من ملوك مصر وفرس ومدي ۞ *Abenephi.*

Et ipſe fuit Cham filius Noë, primus mortalium, qui docuit idolorum falſorum cultum Ægyptios, & introduxit in mundum falſas artes, & ſuperſtitiones, vti Magiam & inſpectionem fatorum ex aſtris. Præterea multos faſcinando & incantando decipiebat, diuinos honores ſibi per eas concilians, ob quæ & Zoroaſter et Oſiris, hoc eſt, ignis vbique vigens ſeu ſimulacrum viuum ſideris, vocatus eſt, primus in Ægypto, Perſia & Mædia regnauit. Hunc igitur primum Aegypti gubernatorem immediatè ſecutus eſt Miſraimus filius eius; mali coruí, malum ouum. Iuppiter Zoroaſtres, ſeu Oſiris Aegyptius. Hic magiæ ac illicitarum artium fundamenta à patre iacta ſummo ſtudio promouit; ſimilis in omnibus patri, cuius actionum ſe ſemper ſtudioſiſſimum æmulum profeſſus eſt. Primus enim characteres magicos, & amuletorum fabricandorum rationem inuenit, incantationibus quoque ſidera de cœlo trahebat, ob quam cauſam ab Aegyptijs diuinos honores aſſecutus eſt; atque hic eſt Oſiris, teſte Genebrardo, ille Aegyptiorum, quem ad cœlum gubernandum aſſumptum credebant, vti fusè in Obeliſ. Pamph. docuimus. Meminit huius Chronicon quoque Alexandrinum hiſcè verbis:

Cham dicitur Zoroaſtres & Oſiris.

II. Princeps Ægypti Miſraim ſeu Meſres.

Genebrard. in Chron. l. 1

Εἶτα Μεσραεὶμ ὁ Αἰγύπτιος μετέπεσεν ὅτι τὰ ἀνατολικὰ μέρη οἰκήσας· ἐντεῦθεν τὸ πᾶν τλιν γλῶσσα ἐνομία διανεμέμηται· ἐφ᾽ ἑρετὴς γὰρ ἦν ἐγένετο ἡ κακὴ διανοίας, ἀσεβολογίας, καὶ μαγίας, ὃν καὶ Ζοροαστρλω οἱ Ἕλληνες ἐκάλεσε. τοῦτον νενίκατο πέρσος εἰπων, ὅτι μὴ τὸν κατακλυσμὸν πάλιν οἱ αὐθεσποι ἀζεφεῖν ἤρξαντο. *Hic Meſraim*, inquit, *Ægyptius, poſteà orientales plagas incolens. Hic rurſum impietas orbem terrarum occupauit. Hic enim improbitatis miniſter et architectus, Aſtrologiam et Magiam inuenit, quem et Græci Zoroaſtrem nominârunt. Hic eſt, de quo Petrus Apoſtolus ſubobſcurè meminit, cùm dicit, poſt diluuium rurſum mortales in impietatem lapſos.* Hunc Opmeerus Oſirin vocat; hic enim à patre Chamo & Auo Noëmo præter plurimas ſcientias & artes vitæ ſuſtentandæ neceſſarias, quibus imbutus erat, etiam agriculturam reperit, teſte Tibullo:

Chronicon Alexand.

Miſraim agriculturę in Ægypto Author.

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitauit humum;
Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ,
Pomáq; non notis, legit ab arboribus,
Et docuit teneram palis adiungere vitem,
Ac teneram durâ cædere falce comam.

Miſraim leges condidit, vrbes exſtruxit.

Præterea primus in Ægypto leges condidit, vrbes exſtruxit, quarum prima Tanis, Pharaonum poſteà ſedes, ob inſignia miracula à Moſe in ea patrata, in ſacris literis celebratiſſima, Zoan Hebræis dicta, nouem poſt annis ab Hebræis in Phœnicia fundata eſt. Alterius verò in interiori Ægypto fundamenta iecit, quam Thebas nominauit, quæ à poſteris Regibus maximè à Buſiride exculta atque amplificata non in celeber-

Thebæ à Miſraim fundantur.

leberrimam solùm, sed & in maximam totius Ægypti vrbem, Regum primariam sedem, ac centum portis, vndè & ἑκατόντπύλῳ dicta, memorandam euasit, de qua Iuuenal :

Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.

Virgilius quoque hanc à Misraim, qui, teste Xenophonte, ab eluuione Ægyptiaca Ogyges Ægyptius non immeritò dicitur ; fundatam primò sequenti versu non obscure innuit :

Nunc iuuat Ogygys circundata mœnia Thebis.

Atque ab hac vrbe primi illi post mortem Misraimi, Ægypti dominatores Thebæi dicti sunt. Quantum verò è Chronico Alexandrino & Eusebio colligi potest, vixit hic Mesraim vsque ad tempora Nini & Semiramidis, genuitque filios, qui post mortem eius Ægyptum 190. annis tenuerunt, atque à dicta ciuitate Thebæi appellati sunt ; atque huius Scriba & Consiliarius fuit Mercurius ille Trismegistus tot Scriptorum monumentis celebratus, qui sub hoc doctrinam à primæuis patribus traditam, & à Chamo, Mesraimoque deprauatam suæ synceritati restituit, literarum & hieroglyphicorum Symbolorum, sub queîs diuiniores philosophiæ, ac theologiæ suæ sensus à profanorum lectione remoueret, institutor, post quem & Regnum adeptus est. Vide de hoc in Obelisco Pamphilio fusissimè tractatum ; verùm de Misraim, & eius nominibus diuersissimis, rebusque in Ægypto gestis, de artibus & disciplinis eius, & cur Zoroastres, cur Iuppiter, cur Ogyges, cur Osiris dictus sit ; dicetur copiosè in Syntagmate II. huius Apparatus, vbi de eo ex professo agetur, quare Lectorem curiosum eò remittimus.

Mercurius Trismegistus Scriba & Cõsiliarius Misraimi.

DYNASTIA THEBAEORVM,

Quod fuit Regnum Deorum, estque Dynastia XVI. iuxta Menethonem & Africanum.

POst mortem itaque Mesraimi Thebæorum Dynastia seu decima sexta potestas apud Ægyptios incepit ; incidit verò huius Dynastiæ principium in vigesimum secundum annum regnantis apud Assyrios Nini, teste Eusebio, & in vigesimum tertium Aegialei, Sicionijs tunc in Græcia imperantibus, durauitque 190. annos ; incidit hæc Dynastia in vltima tempora Abrahæ. Qui porrò fuerint hi Thebæi difficilè est asserere, cùm de ijs vix vlla superstint in historicorum monumentis vestigia ! Quantum tamen ex varia Authorum collatione comprehendere licuit, fuit hoc celebre illud, & famosum sæculum, quô Deos in Aegypto regnasse memorant Aegyptij. Erant enim hi filij & nepotes è tribus Noëmi filijs relicti, potissimùm Chami progenies, cùm ingentem rerum cognitionem, de Deo, de Angelis, Dæmonibus, de Mundo, eiusque constitutione,

Dynastia Synchrona Abrahæ.

Deorum regnum.

tutione, de nâturæ myſterijs, de lapidum, herbarum, atque animalium virtutibus & proprietatibus, à primis patribus continuâ traditione ad ſe deductam participaſſent; ac proindè harum cognitionum ſubſidio freti, cùm plurium rerum humano vſui neceſſariarum præſtitiſſent inuentiones, eam ſibi apud imperitam plebem exiſtimationem pepererunt, vt eos veluti diuinæ naturæ participes crederent, ac ſanctè venerarentur. Cùm verò prauis artibus à dæmone maligno per Chamum in Mundum introductis præ cœteris vacarent, ad præconceptam iam in animis hominum de operibus eorum opinionem magis magiſque amplificandam, incantationibus ſuis, magiciſque præſtigijs ea præſtabant, quæ ab hominibus nequaquam fieri poſſe viderentur. Atque hi ſunt famoſi à ſeculo viri, à quibus veluti ex equo quodam Troiano omnis in omnem terram emanauit ſuperſtitio, ac illicitarum artium profeſſio, & quicquid fabularum vnquam aut Aegyptus aut Græcia excogitauit, ab his originem traxiſſe videtur. Atque hi ſunt iſti Dij ſeu Heroës, quos, teſte Diodoro, paulò minùs decem & octo millibus annorum in Aegypto regnaſſe, Deorumque poſtremum Horum Iſidis filium regno potitum, fabulantur ſacerdotes. Sunt autem Cœlus, Saturnus, Iuppiter, Iſis, Typhon, Hercules, Mercurius, Oſiris, Horus; quibus ordine correſpondent: Noëmus, Chamus, Miſraimus, & vxor eius Rhea, Nimbrod, Ninus, alijque ex ſtirpe Chami profati, quorum nomina vetuſtate temporum ignota manſerunt.

Ex Thebæis origo omnis ſuperſtitionis.

HERMES MERCVRIVS Seu FAVNVS

Pici Iouis Filius, Ægypti

DYNASTA II.

MIſraimo in imperio ſucceſſit Mercurius ſeu Faunus Pici Iouis filius è ſtirpe Chami prognatus; vti memorat Chronicon Alexandrinum; cuius inauguratio contigit, eâ quæ ſequitur, ratione:

Mercurius Faunus dictus

Extincto, inquit Chronicon, *Pico ſeu Ioue, regnum Italiæ filius eius Faunus è Ianigenum proſapia, qui & Mercurius dicebatur annos* 35. *adminiſtrauit, vir ſagax, calliduſq́, & Mathematicus, qui primus auri metallum in Occidente reperit, eiuſq́ conflandi rationem; ſed cùm intellexiſſet, ſe magna apud fratres ſuos è Ioue patre, de varijs pellicibus, quas habuit Picus Iuppiter, prognatos, inuidiâ flagrare (eius enim occidendi conſilium cœperant. Conuaſato ingenti auri pondere Italiâ exceſſit, atque in Ægyptum ſe contulit ad ſtirpem à Chamo Noëmi filio patruo ſuo oriundam, à qua perhonorificè exceptus eſt, qui dùm ibi ageret, præ ſe contempſit omnes, aureumq́ amiculum indutus, philoſophabatur apud Ægyptios, quibus multa prædicebat euentura, natura enim erat peringenioſus. Ægyptij ergo eum adorantes Mercurium Deum proclamarunt, vt qui futura prænunciaret, illiſque à Deo oracula & reſponſa de futuris, veluti internuncius referret, auruq́ ſubminiſtraret, quem opum largitorem appellabant, aureumq́ Deum vocabant.* Mercurio itaque in Aegyptum venicnte ait Chronicon.

Ex Italia in Ægyptum migrat.

Mercurius Deus auri.

E' βα-

Ε'βασίλευσε τῆς Αιγυπτίων Τότε ἐκ τοῦ γένους τοῦ Χὰμ ὁ Μεζρεὶν· ἔστιν δὲ τοῦτο ἑρμηνευόμενον, οἱ Αιγύπτιοι Τὸν Ε'ρμῆν Βασιλέα καὶ ἐβασίλευσε τῆς Αιγυπτίων ἔτη λθ' ἐν ἀσφαλείᾳ.

Regnabat, inquit, *Mercurio in Ægyptum veniente, quidam ex Chami genere apud Ægyptios Mesrem nomine* (seu quòd idem est Misraim) *cui fatis functo Aegyptij Mercurium Regem suffecerunt, qui annos* 38. *superbè admodum regnauit*; & hunc aiunt variarum rerum inuentorem extitisse, verba in ordinē redegisse, & multa indidisse rebus nomina, fuisse literarum quoque repertorem, instituisseque, quo honore, aut quibus sacris quique Dij colerentur, astrorum quoque motus & anni partiendi rationem inuenisse; quam ob causam summo in honore apud Osiridem seu Mesraimum habitum, Isidisque seu Rheæ vxoris Misraimi consiliarium in absentia mariti fuisse, tradit Diodorus Siculus.

Plut. l. de Osiride & Isida.

Diodor. l. 1. c. 2.

VVLCANVS
Ægypti
DYNASTA III.

CHronicon Alexandrinum in Mercurij locum substituit Vulcanum, qui diuino quodam carmine seu precatione opifex ingenium & fabrile è cœlo, vt è ferro arma fabricari posset, impetrauit. Cùm enim arbor ictu fulminis in montibus conflagrasset, ea ex re, vti Diodorus memorat, Vulcanum maximè delectatum, deficienti itaque igni nouam subministrasse materiam, atque eo modo continuato igne ad eius aspectum cœteros homines conuocasse, tanquam à se reperti ignis conseruandi vsum. Ignis igitur cœlitus collato dono fretus, armorum fabricatione victus parandi rationem ostendit, virtutemque bellicam & victoriam, salutemq; comparandi; ante ipsum quippe clauis tantùm & saxis pugnabant. Ob quod inter Deos relatus immortalitatem meruit. Sed de hoc plura apud Diodorum.

Vulcanus primus conseruandi ignis author.

Diod. l. 1. c. 2.

SOL
Ægypti
DYNASTA IV.

POrrò Chronicon satis functo Vulcano interque Deos relato, Solem filium eius substituit. Vixit autem dies septem & septuaginta supra quater millenos quadringentos, qui annos conficiunt 12. tres menses, dies quatuor. Nam Aegyptij aliam tùm temporis computandi rationem ignorabant, omnium enim vnius diei orbita definiebant, duodenum verò mensium numerum tùm demùm descripserunt, cum vulgò mortales regibus vectigales haberi cœperunt. Sol autem Vulcani filius, quem alij cum

Sol filius Vulcani. *Chron. Alex.*

cum Horo quoque confundunt; Rex eximius erat, philosophus, & summus iustitiæ cultor; fœminam enim in adulterio deprehensam per totam Ægyptum duci iussit, grauiterque in illam animaduertit, vndè in Aegypto cœteri castiùs viuere didicêre, mœcho etiam morte multato. Quare magnam ab Aegyptijs inijt gratiam; de quo Homerus sub fabulæ tegumento loquitur, cum dicit, Venerem cum Marte noctu cubantem â Sole fuisse proditam; de quo multis Palæphatus.

Post Solem hunc, Chronicon recenset alios Reges, & primò quidem Sosin, (vt ego puto, Sothin aut Sochin). Post Sothin Osirin; post Osirin Horum; post Horum Thulen quendam, quem pro Rege, qui Thuois ab Eusebio, Thonis ab Herodoto vocatur, sumpsisse videtur; de quo nos inferiùs.

Sed in tanta nominum corruptione, atque æquiuocorum varietate, aliquid certi statuere prorsùs difficile est. Præsertim cùm, quæ priori loco Chronicon ponit, vltimò recenseat Diodorus. Nam postquam Deos Ægyptiorum cœlestes (quos omnem terram peragrare dicit, hominibus apparentes, nunc in sacrorum animalium formis, nunc in hominum aut aliorum specie apparentes) recensuit; alios ex his genitos, qui fuerint mortales, sapientiâ verò, & in humanum genus beneficijs immortalitate potitos recenset. Horum quosdam in Ægypto regnasse, partìmque eo fuisse nomine, quo Dij cœlestes, partìm proprio vocitatos; Solem, Saturnum, Rheam, Iouem quoque à nonnuliis Ammona vocatum; Iunonem præterea, Vulcanum, Vestam, vltimò Mercurium. Primum quidem Regem fuisse apud Ægyptios Solem, eo nomine, quo & cœleste astrum. Quidam, inquit, Sacerdotes primum Vulcanum regnasse aiunt, inuentorem ignis, eoque beneficio ab Ægyptijs Ducem constitutum. Deinceps Saturnum, qui sororem Rheam acceperit vxorem, aiunt extitisse, genuisseque Osiridem & Isidem: plures genuisse Iouem & Iunonem tradunt, qui ob virtutem vniuerso orbi imperârint.

Dij peragrant orbem specie animalium.

Quæ omnia si ordinem excipias, Aegypti Regibus, de quibus hucusque dictum est, non incongruè adaptari possunt; adeò quidem, vt Solis seu Cœli nomine Noëmum intelligas, quem Berosus appellatum dicit *Olybama & Arsa, hoc est, Cœlum & Solem, Chaos, semen Mundi, patremque maiorum & minorum Deorum, Animam Mundi mouentem Cœlos & mixta, Deum pacis, iustitiæ, sanctimoniæ, expellentem noxia, & custodientem bona*, quibus titulis Osiris quoque ornatus legitur apud Diodorum & alios: per vxorem autem Noëmi intelligas Rheam, quam dictus Berosus Tideam seu meliùs Thetyn & Aretiam matrem omnium terram vocat; cum quâ Cœlum aut Sol, id est Noë congrediens rerum generationem præstet. Vnde fabula de Osiride & Iside. Per Saturnos autem, Sem, Cham, & Iaphet intelligas. Quorum Cham ob libidinem in arietem mutatus, Hammon vocatus est, & Saturnus Aegyptius; cùmque impudentiùs Noëmi parentis pudenda, vt suprà diximus, tractasset, certè occasionem dedit, quâ Saturnum Cœli virilia falce resecuisse finxerunt antiqui. An non impetuosum, violentum & perduelle ingenium Nembrodi, atque ob cal-

Berosus l. 3. antiqu.

Fabulæ originem trahunt à primorum hominum gestis.

Comparatio fabulosorum Deorum eum primis post diluuium Patriarchis.

liditatem maximam, quâ in aucupando regno erga fratres ſuos vſus eſt, Typhonem nobis ob oculos ponit contra Oſiridem decertantem? Certè ſi huius ſæculi Heroum geſta cum hiſtorijs Aegyptiorum benè conferamus, videbimus eos ſolos Aegyptijs, & Græcis copioſam fabulandi materiam præbuiſſe; Sed de his vberiùs in Syntagmate II. tractabitur, quare modò ad alia.

DYNASTIA XVI.

Paſtorum, durat an. 103.

Varia opinio de Dynaſtia Paſtorum.

DYnaſtiam Thebæorum ſequitur Dynaſtia Paſtorum ſic dicta, vel quod eâ vigente, filij Iacob, qui Paſtores erant, teſte Sacra ſcriptura, in Ægyptum deſcendentes ibi ſedem fixerint, quemadmodum Euſebius & Genebrardus ſentiunt; vel quod Regum tùm rerum in Ægypto potientium opes in pecoribus erant poſitæ, vti vult Manethus. Qui verò hi Reges, quæ eorum nomina fuerint, difficilè eſt aſſerere, præſertim cùm Euſebius, quem nos, quantùm fieri poteſt, ſequi ſtatuimus, nullius mentionem fecerit. Alij verò etſi quorundam hâc Dynaſtiâ dominantium meminerint, ita tamen confusìm de ijs ſcripſerunt, vt quid credendum neutiquam diſpici poſſit. Pharaonici tamen imperij initium ab hac Dynaſtia fuiſſe, adeò certum eſt, vt qui ei contradicat, ſacris litteris id aperte aſſerentibus contradicere videatur.

Dynaſtia Paſtorum Pharaonici imperij initium.

Nam & Pharaonem Regem Ægypti Saram Abrahæ vxorem rapuiſſe; Pharaonem quoque Regem, Ioſephum Dominum Ægypti conſtituiſſe, notiùs eſt, quàm dici debeat. Quæ cùm ita ſint, videamus nunc, quis ex hac Dynaſtia in Ægypto primus poſt Deos regnauerit; Chronicon Alexandrinum Seſoſtrin ponit, quem & cum Mercurio Triſmegiſto confundit, perperam: quia id hiſtoriæ, & omnium Chronologorum ſententiæ repugnat, vti inferiùs videbitur, niſi Seſoſtrin corruptè pro Seſoſiri, quod Oſiridis germen ſignificat, poſitum fuiſſe aſſeramus. Alij Apidem primum Regem ſtatuerunt, eò quòd circa principium huius Dynaſtiæ in Ægypto floruerit, in numerum Deorum poſteà relatus, quem Serapin vocauerunt, de quo ſuo loco. Alij Mefrem aut Meſrem, Oſiridem alij: nos ſecuriſſimam viam tenere volentes, Menam cum Herodoto, & Diodoro ſtatuimus. Sic enim ait: *Primum poſt Deos in Ægypto regnaſſe ferunt Menam, qui populos colere Deos, ſacraq; his facere, menſas inſuper & lectos ſternere docuit, delicijs aſſuefaciens, & cultiori vitæ.* Vtrum autem Mitres, Mithras, aut Miſraim, qui, teſte Plinio, primus Obeliſcum reperiſſe dicitur, idem ſit cum Mena, primo Aegyptiorum Rege, & Pharaone, non facilè aſſeruero, præſertim cum & Menas Lunam, & Mitres Solem ſignificet, vtrumque apud Aegyptios Numen in magna veneratione, & cultu habitum; quorum alterum Oſirim, alterum Iſim vocabant. Herodotus certè & Diodorus nuſquam Mithræ Regis, quod ſciam, mentionem faciunt. Euſebius autem in Dynaſtia Politanorum, quartum ei locum aſſignat, vt

Diod. l. 1. p. 2. c. 1. Menas ſeu Mitras primus Ægyptiorum Pharao.

in tan-

in tanta rerum ac nominum obſcuritate nil nobis reliquum, niſi coniecturæ ſint. Nominum autem confuſio indè orta videtur, quòd cùm in Ægypto ſimul regnârint, nonniſi paucorum nomina memoriæ mandata à Scriptoribus ſint, ac non eadem ab omnibus omnia, ſed ab alijs alia, prout quiſque è ſacerdotibus, quibus actorum conſcribendorum cura incumbebat, hunc aut illum Regem vel amabant, vel oderant. Quare apud Diodorum legimus inter Vchoreum & Seſoſtrim 19. ætates, annos ſcilicet quingentos ſeptuaginta interceſſiſſe, cùm intereà præter Mæridem nullus, qui Aegypto imperârit, neque à Diodoro, vt dictum eſt, neque ab Herodoto nominetur. Cùm autem Euſebius horum nuſquam meminerit, aliorum verè meminerit, veriſimile eſt à Manetho, quem ipſe ſequebatur, ſilentio fuiſſe præteritos, itemque alios ab alijs, quorum fidem & ſcripta Herodotus, & Diodorus ſecuti ſunt.

Mirum ſanè eſt, vt eò, vndè diſceſſimus, redeamus; quod Herodotus Menam illum fuiſſe ſcribat, qui Memphim condidit, quam ab Vchoteo conditam fuiſſe, Diodorus teſtatur, annis ſcilicet poſt Thebas conditas IↃXXXV. Euſebius autem ab Epapho Iouis & Iûs filio Memphim conditam memorat, Græcorum commenta & fabulas ſecutus, apud quos tamen Epaphum fuiſſe Aegyptium confitentur omnes. Aiunt enim Io poſt multos errores in Aegyptum perueniſſe, ibique à Ioue priſtinæ formæ reſtitutam & compreſſam peperiſſe Epaphum, à quo deindè Memphis originem habuerit ſuam. Quin etiam Herodotus ſcribit, Apim bouem à Græcis vocari Epaphum; vt huiuſmodi nomine ſignificetur, vel homo aliquis certus, vel bellua, quæ apud Aegyptios ſit. Quando enim multas vrbes Pindarus ab Epapho in Aegypto conditas fuiſſe teſtatur, ita canit: Πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ κατωκίσθη ἄστη Ἐπάφου παλάμαις. Et quidem facilis eſt tranſitus ex Api in Epaphum, & ab Api legimus Memphim conditam eſſe, & Apim ipſum primum fuiſſe, qui in Aegypto Deus appellatus ſit, & Serapis cognominatus, vt Apis bos, Apis Deus, Apis Memphis conditor vno nomine à Græcis Epaphus appelletur. Sed ille ſiue Vchoreus ſiue Epaphus, ſiue vterque vnus & idem fuerit, à Græcis alter, alter ab Aegyptijs nominatus, eundem ſanè dicimus eſſe. Nam conſtat ex Euſebio Memphim ab eo fuiſſe conditam, anno mundi 3700. Verùm vt in tanta difficultate rerum aliquid certi tandem ſtatuatur, duo nobis probanda erunt; primum eſt, Vtrum Menas, Mithras, Miſraim, Oſiris, Vchorius, quorum Regum in hac Dynaſtia à diuerſis fit mentio, ijdem ſint, an diuerſi? alterum, Si Mempheos conditores extiterint, an non? quibus expeditis aliquid ſaltem luminis me ſuppeditaturum confido.

Herodotus in Thalia.

Ode X. τῶν νεμέων.

Apis, Epaphus Serapis quis fuerit; & vtrum vnus & idem.

Dicimus itaque ad primum, Menam & Mithram eundem omninò eſſe; Rationem damus, quia quæcunque de Mena dicuntur à Diodoro, ea omnia de Mitre ſeu Mithra dicuntur à Plinio, ſic enim ait de Obeliſcis loquens: *Trabes ex eo fecêre Reges, quodam certamine Obeliſcos vocantes Solis Numini ſacratos; radiorum eius argumentum in effigie eſt, & ita ſignificat nomine Ægyptio. Primus omnium id inſtituit Mitres, qui in vrbe Solis* (Heliopoli ſeu Thebis intellige) *primus regnabat, ſomnio iuſſus, & hoc ipſum ſcri-*

Menas & Mithras vnus & idem.

Plin. l. 36. c. 8.

Mitres primus obeliſcorum inuentor.

ptum in eo. Ex quibus verbis collige primò, fuiſſe primum Regem in Aegypto Mitrem eumque Miſraim. Secundò eum diuinâ viſione monitum, deindè monitu Hermetis Conſiliarij ſui cultum Solis, eiuſque ſacrificia inſtituiſſe, idque per erectionem Obeliſcorum radios ſolares mentientium. Quæ Menæ quoque conuenire ex Diodoro apertum eſt, ſic enim ſcribit: *Primum poſt Deos in Ægypto regnaſſe ferunt Menam, qui populos colere Deos, ſacráq; his facere, menſas inſuper & lectulos ſternere docuit*. Vterque igitur primus Rex, vterque primus cultûs Deorum, eorumque ſacrificiorum author Menas & Mithras à citatis Authoribus conſtituitur; hâc tantùm differentiâ, quòd ille ab Aegyptijs, (ob Lunæ cultum forſan) Menas, hic Mithras ob Solis, igniſque cultum à Perſis & Arabibus, ad quos ex Aegypto profectus eſt, teſte Diodoro, ſit vocitatus. His poſitis mirum non eſt, alios primum Aegypti Regem poſuiſſe Oſirin, alios Vexorem aut Vechorem; cùm Oſiris cum Mithra paſsìm confundatur, vti in Obeliſco Pamphilio fuſè probamus. Vexorem autem ſeu Vchorium eundem quoque cum Oſiride è Sabellico ſuſpicatur Genebrardus; ſic enim dicit: *Vexores Rex Ægypti in Pontum vſque victor arma ferens*; & paulò poſt; *Fortaſſis Vexores eſt Oſiris Pharaonum primus*. Dicimus igitur Mithram, Menam ſeu Mitrem eundem eſſe cum Miſraim filio Cham, cuius Conſiliarius Mercurius, Iſis vxor, & filius Horus Meſramuthiſis; quæ omnia fuſè deducta & demonſtrata vide in Obeliſco Pamphilio; niſi quis Menam cum Iſi confundere velit, quam Lunam veteres dixerunt, poterit is licitè in tanta nominum confuſione id facere; cùm & ex Diodoro conſtet, Oſirin regni curâ Iſidi commiſſâ, orbem terræ peragraſſe; Iſis itaque ſiue Luna, pro Mena facilè à poſteris, nullâ ſexûs habitâ ratione pro primo Rege Aegypti accipi potuit.

Diod. p. 2. l. 1. c. 2.

Genebrardus ann. mundi 1949.

Reſtat altera difficultas ſoluenda circa Memphis conditionem. Atq; Herodotus quidem Menam Memphis conditorem dicit, cui Ioſephus apud Genebrardum aſtipulatur. Ioſephi verba ſunt ſequentia: *Ab hoc Mene, qui primus extitit Rex, id vndè fluit amnis, effectum terreſtre, ibiq; ab eodem vrbem hanc conditam, quæ nunc Memphis dicitur*. Genebrardi verò textus ſic ſonat: *A Minæo Rege Ægypti, Memphis conditur. Hîc aucta eſt idololatria à poſteris Cham Miſraim Ægyptiæ gentis Authore, & Chus Æthiopicæ; nam ſub hoc Ægyptij omnium primi aras, ſacrificia & delubra Dijs inſtituerunt*. quæ ſuperiùs de Mena & Mitre dictis optimè conueniunt. Cùm itaque Menas Memphis conditor à citatis Authoribus dicatur, ab Euſebio verò Epaphus, dubium non exiguum oritur, quomodo iſti Authores intelligendi ſint. Hoc itaque vt ſoluatur

Herod. l. 2. Euterpe.

Genebr. ann. mundi 1949.

Sciendum eſt, circa eadem tempora, quo Menas primus in Aegypto Regni tenebat gubernacula, Inachum apud Archos prima quoq; Regni Archiuorũ fundamenta ieciſſe, erat huic filia Io nomine, quam poſtmodũ, eò quòd ſub bouina forma viſa eſſet, mutato nomine Iſidem appellârunt. Erat Inacho quoque filius Phoronæus, qui & Bos Phoronæus appellatus eſt, patris in Argiuorum Regno ſucceſſor. Cui Apis tertius Archiuorum Rex denique ſucceſſit, qui reſignato Regno Aegialæo, ipſe cum ſuis in

Inachus.

Io.

Bos Phoronæus.

Apis.

Aegy-

Ægyptum migrauit, vbi diuinos honores meruit, Serapis vocatus. Ex tribus itaque his bouina metamorphoſi infamibus Regibus, Apide, Boue Phoronæo, & Bouina Iſide, nil faciliùs fuit, præſertim Ægyptijs hominibus ad fingendum proniſſimis, quam vnum aliquem Epaphum conflare; quem quia eo ipſo tempore, quo Menas Memphim condebat, floruiſſe ſciebant, conditorem ipſius dicebant, eique in eodem loco à ſe condito poſtmodum bouem, in quem tranſmutatus credebatur, in ſepto quodam nutriebant, quem Apim dicebant. Præterea cùm ſub idem tempus, vti diximus, Menas Mithras, Oſiris & Vexores, ſeu Vechorius diuerſi in vno comprehenſi Reges regnârint. Oſiris autem, ſicut & Perſarum Mithras, quem eundem cum Mene diximus, ſub forma bouis colerentur; mirum nemini videri debet, ſi primum Ægypti Regem & conditorem Memphis promiſcuâ denominatione, nunc Menam, nunc Mithram, nunc Oſirin, Vexorem, aut Vechorium, nunc Epaphum, aut Apidem appellauerint, iuxta illud commune philoſophorum, quæ ſunt eadem vni tertio, eadem ſunt inter ſe; nam & rerum geſtarum ſimilitudine, etſi diuerſi, vnum tamen exprimebant; hinc etiam ab Authoribus hæc & ſimilia nomina paſsim confunduntur. Sed de Mithra, Miſraim, Oſiride, qui plura deſiderat, conſulat Obeliſcum Pamphilium. Nos hæc ideò fuſiùs tractanda putauimus, vt quanta in æquiuocatione nominum vis eſſet in Chronicis probè dijudicandis, dictis monſtraremus. Nunc ad alia.

Menas, Oſiris Mythras vnus & idem.

DYNASTIA POLITANORVM XVII.

Quæ durauit annis 348.

POſt Dynaſtiam decimam ſextam Paſtorum, ſequitur decima ſeptima Dynaſtia Politanorum; ſic dicta, quod à Regibus huius Dynaſtiæ, abſolutam omnibus numeris regni formam adepta ſit Aegyptus, & politiam conſumatam; vndè Manethon apud Euſebium ſeriem verorum Regum Aegypti, & propriè dictorum Pharaonum, ab hac Dynaſtia incipit, & per ſequentes Dynaſtias continuat.

Primum itaque Regem huius Dynaſtiæ Manethon apud Euſebium ponit Amaſin, Pharaonem Aegypti, (eſt autem Pharao nomen commune & appropriatum Regibus Aegypti, ſicuti Cæſar, Imperatoribus Romanis, & Sultan Turcarum; Perſarum denique Regibus Sophi.) Regnauit autem Amaſis eo ipſo tempore, quo Iacob fame ſæuiente deſcendit in Aegyptum ad filium ſuum Ioſeph; qui primus poſt Regem tunc temporis moderabatur Aegyptum. Amaſi verò, poſtquam Regno præfuiſſet 25. annis, ſucceſſit Chebron, qui poſtquam regnum adminiſtraſſet annis 13. vitâ functus ſceptrum reliquit Amenophi; atque hic eſt ille Pharao, de quo ſacræ literæ memorant, (ſurrexit autem inter ea nouus rex, qui ignorabat Ioſeph) primus Iſraëlitici populi oppreſſor, teſte Genebrardo; hoc fatis functo, regnum deuolutum eſt ad Mefrem II. aut vt alij

Amaſis.

Chebron.

Amenophis primus Iſraëlitarum oppreſſor. Exod. c. 1. v. 8.

Mefres.

alij vocant Mesrem, Mitrem, Mespheem; cum præcedente Mitre, Mene, Mesre I. eum, vti in nominum affinitate passim contingere solet, confundentes. Nos cum Diodoro & Herodoto eum dicimus esse eundem cum Myri; quem & Diodorus propylæi Memphitici, & lacus Meridis, quem ad stagnantes in campis aquas recipiendas, ipse summo cum emolumento totius Aegypti effodi curauit, authorem affirmat; Ascribunt quoque aliqui huic Regi sumptuosam illam fabricam Labyrinthi, quamuis eius Authorem Diodorus Menidem seu Marum asserat, quem consule. Fuit tamen pyramidum quarundam Author, quarum vnam sibi, alteram vxori ad æternam gestorum memoriam erexit. Mephrem seu Myrim secutus est Mispharmuthosis, seu Mephramutosis II. quintus Politanorum Rex, quamuis nos veriùs & consequentiùs Mesram hunc, & Mesramuthisin in præcedentem Dynastiam reijciamus, videlicet in finem Regni Deorum, à quo regnum deuenit ad Tuthemosin; quem Genebrardus eum putat esse, qui inter persequendum filios Israël, mari rubro haustus interierit, nos veriùs Cenchrem eum fuisse asserimus. Tuthemosis verò regno nouem annis administrato successorem constituit Amenophim huius nominis II. quem aliqui appellant Memnonem seu Menam; hic dicitur edictum contra Hebræos, de masculis, quotquot à mulieribus Hebræis in lucem funderentur, interimendis euulgasse. Huic statua, quam Memnonis Authores vocant, dedicata est, prodigioso sonitu, quem orientis Solis radijs percussa dabat, memorabilis: de qua nos alibi fusè disputamus. Porrò Amenophis seu Memnonis successor fuit Horus II. quem nos Busiridem constituimus cum Diodoro; vterque enim Thebarum perperam dicitur fundator, vterque eodem tempore vixisse traditur. Hanc autem nominum commistionem hinc ortam esse arbitror, quod Horum eodem tempore vixisse putabant, quo Horum, qui Osiridis à Typhone dispersi membra in ligneũ bouẽ reposuit, ciuitatemq; condidit, quam Busiridem posteà appellauit; cùm verò Diodorus dicat, Busiridem Solis vrbem Thebas appellatam ædificasse, & Horum, quem Amenophim quoque nonnulli vocant, eiusdem vrbis Authorem constituat, facilè ex æquiuocatione nominum hic error irrepere potuit, vt Horum pro Busiride sumerent. De magnificentia verò vrbis Thebanæ, de prodigiosis fabricis, de portarum multitudine, qui plura desiderat, consulat Diodorum, qui fusè & exactè singula deducit. Horus itaque seu Busiris, postquam 38. annos Aegyptum administrasset, sceptra tradidit Acenchri, quæ post hunc in manus peruenerunt Achoris. Vixit hoc tempore alius quidam Mercurius Trismegistus, quem quia Mosi coætaneus erat, multi cum Mose confundunt, aut cum Iethro. Sed sicut æquiuocatio nominum, sic & Mercuriorum diuersitas, magnarum passim in re literaria de hoc altercationum occasionem dedit.

Mispharmuthosis.

Tuthemosis.

Amenophis.

Exod. 1.

Memnonis statua à quo erecta.

Diod. l. 1. p. 2. c. 2.

Diod. l. 1. p. 2. c. 1.

Acenchris.

Achoris.

Cenchros mari rubro absorptus.

Iterum Achorem secutus est in regimine Cenchres Pharao; hunc Eusebius eum esse opinatur, qui sese Mosi opposuerit, & demùm cum toto exercitu vndis absorptus, postquam 16. annis regni gubernacula tenuisset, perierit. Cenchrem secutus est Acherres, & hunc Cherres. Post

Acherres, Cherres.

quos

quos coronâ potitus eſt Danaus, quem & Euſebius Armeum vocat. Huic Rameſſes eius frater, qui & Aegyptus dicebatur, per tyrannidem ſucceſſit; Danao enim coronâ priuato, ille potitus regni, Ariam (ſic enim Aegyptus ante hunc nominabatur) à ſuo nomine Aegyptum, quod ei nomen in hunc diem permanet, vt Euſebius putat, appellauit. Contigit hoc ſub idem ferè tempus, quo Phœnix & Cadmus Thebani Aegyptij migrantes in Syriam, ibidem prima ciuitatum Tyri & Sidonis fundamenta iaciebant. Claudit denique huius Dynaſtiæ Pharaonum agmen Amenophis, ſiue Memphta; Atque hic eſt, qui Regnum DEO vindice per Moſen imminutum reſtituit, Obeliſcos, ſacraſque diſciplinas dùm reſtaurare molitur, morte præoccupatus, propoſita filio ſuo Sothi reliquit exequenda.

Danaus.
Rameſſes.

Cadmus & Phœnix.

DYNASTIA XIX.

Quæ eſt Lartum.

DIcitur hæc Dynaſtia à Regibus Lartibus, quorum primus in Aegypto fuit Sothis, vel vt Euſebius vult Zethus filius Amenophis, qui quatuor Obeliſcis, teſte Plinio, erectis, ſacras diſciplinas planè reſtituit, cui conregnans aliquantiſper, poſteà ſucceſſit Rameſſes filius quatuor Obeliſcorum erector; Sothi itaque fatis functo deindè ſucceſſit Larthes ſecundus, Ranſes ſeu Rammeſſes nomine; & hunc Seſoſtris, qui ſuperiores omnes gloriâ & rerum magnitudine exceſſit. Annos 33. cùm regnaſſet, vitam, deficientibus oculis, finiuit; cuius virtute haud facilè reperiatur dignum nomen, vir magni animi, neque ſacerdotibus ſolùm, ſed & omnibus Aegyptijs admirabilis; cùm eadem animi magnitudine, quâ tam egregia facinora perpetrârat, mortem oppetiêrit; adeò autem diuturna eius gloria, ac geſtarum rerum memoria poſteros occupauit, vt cum multis poſteà ſæculis, Perſis Aegypti imperium tenentibus, Darius Xerxis pater in Memphi ſuam ante Seſoſtris ſtatuam ponere contenderet; princeps Sacerdotum publicè contradiceret, aſſerens illum nondum Seſoſtris opera æquaſſe. Quod reſponſum haudquaquam ægrè ferens Rex; ſed lætatus admodum eâ libertate loquendi; ſe curaturum, inquit, vt nihilo illius virtute, ſi tantummodò viueret, eſſet inferior. Sub Seſoſtre omnes artes & diſciplinæ, maximè hieroglyphicorum doctrina, quemadmodum varij Obeliſci ab eodem diuerſis in locis erecti teſtantur, in ſummo gradu florebant. Expeditiones eius in remotiſſimas terrarum oras, ſumptuoſiſſimas ædificiorum ſtructuras, aliaſque innumeras virtutes leges apud Diodorum, qui ea omnia fuſè deſcribit. Seſoſtri in imperio ſucceſſit Amenophis ſeu Pheron filius alio nomine Noncorius; hic aſſumpto patris nomine nulla in re paternam gloriam eſt imitatus; ſed eodem, quo pater conflictatus eſt malo, oculis enim captus, ſiue propter communem patris naturam, ſiue (vt quidam fabulantur) propter impietatem erga Nilum, cuius curſum iaculatus erat. Quomodo autem Dijs placatis viſum

Zethus.
Ranſes.
Seſoſtris.

Factum memorabile Sacerdotis Ægypti.

Pheron ſeu Noncorius filius Seſoſtris

Herod. l. 2. Diod. l. 1. p. 2. c. 1. Oros. l. 1. c. 14.

sum receperit, & quos in receptæ gratiæ testimonium erexerit Obeliscos, tradit Herodotus, Diodorus, & Orosius, & nos in Obelisco Pamphilio id fusè deduximus.

Thuoris vel Thonis, aut Thules.

Porrò Pherone mortuo Regnum occupauit Thuoris, vel vt Herodotus Thonis, aut vti apud alios legitur, Thules nomine. Hic Thuoris seu Thules cum Africa iam subiugata in Ægyptum reuerteretur, ingressus templum ingenti fastu, Oraculum scisciatus dicitur his verbis: *Dic*, inquit, *Ignipotens, veridice, beate, qui cœli cursum temperas, quis ante me sibi omnia subijcere potuit? aut quis poterit post me?* Respondit Oraculum:

Πρῶτα Θεὸς μετέπειτα Λόγος, καὶ Πνεῦμα συνὰ αὐτοῖς,
Ταῦτα δὲ σύμφυτα πάντα, καὶ ἔντομον εἰς ἓν ἰόντα
Οὖ κρατος ἀθανάτων, ὀρθοῖς ποσὶ θνητὲ βάδιζε
Ἄπλοον ἀθανάτοιο βίου.

Ipse Deus primùm, dein iuncto Flamine Verbum,
Hæc tamen existunt simul omnia & omnia in vnum.
Distinctum veniunt; cuius sine fine potestas.
Tu certò incertum vitæ pede dirige callem.

Fuit autem Thuoris seu Thules, vltimus Regum Larthûm ab Homero dictus Polybus, vixitque circa euersionem vrbis Troianæ; nam ad eum Menelaum, & Helenam post euersam vrbem diuertisse Homerus ait. Computat Eusebius à vigesimo tertio ætatis Mosis anno, ad finem huius Dynastiæ annos 375; post quam Ægyptus Regibus per annos 177. viduata per familias quasdam fuit administrata.

DYNASTIA XX.

Diapolitanorum.

l. 3. Reg. c. 11.

SVb idem tempus, quo regnum Iudæorum inter Roboam & Ieroboam fuit diuisum, cùm Aegyptus careret Regibus; ex dignioribus tantùm familijs in regni gubernationem assumpti sunt; quos inter primum locum obtinet Cetes, quem Græci Proteum appellant, quique Iliaci belli tempore in Aegypto florebat. Hunc artium peritum fuisse tradunt, & in varias sese formas vertere solitum, vt nunc animal quandoque arbor aut ignis, aut aliquid aliud videretur.

Ægyptus administratur per digniores Cetes seu Proteus.

Principio visus speciem subijsse Leonis,
Mox Aper, indè Draco fieri, fera Pardalis indè,
In Latices etiam se vertit, & arbore formam
Mutauit priscam, ramis ac frondibus altâ.

Harum autem rerum cognitionem è continuo Sacerdotum consortio assecutus est: Diodorus verò ait, insignia & ornamenta Regum Aegypti, quæ varijs rebus constabant, huius metamorphoseos fabulosæ causam dedisse. *Consuetudo*, inquit, *Regibus tradita, Græcis ansam huiusmodi transmutationes fingendi præbuit. Nam Ægyptijs mos erat Regibus, aut Leonis, aut Tauri, aut Draconis priorem partem in capite ferre insignia principatus:*

Cur Ægyptij Reges portét in capite partes animaliũ?

quan-

quandoq; verò arborem, aliquando ignem, quandoq; redolentia ſuper caput vnguenta: hæc tùm ad decorem pertinebant, tùm ad ornatum: tùm ſtuporem, & ſuperſtitionem quandam aſpicientibus injciebant. Mortuo Proteo Diodorus in eius locum ſubrogat filium, per totam vitam vectigalibus, & ad cumulandos vndiq; theſauros intentum, puſilli animi virum, atq; auarum; vt qui nec Deorum muneribus, neq; vlli beneficentiæ vacârit: ita vt non Rex, ſed diſpenſator bonus, pro virtutis gloria plùs auri argentique, quam præteriti Reges omnes (quadraginta talentorum millia ea fuiſſe tradunt) reliquerit. Poſt huius obitum ſeptem alij fuerunt moderatores, in tantum otio ac voluptati dediti, vt ſacri libri nulla eorum geſta contineant memoriâ digna; præter vnius Nilei, à quo fluuius primùm ſortitus eſt nomen, cùm antea Aegyptus vocaretur. Hic cùm multas foſſas, eaſque opportunis feciſſet locis, & Nilum vtilem admodum incolis reddidit, & nominis cauſam præbuit.

Diod. l. 1. p. 2. c. 2.
Filius Protei ſuccedit.

Nileus à quo Nilus nomen.

Hunc ſecutos, putat Diodorus, Chemnem, Cephum, & Mycerinum famoſarum pyramidum exſtructores, quamuis nos veriùs earum fundationem Dynaſtiæ Politanorum tranſcribamus, regnanti, inquam, Cherri, cuius nomen cum Chemmi confudiſſe videtur. Fuerunt enim illæ multò ante Salomonis tempora conditæ, vt alibi probamus.

Chemnes.
Cephus.
Mycerinus.

DYNASTIA XXI.

Memphitarum.

POſt Dynaſtiam vigeſimam, 178. annis ſine Regibus adminiſtratam, Dynaſtiam vigeſimam primam fauſtis auſpicijs orditus eſt primus Rex Smendez, aliàs Simandius, aut Oſymandrus, alijs etiam Smerres. Iudæis Seſac; perperam igitur ſentiunt ij, qui hoc nomine Seſac falſi, Seſoſtris imperium in hæc tempora transferunt. Porrò Simandij prodigioſum monumentum, innumerabiles propè auri & argenti copias, Bibliothecæ apparatum, aliaque huiuſmodi, qui ſcire deſiderat, conſulat Diodorum. Simendium ſecutus eſt Pſeuſenſes; hunc Nephercheres, quo fatis conceſſo, Amenophis hæres Regni factus, poſt nouem annos in locum ſibi ſubrogauit Oſochorum, & hic Spinacem; Spinacem ſecutus Perſuſennes; hoc fatis functo ſucceſſit Cherphe, qui moriturus Regni hæredem conſtituit Cephrenne, & hic Oſochorum, qui & Hercules dictus eſt. Poſt huius mortem, Sacerdotes Ægyptij contra conſuetudinem elegerunt in Regem Aſychim ſeu Aniſin.

Smendes ſeu Simandius.

Diod. l. 1. p. 2. c. 1.
Pſeuſennes.
Nephercheres.
Amenophis.
Oſochorus.
Spinaces.
Perſuſennes.
Cherphe.
Cephrenne.
Oſochorus.
Aſychis.

DYNASTIA XXII.

Saitarum.

HVius Dynaſtiæ primus Rex ab Euſebio conſtituitur Senſcoris, cuius pater fuit Siparis; ferunt eum poſt mortem ab Ægyptijs Deum

Senſcoris.

Osorthon. Tacheloris. vocatum, eumque Serapin appellatum, forsan corruptâ voce Siparis, pro Serapi sumptâ. Secutus est Sensorin Osorthon, post quem Vachelotis, qui cùm nihil adeò laude dignum gesserint, meritò ἄδοξοι καὶ ἄφημοι apud posteros permanserunt.

DYNASTIA XXIII.

Tanitica.

Petubastis. Osorthon. PRimus Rex huius Dynastię fuit Petubastes, meliùs Coptè ΠΙΒΟΥΒΑΣΤΙC ab vrbe Bubasto sic dictus; quo defuncto successit Osorthon, qui & Hercules denominatus fuit, post quem

Psammus. Psammus 20. annis administrato regno, alijs sceptrum tradidit, verùm cùm nihil laude dignum gesserint, eorum apud Historicos memoria reticetur.

DYNASTIA XXIV.

Legalis.

Bucchorus legislator. BOcchorus meliùs Βόχορις huius Dynastiæ Regem egit, vnus è Legislatoribus Ægyptiorum, de successoribus nihil apud Authores inuenio.

DYNASTIA XXV.

Æthiopum.

Sabachus seu Sebazius. INitium huius Dynastiæ fecit Sebachus, vel vt alijs Sabazius, qui Æthiops fuisse perhibetur. Hic enim deuicto Borchoro potitur Ægypto, de quo sic loquitur Diodorus: *Sabacus genere Æthiops Deorum cultu, liberalitateq; præ cæteris Regibus excellens, argumentum virtutis eius vel maximum sit integritas, vtiliq; in seruandis legibus animaduersio. Nam capite damnatos nequaquam mortis affecit pœnâ, sed opus facere vinctos compedibus per vrbes coëgit: quæ res non paruo extitit vectigali, multas enim ex eo seruitio pecunias contraxit: eorum operâ multos aggeres construxit: fossas varijs locis opportunas fecit: ita & pœnæ acerbitatem leniuit, & inutilem pœnæ asperitatem in magnum commodum vertit. Eius egregiam pietatem, & à principio vitæ suæ institutionem facilè quis ex visione somnij percipiat. Visus est ei Deus, qui Thebis colitur, in somno dicere, Regnum ipsius in Ægyptios, neque fœlix, neque diuturnum fore, nisi Sacerdotibus Ægyptiomnibus occisis, per media ipsorum cadauera cum suis transiret. Hoc somno sæpiùs oblato, omnes vndiq; Sacerdotes conuocauit, narratisq; quæ per somnium acceperat: Nolle se, inquit, in Ægypto manentem, alicui perniciem struere, sed malle se purum omniq; solutum scelere ab Ægypto discedere, fatisq; vitam reddere, quàm impiâ cæde per iniquitatem regno potiri; ita Ægyptijs regno tradito, in Æthiopiam redijt.* In locum verò Saba-

Prudenter administrat Ægyptum.

Visio Sabazij.

Vltrò se abdicat Regno.

zij

zij ſucceſſit Sebichus, ſeu vt Herodotus vult, Sethon, & hunc Tarachus Æthiops, de quo, quod dicamus, non habemus. Sebychus. Varachus.

DYNASTIA XXVI.

Duodecemuirorum.

MErres Æthiops primus regnum adminiſtrauit; quem ſecutus Stephinatis, & hunc Nechao ſeu Nichepſos: quibus vitâ functis Ægyptij duobus annis abſque Rege fuerunt, turbatis omnibus, cùm etiam ad bella peruentum eſſet. Merrès. Stephinatis. Nechao.

Duodecim igitur loco Regis è maioribus Duces præficiuntur, quibus omnis regni cura commiſsa eſt. Verùm cùm annis quindecim ſimul imperium tenuiſſent, Regnum ad vnum reductum eſt: hac de cauſa. Cùm ſtato tempore hi duodecemuiri ſacrificaſſent in templo Vulcani, & vltimo die feſto libaturi eſſent, porrexit eis Pontifex aureas phialas, quibus libare conſueuerant, aberrans numerum, duodecim videlicet viris vndecim phialas porrexit. Vbi Pſammeticus, qui poſtremus eorum ſtabat, cùm non haberet phialam, detractam ſibi æream galeam tenuit, libauitque; ferebant autem & cœteri omnes Reges, & tunc quoque geſtabant galeas. Nec tùm quidem dolo malo Pſammeticus galeam tenuit. Cœteri tamen id conſultò factum eſſe à Pſammetico exiſtimantes, & in memoriam reuocantes oraculi reſponſum, eum ſolùm Ægypti Regem futurum, qui ærea in phiala libaſſet, eum maxima potentiæ ſuæ parte exutum in paluſtria relegarunt: qui tandem Ionibus adiuuantibus, qui caſu in paludes appulerant, Ægyptum violenter recuperat: quo adminiſtrato annis quadraginta quatuor, filius eius Apries nomine, hæres regni factus eſt, ſecundum Herodotum & Diodorum; quamuis Euſebius inter Pſammeticum & Apries, duos alios adhuc Reges ponat Nechao, ſeu Necephos, & Pſammiten. Apries itaque ſeu Vaphres, qui ſecundùm auum ſuum Pſammeticum fortunatiſſimus extitit omnium ad eam ætatem Regum, 25. dominatus annos. Quod intra tempus & bellum Sidoni intulit, & cum Tyro pugnâ nauali contendit. Succeſſit Apriem Amaſis, ſeu vt Euſebius Anamaſis, idque eâ, quâ ſequitur ratione enarrat Herodotus. Cùm aduerſus Cyrenæos Apries exercitu miſſo magnam cladem accepiſſet, id ei imputantes Ægyptij rebellauerunt, opinati, ſe ab illo in apertam perniciem fuiſſe dimiſſos; vt his internecione deletis, ipſe Aegyptijs imperaret ſecuriùs. Hæc grauiter ferentes, plerique ab eo deſciuerunt, id vbi reſciuit Apries, mittit ad eos verbis ſedandos Amaſin; qui cùm perueniſſet, reprehendenſque diſſuaderet, ne talia facerent, quidam Aegyptiorum ei à tergo ſtans galeam circumdat, eaque circumdata, inquit, ſe illam ob regnum impoſuiſſe; nec hoc eo inuito factum fuit, vt oſtendit; nam ſimulatque ab ijs, qui deſciuerant Aegyptijs declaratus eſſet Rex, ſeſe apparabat, tanquam contra Apriem moturus. His cognitis Apries mittit quendam hominem nomine Patarbemin, vt Amaſin, ad

Pſammeticus potitur Ægypto. Apries. Nechao. Pſammites.

Amaſis. *Herod. l. 2.*

ſe perduceret. Verùm cum infecto negotio ad Regem Apriem redijſſet; Apries irâ percitus, Petarbemi aures, naſumque præcidi iubet; id intuentes cœteri Ægyptij, qui cum eo hactenus ſenſerant, virum inter eos probatiſſimum tam fœdè indignèque tractatum, ne tantiſper quidem differentes, ad cœteros tranſeunt, ſeſeque Amaſi tradunt. His auditis Apries armatis auxiliarijs ex Laribus & Ionibus circiter 30000. in Aegyptios tendit. Prælio itaque circa Marium pagum commiſſo, Aegyptiorum res ſuperior fuit; itaque captus Apries, ſtrangulatuſq; interijt. Amaſis ſuſcepto regno iuſtè imperauit annos 55. quo fatis functo Dynaſtia vigeſima ſeptima incepit: quâ Cambyſes Perſarum Rex Aegyptum armis capit, circa annum Olymp. 63. quâ victor in ſtadio fuit Parmenides Camerinæus.

Apries ſtrangulatus interijt.

DYNASTIA XXVII.

Perſarum.

Cambyſes Perſarum Rex.

HAc Dynaſtia tranſlatum eſt imperium Ægyptiacum ab indigetibus ad exteros; nam Cambyſes Rex Perſarum eo armis in ſuam poteteſtatem redacto, non hominibus tantùm, ſed & Dijs religionique bellum indixiſſe videbatur; Aras enim inuertit, ſtatuas comminuit, ſuperbas Pyramidum & Obeliſcorum moles, aliaſque fabricas ferro ignique conſumpſit; obtinuit Ægyptum anno quinto regni ſui, vſque ad Darium filium Xerxis, annis 150.

DYNASTIA XXVIII.

Xerxium.

Xerxes.

XErxes poſt Cambyſis ſucceſſores Regno Ægyptio potitur, quem plures huius nominis in imperio ſecuti ſunt. Floruerunt hoc tempore celeberrimi quique ſcriptores, Hieronymus Syracuſanus, Æſchylus, Pindarus, Sophocles, Euripides, Herodotus, Xeuxis, Heſter, & Aſſuerus, Eſdras, Parmenides, Plato naſcitur.

DYNASTIA XXIX.

Ægyptia.

Amathæus, Nepherites, Nectabo.

HAc Dynaſtiâ, cùm iam à Perſis Ægyptiacum imperium receſſiſſet, primus è noua familia imperauit Amarthæus; poſt quem Nepherites, & vltimus denique Achoris regnarunt.

DY-

DYNASTIA XXX.

Mendesiorum.

FVit huius Dynastiæ primus Psammutes, cuius tempore Plato floruit; Psammuti succeſſit Nepherites; post Nepheriten Nectabo, seu Nectanebus. Psammutes. Nepheriees. Nectabo.

DYNASTIA XXXI.

Euenitarum.

HVius Dynastiæ primum egit Theo, qui relicto regno fugit in Arabiam; floruit hac tempestate Aristoteles, Platonis discipulus. Theo.

DYNASTIA XXXII.

Et vltima Ægyptiorum.

NEctanebus primus huius Dynastiæ & vltimus; fuit Magus & incantator maximus. Nam per fascinationes & magicas præstigias à dœmone multa extorsit, ad futurum rerum statum spectantia. Inter cœteras diuinationes & magicas incantationes (Leucanomantiam) eas nimirum, quæ in pelui aquâ plena exhiberi solent, exercuit. Nam cùm Artaxerxes Ochus in procinctu esset ad Ægyptum occupandam, Nectanebus, cum per oracula huiusmodi magica comperisset, Ægyptiaci imperij per Ochum destructionem; ingenti auri ac pretiosorum lapidum vi & quicquid in gazophylacio regio denique eximium erat, conuasato, simulatoque habitu inscijs omnibus in Macedoniam fugit; (etsi alij eum, vt Eusebius, in Æthiopiam fugisse malint) vbi magicis exercitijs Olympiâ Philippi Macedonum coniuge fascinatâ, cùm ei persuasisset, futurum vt ex Deo Hammone filium conciperet, qui vniuerso Orbi imperaret; ipse sub forma dicti Hammonis, (cuius speciem Olympiæ per incantationes in somno iam exhibuerat) Reginæ concumbens, genera uit filium, qui postea ob rerum gestarum gloriam Alexander magnus dictus est. Narrat hæc Ioseph Ben Gorion. Verùm nos de Magia huius Regis & artibus varijs, quas ab Ægyptijs hæreditate acceperat, multa suo loco dicemus. Nectanebus Magus & incantator maximus. Pater Alexandri magni. *Ben Gorion l. 1. c. 4.*

Atque sub hoc Rege Ægyptiorum regnum destructum, à Persarum Regibus translatum, Græcorum imperio accessit; nam Nectanebô pulsô, Ochus qui & Artaxerxes, secundus Persarum Rex eô potitus est, quo fatis concesso, filium Arsen subrogauit in locum suum; post quem Darius succeſſit filius Arsis; qui postquam sex annis id administrasset; Alexander Magnus, in Babylone interfectô Dariô, sicut totum Persarum Regnum suo dominio subiecit, sic & Ægyptum vniuersam. Alexandrô verò 34. ætatis suæ annô in Babylone defuncto, imperioque in multos translato, Ochus seu Artaxerxes regnum inuadit. Alexander magnus.

diuersi

diuerſi regnarunt, Atque Ægyptus quidem Ptolomæis in ſortem obtigit, quo adminiſtrato per 300. fermè annos à Ptolomæis ad Cleopatram, ab hac demùm ad Romanos deuolutum,& à Romanis ad Mahumetanos, tandem à gloria ſua deſciuit.

Atque hæ ſunt 32. Dynaſtiæ, per quas Ægyptiorum imperium indicta tempora propagatum fuit, quarum 21. duas ex Græcis deſcripſimus, eas nimirum, quæ à decima ſexta initium ſumunt,reliquis quindecim ex Arabum monumentis depromptis.

Totum itaque illud temporum interuallum, quo ab orbe condito, & à diluuio Orbis vſque ad ſalutis noſtræ aduentum, Ægypti dominium perſtitit; in quatuor partes ſeu temporum diſcrimina partiri viſum fuit, ita quidem, vt totum illud temporis ſpacium ab orbe condito vſque ad diluuium dicamus Dynaſtias Ægypti primæuas ſecundùm mentem Arabum; à diluuio verò vſque ad Abrahami natiuitatem,dicamus Dynaſtiam Deorum, ſeu Heroum Regnum. Ab Abrahami verò natiuitate ſeu Hori poſtremi Deorum vſque ad annum, quo Ochus Rex Perſarum Ægypto potitus eſt, regnum Pharaonicum appellemus. Spacium denique hinc ad Chriſtum, regnum inſcribamus Ptolomaicum. Sic enim fiet, vt omnibus ijs, quæ confuſionem temporum, aliaſque inconuenientias adferre poſſunt, vitatis, maiori luce, & claritate procedamus. Videbis autem in hac ſequenti Pinace Chronologico ſingulos Ægypti Reges à Chamo incipiendo vſque ad Iulium Cæſarem ordine poſitos, cum annis, quibus vnuſquiſque regnauit, correſpondentibus annis à Mundo condito & diluuio elapſis; quibus etiam addidimus Viros illuſtres, qui ſub vniuſcuiuſque Regis dominio tunc in Orbe clarebant, aliaque memoriâ digna, quæ comparebunt in ſubiecta noſtra Chronographia. Multum enim proderit hæc Chronographia cùm ad opus noſtrum ex integro intelligendum, tùm ad locos difficiles, quæ paſsim circa temporum rationem occurrunt, explicandos, eâ igitur vtere, & fruere.

CHRO-

CHRONOLOGIA
Regum Aegypti,
REGNVM DEORVM
SEV HEROVM

Quod Manethon decimam ſextam Dynaſtiam Thebæorum appellat, incipit à confuſione linguarum, & durat vſque ad deſcenſum Iacob in Aegyptum.

Anni Mundi iuxtà Genebrardum	Anni diluuij iuxtà Hebræor. cõput.		Nomina Regum Ægypti.	Anni queîs quiſque regnauit.	Hebræorum viri illuſtres.	Aliorum Regnorum memorabilia.	Anni Mundi iuxtà Euſeb. & 70. Int.
Annus diluuij 1656 iuxtà Hebr.		1	Cham filius Noë, Saturnus dictus Zoroaſter	De Regininis duratione nil certi apud Authores inuenitur.	*Noë colonias molitur.*	*Prima rudimenta Regni Aſſyr.*	2242 Annus diluuij iuxtà 70. Interpr. & Euſeb.
1810	154	2	Miſraim filius Chami Iuppiter & Oſiris I. Aegypti.		*Aſur & Nembrod. Phaleg Confuſio linguarũ.*	*Chus Æthiopiam adminiſtrat.*	
		3	Mercurius, Faunus dictus, quem alij Seruch, nos Mercurium Triſmegiſtum dicimus.		*Abrahamus.*	*Ninus & Ægyaleus*	
		4	Vulcanus.		*Abraham genuit Iſaac in Gerari anno ætatis ſuæ 100.*		
		5	Sol filius Vulcani.			*Ninus &*	

Anni Mundi iuxtà Hebræorum & Genebrardi computum.	Anni diluij		Nomina Regum Aegypti	Anni quèis quisque regnauit.	Hebræorum viri illustres.	Aliorum Regnorum memorabilia.	Anni Mundi iuxtà Euseb. & 70. Interp.
		6	Sosis, Sothis vel Sochis		*Noë moritur.*	*Semiramis longè lateq; dominantur in Babylonia, seu Assyria, sicuti Ianigenæ in Italia, Sicionij in Græcia.*	
		7	Osiris & Isis		*Melchisedech summus sacerdos, qui putatur esse Semus*		
2006	350	8	Horus siue That, iuxtà nos Trismegisti filius, vltimus Deorum.				
2109	453		*Dynastia* XVII. *Past.* 103. *an dur.* Menas Mithras Osiris Vexores Apis Epaphus Confunduntur hi passim pro vno Rege vide suprà, vel secundùm nos Saturnus iunior Rhea siue Isis Mercurius cõsiliarius. Mesramuthosis filius Isid. & Osiridis Horus		*Isaac. Iacobus descendit in Ægyptum. Nascitur Ruben. Misraim. Mercurius Trismeg. A quibus prima literarum fundamenta iacta, Obelisci erecti, hieroglyphicæ disciplinæ institutio profecta fuit, & ad posteros propagata.*	*Initium Regni Archiuorum, primus eius Rex Inachus Memphis conditor.*	3460

De Regiminis duratione nil certi apud Authores inuenitur.

REGNVM PHARAONICVM

Quam Manethon vocat Dynastiam Politanorum, incipit à temporibus, quo Iacob in Aegyptum descendit, & durat vsque ad Artaxerxis seu Ochi in Aegyptum expeditionem.

Anni Mundi iuxtà Hebræorum computum.	Anni diluuij		Nomina Regum Aegypti. Dynast. 18. Politanor. dur. an. 348	Anni vitæ in Regimine	Hebræorum viri illustres, gestaque.	Aliorum Regnorum memorabilia.	Anni Mundi iuxtà Eusebium
		1	Amasis	25	*Isaac moritur.*	*Iam tum Ægyptij colebant bestias pro Numinib.*	
2289	633	2	Chebron	13	*Ioseph venundatur à fratribus.*		3470
		3	Amenophis	21	*Moyses nascitur.*	*Sparta condita est.*	
		4	Mefres seu Myris	12	*Vocatur à Deo.*	*Mundi Regna varia constituta.*	
2360	704	5	Misphar-muthosis	26	*S. Iob floret.*		3550
		6	Tuthe-mosis	9	*Incipit persecutio filiorũ Israël in Ægypto; edictum de masculis Hebræorum interimendis.*	*Reges florent Ipheus Assyriorum & Orthopolis Sicyoniorum.*	
		7	Amenophis	31			
		8	Horus	38		*Memnonis statua.*	
		9	Acenchres, seu Acencris	12	*Vixit circa hęc tempora alius Merc. Trismegist.*	*Prometh. Argos, Cecrops.*	
2466	820	10	Achoris	9	*Moses 80. annũ agens, duxit ineris ex Ægypto Hebræorum efficitur.*	*Diluuium deucalionis & incendium Phaethontis.*	
					10. *Plagæ.*		3690

Anni Mundi iuxtà Hebræorum computum.	Anni diluuij		Nomina Regum Ægypti.	Anni vitæ in Regimine.	Hebræorum viri illuſtres.	Aliorum Regnorum memorabilia.	Anni Mundi iuxtà Euſeb. & 70. Int.
		11	Cenchres	16	*Floruit Iethro, quem plures cum Triſmegiſto confundunt. Moſes in deſerto præeſt populo. Ioſue. Othoniel. Aoth.*	*Corinthus conditur. Lacædæmon conditur & Dardania. Cadmus & Phœnix condunt Sydonem & Tyrum.*	3710 3780
		12	Acherres	8			
		13	Cherres	15			
1544	888	14	Armeus ſeuDanaus	5			
		15	Rameſſes dictus Ægyptus	68			
		16	Menophis ſeu Menuphta	40			
2714	1058	1	*Dynaſt. 19. Lartũ 201* Zethus, Sothis Obeliſc. erector.	55	*Poſt Othonielem Hebræos habuerunt alienigenæ ſubiectos annis 18. qui copulãtur annis Aoth ſecundùm traditionem. Debbora, Barach, Gedeon, Abimelech, Thola. Capitur Troia. Iair, Iephet, Labdon, Heſebon, Sampſon, Quem ob fortitudinẽ multi cum Hercule cõfundunt.*	*In Dardania regnat Tros. Amphion. Dionyſius ſeu Liber pater Indos aggreditur. Orpheus. Ea quæ de Sphynge & Oedipo & Argonautis dicuntur. Herculis labores. Latinis regnat Æneas Aſcanius relicto Nouercæ regno*	3950
		2	Rameſſes filiusSothis obel. erect.	66			
2893	1237	3	Seſoſtris obel. erect.	33			
		4	Nuncorius filius obel. erector.	40			
2947	1292	5	Thuoris, Thonis ſeu Thules	7			
		1	*Dynaſt. 20. Diapol. 178* Cetes ſeu Protheus.	incerti anni			
		2	Prothei fil.				
3006	1340		Hic ſeptem alij dicuntur regnaſſe, inter quos				

Anni Mundi iuxtà Hebræorum computum.	Anni diluuij		Nomina Regum Aegypti.	Anni vitæ in Regimine	Hebræorum viri illustres, gestaque.	Aliorum Regnorum memorabilia.	Anni Mundi iuxtà Eusebium
		1	Nileus	14	*Post Sampsonem Heli sacerdos 40. annis præest populo Israëlitico. Samuel Propheta. Saul. Dauid.*	*Lauinij Abbam longam condidit & Syluium Posthumum fratrem suũ Æneæ ex Lauinia filium cum summa pietate educauit.*	
		2	Chemnęs	19			
		3	Cephus	4			
		4	Mynceri-nus	20			
3006	1350		Fuerunt post hos alij Reges, quorum nomina incognita sunt				
			Dynastia XXI. Memphitarum.		*Salomon.*		
3020	1364	1	Smendes seu Simandius	26	*Roboam Abia, Achia Samus Prophetæ; Abdias, Iehu; Ozias, Micheas.*	*Susachim seu Sesac qui idem est cum Smende contra Iudæos pugnans spoliat templum. Tyberinus Syluius, à quo Tyberis dictus in Italia regnat. In Italia regnat Aremulus Syluius. Auentinus Syluius Rex Latinorum.*	4200
		2	Pseusenses	41			
		3	Nepher-cherres	4			
3272	1586	4	Amenoph.	9			
		5	Osochor	6	*Ochozias, Ioram Elias Zacharias Heliseus.*		
		6	Spinaces	9			
		7	Persusenn.	35			
3278	1622		*Dynast. 22. Saitarum.*				
		1	Sensoris seu Cheophe	21	*Ioas Amasias*		
		2	Osorthon	15			

Anni Mundi iuxtà Hebræorum computum.	Anni diluuij		Nomina Regum Ægypti.	Anni vitæ in Regimine.	Hebræorum viri illustres.	Aliorum Regnorum memorabilia.	Anni Mundi iuxtà Euseb. & 70. Int.
		3	Tachelotis	13	*Prophetabant apud Hebræos Amos, & Ionas.*	*Procas Syluius, hic fuit Auentini superioris filius.*	4380
			Dynast. 23. Tanitarum.				
3278	1622	1	Petubastis	25		*Amulius Syluius,*	
		2	Osorthon	9	*Zacharias.*		
		3	Psammus	10	*Hic Olympiadum initium.*	*Remus & Romulus.*	
			Dynast. 24. Legislatorum.				
3300	1644	1	Bocchorus	43		*Roma conditur.*	4420
			Dynast. 25. Æthiopum.		*Achaz.*		
		1	Sabachon seu Sabazius	12	*Ezechias.*	*Romulus Rex, Templa & muros extruit Romæ.*	4460
		2	Sebychus	12	*Osee.* *Isaias.*		
3380	1724	3	Tarachus	20	*Manasses impius Isaiã interfecit, statuamq; suam posuit quinque facies habentẽ.*	*Mydas regnat in Phrygia.* *Syracusæ conduntur.* *Numa Pompilius.*	
			Dynast. 25. Duodecemvirorum.				
		1	Merres Æthiops	12			
		2	Stephinatis	7	*Hammon.*	*Tullus Hostilius.*	4510
		3	Nechao seu Necepsos	6	*Iosias Rex Iudæorum cum Nechaone Ægyptiorum Rege congressus occiditur.*	*Ancus Martius.*	
			Hic duodecemviri regnant.	15		*Tarquinius priscus Capitolium extruit.*	
3435	1779	4	Psammeticus	44			

Anni Mundi Hebræorum.	Anni diluuij		Nomina Regum Ægypti.	Anni vitæ in regimine	Viri illustres Hebræorum.	Aliorum Regnorum memorabilia.	Anni Mundi iuxtà Eusebiũ.
		5	Nechao	6	*Nabuchodonosor Iudæam capit, spoliat templum, in patriam redit manubijs onustus. Daniel, Ananias, Azarias, & Misael.*	*Circus Romæ ædificatur à Tarquin. Prisco. Seruius Tullius Rex Stesichores, Sapho, & Alcæus. Massilia conditur. Solon, Thales, Æsopus, Crœsus, Anaximenes, Eclipsin Solis primus Thales prædicit. Cyrus interficitur à Thomyri. Pythagoras. Tarquinius superbus regno exuitur ob corruptã à filio Lucretiam. Herodotus Pindarus. Hieron. Sophocles, Xeuxis, Heraclitus, Zeno Pherecydes. Romæ Consules creati. Hippocrates, Gorgias*	
		6	Psammites	12			
		7	Apries seu Vapres	30			
3568	189	8	Anamasis seu Amasis	43			
			Dynast. 27. Persarum		*Olymp. 47. Daniel & Ezechiel. Iesus filius Iosedech & Zorobabel. Zacharias, Aggæus, & Malachias. Captiuitas Babylonica sub Cyro incipit, durat vsque ad annum secundum Darij. Esdras. Socrates nascitur. Hester & Assuerus.*		
		1	Cambyses & successores	36			
		2	Darius Persa	48			
		3	Artabanus Persarum Rex	18			
			Dynast. 28. Xerxium.				
3695	2039	1	Xerxes V.	20			4610
		2	Artaxerxes Longimanus VII.	40			4670
		3	Xerxes VIII. Sogdianus IX.	2 menses 8			4720
3749	2073	4	Darius, Nothus X.	19	*Macchabæorum Regnum.*		

Anni Mundi iuxtà Hebr. comp.	Anni diluuij		Nomina Regum Aegypti	Anni vitæ in regimine.	Hebræorum viri illuſtres.	Aliorum Regnorum memorabilia.	Anni Mundi iuxtâ Euſeb.
			Dynaſt. 29. Ægyptia.		*Neemias muros Hieruſalem reſtaurat*	*Initium belli Peloponeſiaci.*	
		1	Amarthęus Saites	6		*Eudoxus Gnidius claret.*	4790
		2	Nepherites	6			
		3	Achoris	12	*Heſter, Mardochęus*	*Ægyptus receſſit à Perſis*	
			Dynaſt. 30. Mindeſiorũ.		*Diogenes Cynicus*	*Dionyſius tyrannus.*	
		1	Pſammutes	1	*Speuſippus*	*Cartaginenſium bellum.*	
		2	Nepherites	menſ. 4	*Tribuni militares pro conſulibus eſſe cœperũt.*	*Plato philoſophus.* *Euagoras.*	
		3	Nectanebus	18	*Artaxerxes XII. qui & Ochus.*	*Iſocrates Rhetor.* *Dionyſius Rex Siciliæ moritur.*	4840
			Dynaſt. 31. Euenitarũ.			*Philippus Macedonum Rex.*	
		1	Theo	2		*Ariſtoteles.*	
3350	1694	1	*Dynaſt. 32.* Nectanebus vltimus Rex Ægypti.	18	*Naſcitur Alexander Magnus.*	*Demoſthen.*	

Atque hìc Ægyptiorum Regnum deſtructum eſt. Ab Ægyptijs enim poſtmodum ad Ochum, ab hoc ad Darium, quô interfectô ad Alexandrum Magnum, hoc verò defunctô ad Ptolomæos deuolutum eſt; quorum primus eſt

Anni Mundi iuxtà Hebr. comp.	Anni à diluuio.		Nomina Regum Aegypti	Anni vitæ in regimine.	Hebræorum viri illuſtres.	Aliorum Regnorum memorabilia.	Anni Mundi iuxtà Euſeb.
3730	2074	1	Ptolomęus Lagi filius	40		*Ædificatur Antiochia.*	4880
3768	2112	2	Ptolomęus Philadelphus	38	*Septuaginta Interpretes vocauit.*		4920
3808	2152	3	Ptolomęus Euergetes	26	*Bibliothecã Alexandriæ inſtruxit.*	*Initium belli punici I.*	4980
3833	2177	4	Ptolomęus Ceraunus Philopator	17	*Macchabæi hoc tempore illuſtres.*		
3850	2194	5	Ptolomęus Epiphanes		*Iudas Macchabæus.*	*Initium belli punici II.*	5020
3873	2217	6	Ptolomęus Philometor	24	*Alcimus.*	*Portenta Hieroſolymis viſa*	
3909	2253	7	Ptolomęus Euergetes	29	*Ionathas.* *Bacchides.*		
3937	2281	8	Ptolomęus phyſcon Soter	17	*Herodes Aſcalanita cui huius nominis alij ſuccedunt.*	*Carthago euertitur.*	
3953	2297	9	Ptolomęus Alexander à matre Cleopatra eiectus	8		*Iugurthinũ bellum*	5100
3971	2315	10	Ptolomęus Auletes	30		*Res geſtæ à Cleopatra, M. Antanio Pompeio.*	
			Cleopatra	24			
4006	2350		Et poſt hos ad Romanos tranſlatũ; cuius primus fuit Iulius Cęſ.		*Naſcitur Beatiſſima Dei Genitrix.*		5150

ABACVS

Chronologicus sex ætatum seu temporum, quæ sunt ab Orbe condito ad Christi Aduentum, correspondentium præcipuis Aegyptiorum Dynastijs.

Ex hac parte Abacum ingredere pro numeris iuxtà computum Hebræorum.

A	Ad condit. Orb.	Ad diluuium & Dynast. Ægypt. XVI.	Ad ortum Abrahæ & Dynast. Pastorum.	Ad exitum de Ægypto & Dynast. Politan.	Ad quartum annum Salomonis, & Dynast. XXI.	Ad captiuitatem Babylon. & Dyn. XXVII.	Ad Christum.	B	Numeri annorum Mundi iuxtà Hebræorum computum ponuntur intra triangulum ABC.
Ab orbe cõdito vsque	0	1656	1895	2615	3095	3514	4067		
A diluuio & Dyn. XVI.	0	0	239	959	1439	1848	2401		
Ab ortu Abraham & Dyn. Pastorum.		580	0	720	1200	1619	2172		A captiuitate Babylonis
Ab exitu de Aegypto		1039	459	0	480	899	1452		A quarto anno Salomonis
A quarto anno Salomonis		1580	962	503	0	419	972		Ab exitu de Ægypto
A captiuitate Babylonis		2015	1435	976	473	0	553		Ab ortu Abraham & Dyn. 17
		2957	2377	2242	1415	942	0	0	A diluuio & Dynast. 16.
	D	5199	4619	4160	3657	3184	2242	0 C	Ab Adam & condito mũdo

Numeri Annorum iuxtà computum Eusebij ponuntur intra triangulum ADC.

Ad Christum.	Ad Adamum.	Ad ortum Abrahæ & Dynast. XVII. Pastorum.	Ad exitum Israelit. de Ægypto & Dynast. 18. Polit.	Ad quartum annum Salomonis & Dyn. XXI.	Ad captiuitatem Babyl. & Dynast. ZXVIII.	Ad diluuium & Dynast. XVI. Thebæorum.	Ab hac parte ingredieris Abacum pro numeris annorum iuxtà Eusebiũ.

SYNTAGMA II.

De Politica Aegyptiorum, Imperijque eorundem tùm propagandi, tùm conſeruandi modo, & ratione.

INTER cœteras Mundi nationes & populos nulla vnquam gens inuenta fuit, quæ maiori curâ & vigilantiâ, quàm Ægyptia in rectè beatèque inſtituendæ Reipublicæ ratione incubuerit. Hi enim, vti veras gubernandi rationes adinuenerant, ita abſolutiſſimũ quoq; veluti exemplar, & idea totius politiæ, omnium Scriptorum teſtimonio, Regibus, & Principibus vniuerſæ terræ ad imitandum propoſita, nullo non tempore fuerunt. Nam cùm omne imperium, & dominatum in Deo Opt. Max. & ſupremi Numinis prouidentiâ fundatum cognoſcerent; hoc vnicum præ cœteris ſummopere curaſſe viſi ſunt, vt totam Monarchiam ad normam ſupremi Numinis, & Deorum, vt aiunt, immortalium amuſſim dirigerent; ſat benè ſecum geri opinantes, ſi per religioſum cultum, honorem, & reuerentiam Dijs exhibitam, eos ſibi conciliarent, apud quos rerum omnium eſſet conſtitutum arbitrium. His enim vel per omiſſionem patriorum rituum, vel per diſſolutorum morum impunem licentiam ad indignationem concitatis, nihil aliud ſibi ſupereſſe rebantur, niſi populorum diſſidia, rebellionum periculoſas machinationes, ac tandem vltimum regnorum, imperiorumque ruinam & exterminium. Ad quæ quidem præcauenda, ſapienti ſanè conſilio homines non perturbationibus animi deditos, non idiotas, & rerum inexpertes, vitiorumque contagioni ſubiectos, ſed ſacerdotes & philoſophos ſapientiâ conſpicuos, longo rerum vſu & experientiâ doctos in patrijs ritibus, diuiniſque cœrimonijs probè exercitatos, quorum prudentiâ, & conſiliô omnia in Regno ritè adminiſtrando gererentur, conſtituere ſoliti erant, quos & in virtutis, & ſapientiæ palæſtrâ comprobatos tandem in demortui Regis ſucceſſores deſignabant, minimè eos regno aptos arbitrantes, qui ſibi priùs non imperaſſent, aut perturbationes, pernitioſoſque animi affectûs moderari non noſſent. Atque hâc curâ, & aſſiduâ vigilantiâ factum eſt, vt regnum populari frequentiâ, vrbium magnitudine, ſubditorum ſapientiâ, omni denique rerum humano generi neceſſariarum affluentiâ nulli ſecundum, iam indè à turris fabrica, vſq; ad Cambyſis in Ægyptum irruptionem, annis 1582. quod nulli alteri Monarchiæ contigiſſe conſtat, in ſumma ſemper concordia, pace, & tranquillitate conſtiterit.

Politica Ægyptiorum fundata in cultu Dei.

Ratio.

Recenſitis itaque vetuſtorum temporum vſque ad Amaſin Ægypti rebus, nunc ordinis ratio poſtulare videtur, vt & de moribus, inſtitutis, ac vita politica pari paſſu nonnihil quoque diſſeramus. Multa enim veterum Ægyptiorum acta non ſolùm ab indigenis æſtimabantur magni, ſed & apud Græcos non parùm admirationis habebant. Quamuis etiam ſci-

rent Ægyptij adytum externis difficilem ; eò tamen veluti ad omnium artium ac diſciplinarum Emporium, ad vitæ, morumque integritatem addiſcendam diſcedere plurimi ex præſtantiſſimis philoſophis non intermiſerunt. Quô verò modô, quâ induſtriâ,& arte, tanto tempore regnum ab omni exterorum inuaſione immune conſeruarint, hoc Syntagmate exponetur ; quod vt quàm optimè fiat, à primo legum conditu aſſumptum thema ordiemur.

CAPVT I.

De prima Politices, ſeu Monarchiæ Aegyptiacæ inſtitutione.

ANno circiter trecenteſimo ferè poſt diluuium, ex ſtirpe Cananæorum prodijt vir quidam omnibus naturæ dotibus ornatiſſimus, quemque natura ad artium, ſcientiarumque arcana exploranda finxiſſe; Deus verò ad humanum genus eius ope erudiendum Mundo rudi adhuc & impolito dediſſe videbatur ; quem Arabes *Idris*, hoc eſt, *Diſputatorem*, nominant ; Phœnices *Tautum*, Ægyptij *Thouth*, Græci *Mercurium Triſmegiſtum* dicunt. Erat enim ingenij acerrimi, ſubtilitatis admirandæ & naturæ ſcrutator indefeſſus, qui perpetuâ tùm Noëmi, tùm filiorum, nepotumque conuerſatione de primæui Mundi ſtatu, moribus, ac diſciplinis certior factus, hoc vnicum ſategit, vt traditas à primæuis Mundi Patriarchis diſciplinas excoleret, excultas ad poſteros conſignaret : quod vt exactiùs conſequeretur, cum Ianigenis in Italia aliquantiſper commoratus, omnem tùm politicam viuendi rationem, tùm artium, cœterarumque diſciplinarum inſtituta exactè didicit ; deindè ad Miſraimum, qui tum temporis rerum in Aegypto potiebatur, adijt ; qui cùm & ipſe rerum nouarum ſtudioſiſſimus ſectator eſſet, animumque ad magna & ardua intentum perpetuò haberet ; oportunè ſanè accedebat, vt eius ope fulciretur, qui & magnitudine animi ipſi haud impar, ſcientiâ verò & intellectûs perſpicacitate multis quoque ſuperaret paraſangis ; atq; adeò meritò felix ille princeps exiſtimari debeat, qui dùm magna, ardua, & vltra communem hominum vigorem prægrandia animo molimina concepit, talis ei adiungatur, cui à natura datum ſit, magnos illos & prægrandes conceptûs & velle & poſſe in executionem medijs conuenientibus deducere. Huic igitur Meſraimo Regi ſociabatur Idris Scriba, & eiuſdem ſupremus Conſiliarius ; poſteà regni quoque, Meſramuthiſi filio poſt mortem patris Meſræ adhuc minorenni, particeps, ſummus totius Aegyptiacæ Monarchiæ Rex vicarius, teſte Chron. Alex. conſtitutus eſt.

Mercurij Triſmegiſti dotes. Ingenium.

Einſdem itinera.

Vtitur ope Miſraimi Regis Ægypti.

Cùm itaque regnum nullis adhuc firmis ſtabilitum legibus, nec politicâ diſciplinâ inſtructum videret ; ſeriò ſecum expendit, quomodò exactam viuendi formam regno libero adhuc & diſſoluto inducere poſſet ; ſed *hìc Rhodus, hìc ſaltus* ; quis enim effræni populo, & dominandi libidine veluti æſtrô quodam percitô, dùm vnuſquiſque, quô voluntas & indomitus appetitus eum rapiebat, per fas & nefas pro libitu exequeretur,

tur, præſcriberet ? Magnum itaque negotium ſibi aſſumpſiſſe videbatur, & vti erat peringenioſus, ita maturè omnia præponderans, dùm imperium qualecunque id tandem, ſine religione conſiſtere minimè poſſe cognoſceret; ſacram quandam, atque oppidò myſterioſam doctrinam, quam & hieroglyphicam poſteri dixerunt, eò quòd ſaxis duriſſimis, contra omnes temporum iniurias, ceu perpetuò duraturam, ſummô ingeniô & ſtudiô elaboratam auſpicatus eſt; quâ legem diuiuam humanis ita arctè vinxit, vt qui has corrumperet, illam meritò corrupiſſe cenſeretur, Metum enim Deorum plurimùm ad ſubditos in officio continendos, valere nôrat. Cur leges in ſaxis inſculpterit ?

Hinc ſubditi nouo illo ſapientiæ inuento inſtimulati, Mercurio vltrò manus dedêre, ac veluti diuinum Numen cœlitus in terram lapſum venerati, doctrinam politicam ijs exhibitam, ambabus, vt dici ſolet, manibus amplexati, eo rigore ſeruandam duxerunt, quantô poſteà totam Ægypti poſteritatem ſeruaſſe, Scriptores luculentiſſimis teſtimonijs comprobarunt. Veruntamen, quia humanæ voluntatis in legibus ſeruandis caducitatem probè nouerat, & vt ſuarum conditarum legum perpetuos ſucceſſores haberet, ſacerdotum hominum ſagaciſſimorum, ingeniô, ſapientiâ & peritiâ rerum præcellentium, quibus ſolis ad regni ſucceſſionem aditus foret, inſtituit Collegium; quibus artium, legumque à ſe conditarum normam tradidit, eoſque iuramento adegit, ne præter ordinis ſui homines, eandem vlli alteri communicarent; prætereà ſacrificiorum, rituumque in Numinibus quà colendis, quà placandis præſcriptas leges, ijſdem veluti optimam hæreditatem reliquit; & quia ſoli ſacerdotes tantæ moli inſufficientes putabantur, ijs varios veluti coadiutorum regni ordines ſubſtituit: primi ordinis erant Cantores, qui dubia ex legum Mercurij digeſtis circa Deorum hymnos, & laudes exorta ſoluerent, rationes vitæ regiæ ad ſupremarum mentium ideas diſpoſitas edocerent. Secundi ordinis erant Horoſcopi, quorum ſymbolum erant horologium & palma, quos quatuor Mercurij de Aſtrologia libros alto pectore imbibiſſe oportebat; eorumque officium etat, temporum exactam diſtributionem in Deorum cultu peragendam obſeruare, legum traditarum certis anni temporibus, dierumque ſolennijs populo prælegere; feſtorum ſtatiuas ſolennitates iuxtà Solis, & Lunæ, ſiderumque curſum diſpoſitas perpetuô & conſtanti tenore conſeruare, magni enim cum primis in regno ritè adminiſtrando momenti exactam temporum partitionem didicerat. Tertij ordinis erant Hierogrammatiſtæ, id eſt, Scribæ ſacrorum, qui ſtatutis comitijs aderant pennis in capite conſpicui; manibus & librum, & regulam, in qua & atramentum ad ſcribendum, & iuncus, quo in exarando vtuntur, tenebant, quos quidem hieroglyphicorum notitia apprimè inſtructos, ſcientiam quæ eſt de mundi diſpoſitione, terrarumque ſitu, ordinem quoque Solis & Lunæ, vti & cœterarum quinque planetarum, Ægypti adhæc Chorographiam, Nili deſcriptionem, verbo omnia, quæ quouis modo ad ſacrorum ritus & cerimonias, vti ſunt, inſtrumenta, ornamenta, locorum ſingulis Genijs dedicatorum notitiam, Collegio ſacerdotum communicat normam legum. Adiutores ſacerdotum Cantores, ipſorum munus, & ſymbolum. Symbolum & munus Horoſcoporũ Symbolum & munus Hierogrammatiſtarum.

menſuraſque, iuxtà ſacrarum ſculpturarum præſcriptum requiri videbantur, exactè callere oportebat. Quarti ordinis erant Stoliſtæ, qui iuſtitiæ cubitu & calice ad libandum inſtructi, conſuetis comitijs & conciliabulis aderant, quorum officium erat, ea omnia, quæ ad ſacras diſciplinas, & inſtituta pertinebant, ad ea inuiolabili rigore ſeruãda, & illibato vigore cuſtodienda ſollicitare, & ſi quæ à primo rigore defeciſſent, ſummô ſtudiô, curâ, & ſollicitudine inſtaurare; prætereà ſacrificia oportuno tempore peragere, ſacra μοσχοφαγιστικὰ, id eſt, quæ Apides, ſeu Vitulos ſacros, quà conſignandos, quà mactandos concernebant, diſponere. Quinti ordinis erant Prophetæ, quorum ſymbolum hydria erat in manu geſtata; atque horum officium erat, de rerum in comitijs agitatarum euentibus iudicare, ſiniſtros euentûs à proſperis per auguria, cœteraſque diuinationis ſpecies diſcernere. Cœterùm vectigalium quoque diſtributioni præerant.

Symbolum & munus Stoliſtarum.

Symbolum & munus Prophetarum

Atque hi ſunt ordines ſacerdotalis dignitatis, quorum authoritate, conſilio, & prudentiâ totius Monarchiæ Ægyptiacæ moles, veluti fundamento inſiſtebat. Erat autem tota politicæ doctrinæ, & philoſophiæ Ægyptiacæ ratio 42. libris à Mercurio comprehenſa, quorũ 36. dictorum quinque ordinum viri, potiſſimùm 10. quibus vniuerſa ſacerdotalis doctrinæ ratio, vti & hieroglyphicorum arcana ſcientia continebatur, mente tenere obligabantur; vt obortis in Regno difficultatibus, diſſidijſque, quomodo ſecundùm traditas leges maturè ijs occurrendum, promptâ mente diſpicerent. Sex verò reliquos ij tenere debebant, qui παστοφόροι, Medici, ſiue Palliati dicebantur; continebant autem omnem medicandorum corporum rationem, per vniuerſam Ægyptum obſeruandam, videlicet, de corporum conſtitutione, complexione, membrorumque ſingulorum anatomia, de morborum varietate & affectionibus, de inſtrumentis Chirurgicis, de medicamentorum vſu, qualitate, & præparatione; de quibus fusè in Medicina noſtra hieroglyphica. Quæ cùm omnia fuſis authoritatibus in Obeliſco Pamphilio comprobata reperiantur, ſuperuacaneum eſſe ratus ſum, eas hoc loco repetere; ſolùm adducam horum omnium teſtem Clementem Alexandrinum, qui l. 6. Strom. in hæc verba omnem rationem in legum præceptis, & cœrimonijs obſeruandam pertexit; quæ omnia, ex duodecim libris Philiſtij Siracuſani religionem Ægyptiorum continentibus, ipſo teſte, excerpſit:

Politica Mercurij 42. libris comprehenſa.

Clemens Alexandrinus ex Philiſtio Siracuſano.

Μετίασι γὰρ οἰκίαν τίνα φιλοσοφίαν Αιγύπτιοι. ἀυτίκα τὸ τὸ ἐμφαίνειν, μάλιστα ἡ ἱερογραμματικὴ ἀυτῶν θρησκεία. πρῶτον μὲν γὰρ περιέχει ὁ ὠιδὸς, ἐν τῇ τῆς τ Μουσικῆς ὑπογεγραμμένων συμβόλων. τὸν τοίνυν φασὶ δύο βίβλους ἀκριβῶς εἶναι ἐκ τῆς Ἑρμοῦ. ὧν θάτερον μὲν ὕμνους περιέχει Θεῶν. ἐκτὸς λογισμὸν δὲ βασιλικὸν βιοῦ. Τὸ δ' ἕτερον μὲν δὲ τὸν ὠιδὸν ὁ ὠροσκόπος, ὡρολόγιον δὲ ἔχει χεῖρα καὶ φοίνικα ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα, πρόσφορον. τὸν τοίνυν ἀστρολογούμενα τῆς Ἑρμοῦ βιβλίων, τέσσαρα ὄντα τὸν ἀριθμὸν, ἀεὶ δυσὶ σώματος ἔχει χρείαν. ὧν τὸ μὲν ὅτι περὶ τὸν διακόσμου τῆς ἀπλανῶν φαινομένων ἄστρων τὸ δὲ περὶ τῆς συνόδων καὶ φωτισμοῦ ἡλίου καὶ σελήνης. τὸ δὲ λυπὸν, περὶ τῆς ἀνατολῶν. ἑξῆς δὲ ἡ ἱερογραμματικὴ περιέχει, ἔχων πρόχειρον τὸν κανόνα, βιβλίον τὸ ἐν χερσὶ, καὶ καύσιμα, ἐν ᾧ τό τε γραφικὸν μέλαν, καὶ σπογγοφόρον ἡ γραφίδες. τὸν τοίνυν τε ἱερογλυφικὰ καλούμενα, περὶ τε τὴν κοσμογραφίας, καὶ χωρογραφίας, τὴν τάξεως τοῦ ἡλίου, καὶ τὴν σελήνης, καὶ περὶ τῆς ἐπταπλανομένων. χωρογραφίας τε τὴν Αιγύπτου, καὶ τοῦ Νείλου διαγραφῆς, περὶ τε τὴν καταγραφῆς σκευῶν τῆς ἱερῶν, καὶ τῆς ἀφιερωμένων αὐτοῖς χωρίων. περὶ δὲ μέτρων, καὶ τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίμων, εἰδέναι χρὴ. ἔπειτα ὁ τολιστὴς τοῖς προφητεύουσι ἕπεται, ἔχων τὸν τε τὴν δικαιοσύνης ὦμον ἔχων, καὶ τὸ σπονδεῖον.

ἐδίδ τὰ παιδευτικὰ παίζα, καὶ μοσχοφραγιστικὰ καλέμενα· δεκὰ δὲ ὄξι τὰ εἰς τὸν τιμεῖον ἀνήκοντα τῇ παρ' αὐτοῖς Θεῶν, καὶ τὸν Αιγυπτίαν δ'σεφίαν φερέχοντα. οἷον φερὶ θυμάτων, ἀπαρχῶν, ὕμνων, δ'χῶν, πομπῶν, ἑορτῇ, καὶ τῇ τέτοις ὁμοίων. ὅπι πᾶσι δὲ ὁ Προφήτης ἔξεσι, προφανὲς τὸν ὑδρεῖον ἐνεχολπιζμένῳ. ὧ ἔπεται οἱ τὸν ἔκπεμψιν τῇ ἄρτων βασάζοντες. ἔδ', ὡς αὖ προστάτης τᾶ ἱερᾶ, τὰ ἱερατικὰ καλέμενα, ἢ βιβλία ἐκμανθάνῃ. φερέχῃ δὲ φερὶ τῇ νόμων, καὶ Θεῶν, καὶ δ ὕλης παιδείας τῇ ἱερέων· ὁ γὰ τοῖς Προφήτης ἔδεκὰ τοῖς Αιγυπτίοις, ἢ δ ἀστρονομῆς τῇ προζόδων ὑπιστάτης ὄξι· δύο μὲν ἢ τεσσαράκοντα αἱ πάντ' ἀναγκαῖας τῷ Ἑρμῇ γεγόνασι βίβλοι. ὧν τὰς μὲν λ'ς τὸν πάλ' Αιγυπτίων φερεχέζας φιλοζοφίαν, οἱ προφερόμενοι ἐκμανθάνεσι. τὰς δὲ λοιπὰς ἑξ οἱ πασοφόροι, ἰατρικὰς ἔζας, φερὶ δὲ τᾶ σώματ@ καζασκδῆς, καὶ φερὶ νόζων, καὶ φερὶ ὀργάνων, ἢ φαρμάκων.

Suam enim quandam & peculiarem exercent Ægyptij philoſophiam. Hoc autem maximè oſtendunt ſacræ eorum cœrimoniæ. Primus enim procedit Cantor, vnum aliquod efferens ex ſymbolis Muſicæ. Eum dicunt oportere accipere duos libros ex libris Mercurij, ex quibus vnus quidem continet hymnos Deorum, alter verò rationes vitæ regiæ. Poſt Cantorem verò procedit Horoſcopus, qui in manu habet horologium, & palmam, ſymbola Aſtrologiæ & ſigna. Eum libros Mercurij, qui tractant de Aſtrologia, qui quidem ſunt quatuor numero, oportet ſemper habere in ore. Ex quibus vnus quidem eſt de ordine inerrantium, quæ videntur, aſtrorum; alius verò de coitu, & illuminatione Solis & Lunæ, reliqui de eorum ortu. Deinceps autem ἱερογραμματεὺς, id eſt, Scriba ſacrorum, pennas habens in capite, & librum in manibus & regulam, in qua eſt & atramentum ad ſcribendum, & iuncus, quo ſcribunt, progreditur. Hunc oportet ſcire, & ea, quæ vocantur hieroglyphica, & Mundi deſcriptionem, & geographiam, & ordinem Solis & Lunæ, & quinque errantium planetarum, Ægyptiq; chorographiam, & Nili deſcriptionem, & deſcriptionem inſtrumentorum, ornamentorumq; ſacrorum, & locorum eis conſecratorum, menſuraſq;, & ea, quæ ſunt in ſacris vtilia. Deindè poſt eos, qui priùs dicti ſunt, ſequitur, qui dicitur κοσμιστὴς, id eſt, Ornator, qui iuſtitiæ cubitum, & ad libandum habet calicem. Is ſcit omnia, quæ dicuntur παιδευτικὰ, id eſt, ad diſciplinam & inſtitutionem pertinentia; & μοσχοφραγιστικὰ, hoc eſt, quæ ad ritum mactandorum ſpectant vitulorum. Sunt autem decem quæ pertinent ad honorem eorum, qui ſunt apud eos, Deorum, & Ægyptiam continent religionem, nempè ſacrificia, primitiæ, hymni, preces, pompæ, dies feſti, & quæ ſunt his ſimilia. Poſt omnes exit Propheta, qui apertè in ſinu geſtat hydriam, quem ſequuntur, qui emiſſos panes portant; is, vt qui ſit ſacrorum præfectus, ediſcit libros decem, qui vocantur ſacerdotales, continent autem de legibus, & Dijs, & vniuerſâ ſacerdotum diſciplinâ. Propheta enim apud Ægyptios præeſt etiam diſtributioni vectigalium. Sunt ergo quadraginta duo libri Mercurij valdè neceſſarij, ex quibus triginta quidem & ſex, qui continent omnem Ægyptiorum philoſophiam, ediſcunt ij, qui ante dicti ſunt; reliquos autem ſex πασοφόροι, id eſt, qui geſtant pallium, vt qui pertineant ad medicinam, nempè de conſtructione corporis, & de morbis, & de inſtrumentis, & medicamentis.

Ritus cœrimoniarum Ægyptiarum.

Atque ex hiſcè luculenter patet, totam Ægyptiorum politiam primò ex Regibus, deindè ex Sacerdotibus, qui, vt ſuprà dictum fuit, rurſus in quinque claſſes diuiſi fuerunt, & ex plebæis, qui triplici pariter militum, agricolarum, opificum claſſe diſtinguebantur, conſtitutam fuiſſe, quorum omnium leges & inſtituta vt explicemus, tempus, locuſque ſuo veluti iure poſtulare videtur.

CA-

CAPVT II.

De vita, moribus, & institutis Aegyptiorum.

REcensitis vetustorum temporum vsque ad Amasin Ægypti rebus, nunc ordinis ratio postulare videtur, vt & de moribus, institutis, ac vita politica aliquid breuiter quoque dicamus. Multa enim veterum Ægyptiorum acta non solùm ab indigenis æstimabantur magni, sed & apud Græcos non parùm admirationis habebant; quamuis etiam scirent Ægyptij adytum externis difficilem, eo tamen, vt suprà diximus, ceu ad artium, ac disciplinarum emporium, ad vitæ morumque integritatem addiscendam discedere plurimi ex præstantissimis philosophis non intermiserunt. Tota itaque politia Ægyptiorum triplici hominum genere constabat; Regibus, Sacerdotibus, Plebæis, qui erant, vel milites, vel agricolæ, vel opifices.

Reges Ægyptij, vt Diodorus meminit, vitam non aliorum regnantium more, quibus voluntas pro lege est, traducebant licentiâ, sed legum instituta in cogendis pecunijs, quotidianoque victu sequebantur. Eorum cultui obsequioque nullus deputatus erat neque emptitius, nec mancipium, neq; seruus, sed nobiliorum sacerdotum filij, tùm vltra viginti annos nati, tùm doctrinâ præ cœteris eruditi, vt horum corporis ministrorum die noctuque astantium conspectu motus Rex, nil turpe committeret; rarò enim potentes rerum mali euadunt, vbi desunt suarum cupiditatum ministri; institutæque erant diei noctisque horæ, quibus Regi, legis permissu, agere fas erat; manè surgentem Regem primò Epistolas omnes missas capere oportebat, vt cognitis his, quæ sibi agenda essent, responso dato, singula in tempore, & ex ordine rectè agerentur. His actis, cùm in virorum excellentium cœtu lauisset corpus, vestem præclaram indutus sacra Dijs faciebat. Mos erat Sacerdotum principi, iuxta aram hostijs deductis, astante Rege, magnâ voce, audiente populo, valetudinem prosperam, omniaque bona precari, Regi iustitiam erga subditos exoptare, narrare insuper particulatim Regis virtutes, in Deos pietatem ac religionem, in homines summam humanitatem, tùm illum continentem dicere, iustum, magnique animi, veracem, liberalem, omnesque fœnantem cupiditates, pœnas insuper mitiores, quam postularent errantis crimina, exigentem; reddentem verò gratiam meritis ampliorem; plura his similia orans, summam his execrationem in malos exequebatur. Tùm Regem culpâ purgans, omne crimen in ministros, qui Regi iniqua suaderent, conijciebat. Quibus actis Sacerdos & Regem ad felicem Dijsque gratam vitam hortabatur, & simul ad bonos mores, agendumque non quæ suaderent mali, sed quæ ad laudem & virtutem maximè pertinerent. Demùm cùm Rex Dijs sacra feciset, Sacerdos nonnulla è sacris libris clarissimorum virorum consilia, actaque proferebat; quibus Rex monitus imperio piè & iustè aliorum exemplo vteretur. Non autem pecunijs congregandis, vacandi iudicandique legibus solùm antiquis: sed deambulandi

Optimi Ministri adiungun tur Regibus.

Quid agerent singulis diebus Reges Ægyptij.

Singulæ actiones eorum describuntur.

Cultus Deorum.

di quoque lauandique, & cum vxore cubandi, omniſque degendæ vitæ tempus erat lege præſtitutum. Cibo veſcebantur ſimplici, vt quorum menſæ nil præter vitulum & anſerem inferretur; vini potandi certa conſtituta erat menſura, quâ neque farcire ventrem, neque inebriari poſſent; denique ipſorum vita eâ tenebatur modeſtiâ, vt non à legiſlatore, ſed à peritiſſimo Medico ad conſeruandam ſanitatem compoſita videretur. Mirùm ſanè eſt, Ægyptios non ex voluntate, ſed ex lege priuatam vitam agere, nec iudicandi, pecuniam congregandi, aut quenquam ex ſuperbia, ira, aut aliam iniuſtam ob cauſam puniendi, illis permiſſam licentiam, ſed veluti priuatis teneri legibus; neque id ægrè ferebant, exiſtimantes parendo legibus, ſe beatos fore. Nam ab his, qui ſuis indulgerent cupiditatibus, multa cenſebant fieri, quibus damna, periculaque ſubirent. Scientes enim ſæpiùs ſe peccare, tamen aut amore, aut odio, vel alio animi morbo victi, ad hoc ſe induci confitebantur. Qui verò ſapientiâ, conſiliôque vitam inſtituebant, in paucis offendebant.

Parcitas Méſæ.

Ex lege vitæ inſtitutum tenebant Reges.

Hâc vſi erga ſubditos iuſtitiâ Reges omnium beneuolentiam adeò aſſecuti ſunt, vt non ſolùm Sacerdotibus, ſed ſingulis Ægyptijs maior Regis, quam vxorum, filiorumque aut aliorum principum ſalutis ineſſet cura. Vita verò his moribus defunctum, omnes communi mœſtitiâ lugebant, veſtes lacerabant; templis clauſis, fora non frequentabant; feſta ſolennia non agebant; dies 72. luto deturpantes capita, & ſindone ſubtus mammas cincti, vnà viri, muliereſque ducenti ferè aut trecenti circumambulabant, bis in die nouantes luctum, atque ad numerum cum cantu virtutes Regis commemorantes: cibis animantium coctiſque, ac vino, omnique menſæ apparatu abſtinebant: non lauacris, non vnguentis, non ſtratis lectis, non venereis vtebantur, ſed tanquam defunctũ filiũ per eos dies mœrentes lugebant. Hoc tempore, quæ ad pompam funeris ſpectabant præparatis, poſtremo die corpus in arca conditum ante ſepulchri aditum ponebant: ibi breuiarium in vita à Rege geſtorum de more curabant; volentique facultas dabatur defunctum accuſandi. Aſtabant ſacerdotes, mortui rectè facta laudantes: populus is immenſus erat, qui exequias circumſtabat, applaudens veris laudibus, vt in reliquis magno reclamans tumultu.

Amor populorum in Reges.

Luctus & cœrimoniæ populorum defuncto Rege.

Quo accidit, vt plures Reges, repugnante multitudine, ſolito caruerint ſepulchri honore & magnificentiâ; is timor coëgit Ægypti Reges iuſtè viuere, veriti poſt mortem plebis iram, atque odium ſempiternum. Antiquorum Regum viuendi mos hic maximè fuit. Ægypto omni in plures partes, quarum quælibet Græco verbo Νόμος appellabatur, diuiſâ: cuilibet Prætor aderat, qui omnium habebat curam; Ægypti vectigalibus trifariam partitis, priorem portionẽ percipiebat Collegium Sacerdotum magnâ apud incolas authoritate; tùm propter Deorum curam, tùm propter doctrinam, quâ plures erudiuntur. Hanc partem tùm ad ſacrificiorum miniſteria, tùm ad priuatæ vitæ commoda impertiebant; neque enim Deorum cultùm omittendum putabant, neque publici conſilij vtilitatiſque Miniſtris æquum cenſebant, vitæ commoda deeſſe; ade-

Reditus Sacerdotum & munia.

rant

rant enim grauibus in rebus hi ſemper conſilio atque opere Regibus, tùm aſtrorum peritiâ, tùm verò ſacrificijs futura prædicentes. Ex libris præterea ſacris priorum geſta referebant, quibus Reges in agendis noſcant, quæ ſint profutura. Non enim quemadmodum apud Græcos, vnus homo, aut vnica mulier ſacris præeſt, ſed plures in cultu Deorum honoreque verſabantur, qui eandem ſacrorum curam filijs tradebant. Hi omnes immunes erant, ſecundumque poſt Reges honoris dignitatiſque locum tenebant. Reges. Altera portio ad Reges perueniebat, quam & ad bella, & ad vitæ cultum, tùm ad liberalitatem erga ſtrenuos viros pro meritis impendebant. Milites. Qua ex re fiebat, vt populares nullô grauarentur tributô. Tertiam percipiebant milites, & qui belli onerabantur miniſterio, vt hoc ſtipendio accepto paratiorem haberent animum ad pericula bellorum obeunda. Agricolæ verò paruâ quâdam mercede à Sacerdotibus Regeque aut militibus agros mercati, per omnem ætatem ab ipſa pueritia rei ruſticæ Agriculturæ. ſine intermiſſione vacabant; quo fiebat, vt agriculturâ cœteris, tùm ob doctrinam à parentibus perceptam, tùm ob continuum vſum, præſtarent. Paſtores. Eodem modo & paſtores curâ atque arte regendi pecoris à patribus acceptâ, ſemper in eo gubernando ætatem agebant. Artes. Artes quoque apud Ægyptios admodum excultæ videbantur, & ad ſummum perductæ. Nam ſoli Ægyptij opifices, omiſſâ Rerumpublicarum curâ, nullum niſi aut legibus permiſſum, aut à patre traditum opus exercebant: vt neque eos docentis inuidia, neque ciuile odium, neque aliud quid ab inſtituto impediret exercitio. Iudicia. Iudicia verò eorum non caſu fiebant, ſed ratione: exiſtimabant enim ritè facta plurimum vitæ mortalium prodeſſe. Nam punire nocentes, auxilium ferre oppreſſis, optimam ad prohibenda mala facinora viam putabant; pœnam verò delicti, aut pecuniâ, aut gratiâ tolli, confuſionem vitæ communis fore exiſtimabant.

Iudicum electus. Quam ob rem è ciuitatibus clarioribus, vt Heliopoli, Memphi, Thebis viros optimos eligebant, quos iudicijs præficerent; qui Iudicum conſeſſus, neque Athenarum Areopagitis, nec Lacedæmoniorum Senatui, longo tempore poſteà inſtitutis, cedere videbatur. Poſtquam conuenerant triginta numero, inter ſe eligebant optimum virum, quem iudicij principem conſtituebant, in locum cuius ciuitas alium iudicem ſubſtituebat; his omnibus victus, ſed principi opulentior à Rege dabatur: is auream catenam ſuæ dignitatis ſignum, varijs ornatum lapidibus, à collo ſuſpenſum, quod veritatem dicebant, geſtabat. Cœptis iudicijs, ac ſigno veritatis à principe Iudicum propoſito, omnibuſque legibus, quæ octo libris continebantur, in medio eorum conſtitutis; mos erat accuſatorem ea, in quibus alium accuſabat, modumque patratæ iniuriæ, aut damni facti, quanti eam æſtimaret, ſcribere; reo tempus dabatur reſcribendi ad ſingula; quibus aut ſe id non feciſſe, aut rectè feciſſe, vel purgando, aut iniuriam, vel damnum minoris æſtimando, proteſtabatur. Rurſus accuſatori reoque inuicem reſpondendi locus erat. Ita bis auditis litigatoribus, cùm iudices de controuerſia quæſiuiſſent, princeps ſigno veritatis in partem veriorem verſo, ſententiam ferebat; hic mos iudiciorum erat.

Quo-

Quoniam verò de legum inſtitutione mentio incidit, haud alienum ab inſtituto fuerit, antiquas Ægyptiorũ leges etiam referre, quo cognoſcatur, quantum cœteris præſtent, & rerum ordine, & vtilitate. Primùm periuri capite multabantur, tanquam qui duplici tenerentur ſcelere: vt qui & pietatem in Deos violaſſent, & fidem inter homines tuliſſent, maximum ſocietatis vinculum. Si quis iter faciens, aut hominem à latronibus cædi, aut quamlibet iniuriam perpeti compererit, neque ſi potuiſſet, ſubueniſſet auxilio, mortis erat reus. Si auxilium ferre non poſſet, denunciare latrones tenebatur, & iniuriam accuſatione proſequi; qui ea negligebat, plagis ad certum numerum plectebatur, triduoque carebat cibo. Falſo quempiam accuſans, ſi poſtmodum ad iudicium delatus eſſet, talionis pœnam calumniatoribus ſtatutam ſubibat. Cogebantur Ægyptij omnes ſcripta nomina ſua ad præſides, & ſimul quo exercitio quiſque viueret, deferre; quà in re, ſi quis mentiretur, aut ſi iniuſto viueret quæſtu, in mortis incidebat pœnam. Si quis ſpontè aut liberum, aut ſeruum occidiſſet, eum morte damnare leges iubebant, quæ non fortunæ conditionem, ſed conſilium facti pendentes, homines à ſceleribus deterrebant, & ſimul vindicatâ ſerui morte, reddebantur liberi ſecuriores. Patribus, qui filios occiderent, non erat pœna mortis indicta, ſed tribus diebus, noctibuſque continuis iubebantur defuncti corpori aſſiſtere publicâ etiam cuſtodiâ aſtante. Non enim iuſtum putabant, eum priuari vitâ, qui vitæ filijs author eſſet, ſed potiùs continuô dolore, factique pœnitentiâ affligi, quô cœteri à ſimili facto auerterent. Parricidis exquiſitam impoſuerunt pœnam; nam articulatìm peracutis calamis cœſos, iubebant viuos ſupra ſpinarum aceruum comburi, maximum inter mortales iudicantes ſcelus, ei mortem per vim inferre, à quo vitam accepiſſet. Mulierum morti deſtinatarum, ſi prægnantes eſſent, partus expectabatur, exiſtimantes penitùs iniquum eſſe eum, qui nihil commiſiſſet, vnà cum facinoroſo pœnam pati, aut duos plecti, cùm vnus deliquiſſet. In bellis, qui aut ordinem reliquiſſent, aut non parerent Ducibus, non plectebantur morte, ſed maximâ omnium ignominiâ, quâ poſtmodum virtute, & rectè factis deletâ, ad priorem ſtatum redirent. Ea lex & homines aſſuefaciebat, vt id dedecus, peſſimum malum, morteque ipſâ grauiùs cenſerent. His, qui ſecreta hoſtibus reuelaſſent, linguam lex iubebat abſcindi; & qui monetam circumcideret, aut adulterinam cuderet, aut pondus, vel ſigna mutaret, aut literis inſcriberet, aut de ſcripto demeret, aut falſas ſyngraphas adferret, ambæ amputabantur manûs, vt quæ corporis pars peccaſſet, per vniuerſam vitam lueret pœnam. Cœteri quoque aliorum calamitate moniti, à ſimili ſcelere abſtinerent. Aſperæ etiam pœnæ circa mulierum delicta ſtatutæ erant. Nam ei, qui mulierem liberam violaſſet, virilia exſecabantur, quoniam vno crimine tria haud parua ſcelera complexus eſſet, In adulterio ſpontaneo deprehenſus, virgis cædebatur ad mille plagas, mulier naſô mutilabatur, quo dedecore vultus maculatus, eâ multaretur parte, quâ maximè facies exornantur.

Leges Ægyptiorum.

Pœnæ ſceleratorum.

Multatio & ſupplicia.

Adulterium, fornicatio vt puniatur.

Legum, quæ ad commercia hominum pertinent, Bocchorum Legiſ-

latorem fuisse scribunt. Mandant autem: si creditæ absq; scriptura mutuò pecuniæ negarentur, standũ debitoris iuramento, vt quæ iusiurandum veluti religiosam rem magni æstimarent. Nam cùm certum est ijs, qui sæpiùs iurant, abrogari fidem; plurimi dicunt, ne boni viri nomen amittatur, rarò ad iuramentum descendendũ. Legis insuper lator omnem fidem in virtute constituens, bonis moribus iudicabat assuefieri homines ad probitatem, ne indigni fide viderentur, debere. Iniquum etiam putabat eis, quibus absque iuramento credita pecunia esset, de re sua iurantibus, non præstari fidem. Fœnus, quod ex scripto contrahebatur, prohibebat vltrà contractûs mutui duplum exigi; solutio è bonis debitoris solum fiebat. Corpus non poterat addici creditori, putabat enim oportere bona tantùm subdita esse debitis. Corpora, quorum opera, & bello, & pace vterentur, ciuitatibus addicta esse. Non enim æquum esse videbatur milites, qui pro patriæ salute pericula subirent, pro vsuris in carcerem duci; quam etiam legem Solon videtur ad Athenienses transtuliisse, quam Sisateam appellant; decernitq; ne ob vsuras ciuium corpora castigarentur.

Lex de furibus.

Lex præterea de furibus apud solos Ægyptios hæc erat. Iubebat eos, qui furari volebant, nomen suum apud Principem sacerdotum scribere, atq; è vestigio furtum ad se deferre; similiter, quibus res furto sublata erat, ad eundem rei sublatæ tempus, diem, & horam scribere tenebantur. Hoc modo facilè inuento furto, qui rem amisisset, quartâ multabatur parte, quæ daretur furi; satiùs Legislator esse ducens, cùm impossibile esset, prohiberi furta, alicuius portionis, quàm totius rei amissse homines, iacturam pati.

Nuptiæ.

Nuptiarum non idem apud Ægyptios mos erat. Sacerdotibus vnam tantùm vxorem ducere licebat, reliqui pro voluntate, & facultatibus plures habebant. Nullus ex eis, nec ex serua quidem empta, spurius habebatur. Solum enim patrem existimabant generis Authorem; matrem, & nutrimentum, & locum infanti præbere.

Educatio liberorum.

Natos adeò paruâ educabant facilique impensâ, vt vix credi possit; nam tùm scirporum, tùm alijs radicibus, quas sub cineribus coquebant, tùm caulibus palustribus, quas partìm coctas, partìm assas igni, partìm crudas pro cibo præbebant, liberos nutriebant. Discalceati, nudique maiori ex parte ob patriæ temperiem vitam agebant. Omnis sumptus in pueros, quousque ad ætatem peruenirent, à parentibus impensus, non excedebat drachmas viginti.

Eruditio.

Erudiebant Sacerdotes filios & literis, quæ appellantur sacræ, & alijs, quæ ad communem spectant doctrinam, vt plurimùm Geometriæ, Arithmeticæque studio intenti. Musicæ verò, in quantum ea ad naturæ ordinem, rerumque consensum in Mundo contemplandum conducit, vacabant.

Medicatio.

Morbos, vel ieiunio curabant, vel vomitu, idque aut quotidiè, aut tribus diebus, aut quatuor interiectis: asserunt enim è ciborum superfluitate omnes creari morbos, eam ergò, ad valetudinem curam esse optimam, quæ morborum principia auferat.

Militia.

Milites aut peregrini nullâ impensâ mercede curantur. Medici enim ex publico victum sumunt; ægros secundùm legem curant; ab antiquis medicis comprobatisque authoribus traditam. Si quis normam sacri libri secutus, infirmum curare nequi-

uerit,

uerit, omni caret crimine ; ſi præterea, quæ libris continentur alijs, illum curauerit, morte punitur. Credebat enim Legiſlator, eâ medendi curâ, quæ plurimo tempore ab antiquis Medicis obſeruata, profectaque ſit, haud facilè meliorem reperiri poſſe. Medendi ratio.

Colebant Ægyptij animalia quædam præter modum, non ſolùm viua, ſed & mortua, ſicut Feles, Ichneumonas, Canes, Accipitres, Ibides, Lupos, Crocodilos, & huiuſmodi plura ſuprà in propylæo recitata, horumq; cultum palàm profiteri non ſolùm non erubeſcant, ſed tanquam in honores Deorum effuſi, id laudi ſibi & dedecori ducebant. Cùmque ſignis illorum proprijs vrbes, & varia loca circumeant, procul oſtentantes, quæ ſeruent animalia, ea more ſupplicum ſinguli venerabantur. Cùm aliquod eorum moreretur, ſindone contectum cum vlulatu pectus percutientes, ſale liniebant, ac cedri liquore, vnguentiſque odoriferis, quo diutiùs ſeruaretur corpus, vnctum in ſacris locis ſepeliebant. Si quis aliquod horum animalium ſponte occidiſſet, morte damnabatur ; Æluro & Ibide exceptis, quas animantes ſi quis ſpontè, vel ſecùs occidiſſet, accurrente turbâ, & abſque iudicio, hominem occiſorem varijs ſupplicijs affectum, interficiebant. Quô timore, qui has mortuas conſpexiſſet, procul aſtans, lamentabatur, teſtificans animal abſque ſuâ culpâ mortuum eſſe. Cultus Deorum.

Nutriebantur hæc animalia ſummâ curâ atque impenſâ in templorum ambitu à viris haudquaquam contemnendis, quæ ſimilagine & alicâ, varijſque epulis lacte conditis cibabant, anſeres tùm elixos, tùm aſſatos apponebant quotidiè; his, quæ cruda ederent, aues captas præbebant; denique ea omnia magnâ ſuſtentabant curâ, atque ſumptu; eorum mortem æquè ac filiorum lugebant, ſepeliebantque ſumptuoſiùs, quàm eorum facultas ferret, ita vt, Ptolomæo Lago Ægyptum tenente, cùm bos in Memphi ex ſenecta mortuus eſſet, qui illius nutriendi curam cœperat, pecuniam, quæ in eum data erat, permagnam, ac inſuper 50. talenta argenti mutuò à Ptolomæo ſumpta, in eius ſepulturam impenderit. Nutritio animalium. Sepulturæ ſplendor.

Videbuntur forſitan hæc, quæ diximus, miranda, ſed nequaquam minùs mirabitur quis, ſi, quod apud quoſque Ægyptios fit, conſideret in funere mortuorum. Nam vbi aliquis defunctus eſt, propinqui omnes amici, qui deturpato luto capite lugentes ciuitatem, quoad mortuus ſepeliatur, circumibant, interim neque lauabantur, neque vinum capiebant, aut cibum, niſi vilem, neque veſtibus vtebantur ſplendidis. Sepulchrorum tres habebant ſpecies, ſumptuoſas, mediocres, & humiles. In prima argenti talentum exponebant, in ſecunda minas viginti, in vltima pauciores ſumptus fiebant. Qui funera mortuorum curabant, eô exercitiô à maioribus traditô, funeris impenſam domeſticis deſcriptam ferebant, ſcrutantes quanti vellent celebrari funus; conuentione factâ, corpus eius tradebatur, vt iuxtà impenſam curaretur funus. Primus Grãmaticus (ita enim appellatur) poſito humi corpore, ſignũ circa ilia deſcribebat, quantum à ſiniſtra parte incideretur; deindè qui dicitur Sciſſor habens lapidem Æthiopicum, quantum lex ſinebat, latus aperiebat, ſubitoque curſu à proſequentibus, qui aſtabant, lapideſque cum execratione Funera. Mos condiendi; ſeu conditio cadauerũ.

in eum iacientibus, fugiebat. Exiſtimabant enim odium inhærere, quicunque amici corpus vulnere illato violârit. Curatores verò corporis, hos Salitores appellant, honore, exiſtimationeque digni habebantur. Vtebantur enim Sacerdotibus, templaque pariter ingrediebantur. His penes cadauer aſtantibus, vnus per ſciſſuram corporis interiora præter renes & cor educebat; quæ ſingula alter vino Phœniceo è rebus odoriferis lauabat, deindè corpus totum primùm è cedro, tùm alijs pretioſis vnguentis vngebant dies ampliùs triginta; Myrrhâ deindè ac cinnamomo, cœteriſq; rebus liniebant, quæ non ſolùm id ſeruare diuturnè, ſed odoriferum reddere valerent. Curatum cadauer cognatis tradebant defuncti, ita ſingulis eius partibus etiam ſuperciliorum palbebrarumque pilis integrè ſeruatis, vt omnis corporis ſpecies, dormientis more integra perduraret. Antequam ſepeliretur corpus, prædicebatur à cognatis tùm iudicibus, tùm defuncti amicis ſepulturæ dies, aſſerentes illum mortuum paludem tranſiturum, aſtantibus iudicibus ampliùs quadraginta numero, ſedentibuſque in præparato vltra ſtagnum Hemicyclio, tradebatur nauis ad id compoſita ab his, quibus ea cura iniuncta erat, tùm antequam corpus in arcam conderetur, permittebatur, lege volenti, accuſare mortuum. Si quis probabatur malè vixiſſe; iudices ſententiam ferebant, quâ corpus eius ſepulchro priuandum iudicabatur. Qui deprehenderetur iniuſtè crimen obieciſſe, magnâ multabatur pœnâ. Cùm deeſſet accuſator, aut per calumniam accuſatum conſtabat, cognati finito luctu ad laudes mortui vertebantur, nil de genere eius, ſicut Græci conſueuerunt, narrantes. Exiſtimabant enim Ægyptij, omnes ſe pariter nobiles eſſe; ſed ordientes à pueritia, in qua vitæ inſtitutionem, eruditionemque recenſebant, ad viri ætatem deſcendebant, eius erga Deum religionem, iuſtitiam, continentiam, virtuteſque cœteras commemorantes, inuocatis verò inferis Dijs precabantur, vt eum inter pios locarent; ad quæ verba omnis multitudo correſpondebat, gloriam mortui extollens, tanquam apud inferos cum beatis ſemper futuri. Sepeliebant poſteà quique ſuos, hi in proprijs ſepulchris; hi, quibus ea deerant, domi apud firmiorem parietem arcâ corporis erectâ. Qui verò crimine aliquo, aut fœnore ſepulturâ prohiberentur, domi abſque arca ponebantur; quos poſteri ditiores facti, ac debita crimina ſoluentes honorificè ſepeliebant. Mos eſt apud eos, defunctorum parentum corpora dare in pignus creditori. Summa illos, qui non redimerent, ſequebatur infamia, & ſepulturâ carebant. Mirabitur quis meritò eos, qui hæc inſtituerunt, non ſolùm, quæ ad viuentium mores ſpectarent, proſecutos, ſed etiam quæ ad mortuorum ſepulchra, cultumque pertinerent; adeò hoc pacto ad bonos mores, quantum fieri poſſet, componi vitam hominum exiſtimabant. Græci ſanè, qui fictis fabulis, ac Poëtarum dictis fidem excedentibus de piorum meritis, malorumque pœnâ tradiderunt, nequaquam potuerunt ſuis ſcriptis traducere homines ad virtutem. Quin contrà potiùs deriſi, contemptique ſunt ab improbis. Apud Ægyptios verò non fabulis, ſed vſu, impijs pœna, iuſtis laus impertiebatur. Singulis diebus vtroſq; eorum, quæ vitæ vtilia exiſtebant,

bant,admonebant; cuique pro his, quæ egerat,debiti præmij memoriam impendentes,quà ex cauſa ad meliorem ſinguli vertebantur viuendi normam. Eas enim optimas eſſe leges putabant,quibus non diuites,ſed honeſti, prudenteſque homines fiant. Atque hæc ſunt, quæ de Ægyptiorum moribus, vita, inſtitutis ſummatim dicenda exiſtimaui, quæ quidem ne ad tot citationes aſtringeremur, ex Herodoto, Diodoro, Pauſania, Porphyrio, Euſebio, Xenophonte, Strabone, Plutarcho, Iamblicho, Luciano, alijſque verbotenus, ne quicquam apparatui deeſſe videretur, deprompſimus.

CAPVT III.

Totam politicæ philoſophiæ doctrinam, per Oſiridis, Iſidis, Hori, Typhonis, ſiue hiſtoriam, ſiue fabulam allegoricè fuiſſe ſignificatam.

QVomodò Regna & Imperia in ſua ſubſiſtant fœlicitate, quomodò ab ea excidant, pulchrè nobis ob oculos ponunt Ægyptij per vitam Oſiridis, Typhonis, Iſidis, & Hori. Fuerunt quidem Oſiris & Typhon ex eodem patre ſapientiſſimo progeniti, tametſi vtriuſque maxima ingenij, morumque diſparitas extiterit, quod & in hiſcè Ægyptijs fratribus ſtatim ab ortu aliquot indicijs ſignificatum, & in adultis poſtmodum euidentiſſimè comprobatum eſt, vti ex ſequentibus ferè ex Syneſio depromptis patebit. Ex his enim qui iunior erat diuinâ quâdam ſorte editus atque educatus, iam tùm à puero audiendi auidus, fabularumque ſtudioſus erat, fabula enim puerorum ſtudium atque diſciplina eſt, ac iam grandior factus, eius ſemper eruditionis deſiderio flagrabat, quæ tempora, ætatemque ſuperaret, patrique non modò aures præbuerat; ſed & quod quiſque ſolers, aut exquiſitum haberet, id verò auidè deglutiebat, & caninô quidem primùm more, raptim omnia, ac ſimul nôſſe cupiebat: quod in his ſanè ingenijs vſu venit, quæ eximium de ſe aliquid magnumque repromittunt. Geſtiunt enim, atque ante tempus impatienter exſiliunt, quaſi optatum iam tum animo ſibi finem polliceantur. Deinceps verò longè ante pubertatem probo & benè morato ſene ſedatiorem ſe præſtitit, vt omnia non ſolùm modeſtè audiret, ſed & ſi quid dicere, aut de ijs, quæ audierat, aut quæ quoquo modo occurrerent, ſciſcitari vellet, cunctantem ac rubore perfuſum cognoſceret, quin & de via, ac ſede Ægyptijs ſenibus facilè cedebat; cùm tamen eo eſſet parente natus, qui ſummum apud ſuos imperium adminiſtraret. Ad hæc accedebat æqualium reuerentia, naturâque inſita in eo erga homines cura, adeò vt vel in ea ætate vix inter Ægyptios vllus reperiri poſſet, cui non ab adoleſcente aliquid boni à patre eſſet impetratum. Alter verò qui ætate maior Typhon appellabatur, ineptus, vt vnô verbô dicam, ad omnia, planèque rudis. Nam à Rege quidem Oſiridi filio adſciti erant non Ægyptiæ modò, ſed peregrinæ cuiuſuis ſapientiæ Magiſtri: ſed id ipſum Typhon

Oſiridis ingenium & natura ad virtutem flexa.

Obſequium erga ſeniores.

mente

Typhonis rudè ingenium, & natura in vitium flexa.

mente penitùs auerſabatur, ludibrioque habebat, quòd eâ re inertes ac ſeruiles animos fieri exiſtimaret: fratrem verò cùm animaduerteret honeſtè moderatèque præceptori operam dantem, ingenuâque animi verecundiâ præditum, metûs hoc eſſe, ac formidinis arbitrabatur; propterea quòd nemo illum vnquam aut pugnos impingentem, aut iactatis calcibus cuiquam inſilientem, aut indecorô curſu agitatum viderat, præſertim cùm agili ac repurgatô eſſet corporis habitu, quod erat eius animæ tanquam leue quoddam onus circunfuſum. Sed neque Oſiris vnquam auidis faucibus tractimque haurire, nec in cachinnos erumpere, nec immodicô riſu toto corpore quati, aut ſuccuſſari ſolebat, quæ & in dies à Typhone agebantur, & ea ſola facinora liberorum hominum arbitrabatur, quod quiſque vellet, aut quod cuiquam pro re nata occurreret, perpetrare. Proindè nec generis ſimilis & indoles, nec vllius omninò hominum, & vt ſemel dicam, neque ipſa ſui, ſed varium erat, ac multiplex malum. Nunc quidem ſegnis atque hebes, & telluris inutile pondus eſſe videbatur, tantundem à ſomno euigilans, quantum aluo explendæ, infarciendoque, iterum ſomni commeatui ſatis eſſet: nunc verò vel mediocria ex ijs, quæ naturæ neceſſaria erant, negligebat, vt & inconcinnè ſaltaret; & æqualibus iuxtà ac ætate prouectioribus negotium faceſſeret. Corporis quoque robur, tanquam bonorum omnium perfectiſſimum in admiratione habebat, eòque perperam vtebatur, aut ad effringendas fores, aut ad glebis impetendos obuios quoſque, acſi cui vulnus inflictum, aut damni aliquid ab eo eſſet illatum, de eo, quaſi de teſtimonio quodam virtutis exultabat: quin etiam intempeſtiuâ libidine, ac præter ætatem turgebat, miraque erat in inuadendis mulieribus violentia. Itaque & inuidiâ in fratrem, & in Ægyptios odiô exardeſcebat, quod populus quidem Oſiridem ſuſpiceret, eumque in omni cantu ac ſermone celebraret, nec domi tantùm, ſed & in publicis etiam ſacris bona ei omnia ſupplex à Dijs poſtularet, ipſe verò & eiuſmodi eſſet, & ab omnibus eſſe videretur; quę cùm videret Typhon, contubernalium quoddam ſodalitium inſtituere cœpit hominum furioſorum, nec aliô quidem conſiliô (nec enim is erat, qui quenquam ex animo diligeret) ſed vt ſuæ factionis ſatellites, & ab Oſiride alienos ſibi compararet; eratque cuiuis facilè Typhonem ſibi demereri, & ab eo nihil non impetrare, quæ pueris ex vſu ſunt, ſi quid tantùm in Oſiride contumelioſè inſuſurraſſet. Ea igitur in pueris naturæ diuerſitas vitæ quoque diſſidium pollicebatur. Sed vt primum viarum diuortium, ſensìm diductum, protracto vlterius diſcrimine, in longiſſimum tandem interuallum definit, ita in pueris accidit, quos vel minima ſtudiorum diſparitas progredientes illos, plurimum à ſe inuicem diſſociat. At illi non pedetentim, ſed ſubitò contraria in ſtudia deflexerunt, cùm vtrique perfectam eſſent virtutem, ac vitium quâdam ſorte conſecuti. Vna ergò cum ætatis incremento animorum contrarietas inualeſcebat, quam euidentioribus indicijs opere ipſo, factiſque comprobarunt. Cœterùm Oſiris vix pubertatem egreſſus, cum his, qui Duces creati erant, imperij militaris collegam agebat, nondum quidam lege arma tantillis permitten-

Iaciuntur ſemina diſſidij inter fratres.

te, ſed is conſilio iudicioque imperabat, cùm mentis inſtar eſſet, & exercitus præfectis, quaſi manibus vteretur; tam deindè naturâ eius plantæ in modum augeſcente, maturiores in dies fructûs edebat. Prætorianis verò militibus præpoſitus, Regique ab aure factus, & Præfecturam vrbis ac Senatus principatum adeptus, auguſtiorem longè, quàm acceperat, magiſtratum reddebat: alter ærario præfectus (viſum enim parenti erat vtriuſque in minori occaſione periculum facere) ſibiipſi pariter, atque illi, à quo electus fuerat, dedecus labemque aſpergebat, publicæ pecuniæ interuerſæ ſordiumque, atque in ærario adminiſtrando ſtoliditatis conuictus; deindè in alium magiſtratum tranſlatus, ſi forte ei capeſſendo idoneus eſſe poſſet, multò ſeſe turpiùs gerebat, & ea fœliciſſimi regni pars, cui gubernandæ Typhon præfuerat, totum hunc annum pro neſaſto atq; inauſpicato habebat; ſimul verò ad alios ſeſe contulerat, vna in eos calamitas omnis ac pernicies traducebatur. Is fuit in regendis hominibus Typhonis animus. Priuatim quidem inconcinnè ac laſciuè ſaltabat, vnaque cum eò ex Ægyptijs aut peregrinis petulantiſſimus quiſque, qui eos ſecum cogebat, qui quiduis dicere, aut audire, patique aut perpetrare penſi nihil haberent; ita vt eorum cœnaculum omnis impudicitiæ officina eſſet. Vigilans porrò & ſtertebat ipſe, & ſtertentes alios libentiſſimè audiebat, admirabilem quandam eam eſſe Muſicam exiſtimans: laudes quoque, præmiaque ei delata, qui petulantem hunc ſonum longiùs produceret, ac longiùs, contortiùſque efferret. Ex his autem vnus aut alter, idemque omnium ſtrenuiſſimus, frontem ad omnia perfricuerat, nullumque genus turpitudinis detrectans, multa fortitudinis præmia auferebat, ſuppetebantque inſuper in propudioſæ licentiæ mercedem Magiſtratûs, atque imperia. Eiuſmodi ergo domi fuit Typhon. Poſteaquam verò ſumptis publicæ rei gerendæ inſignibus, habituque conſederat, tunc apertè idipſum declarabat: variam ac multiplicem eſſe nequitiam; hæc enim à virtute iuxta, ac ſeipſa diſſidet, eiuſque partes ſibi inuicem aduerſantur: quippè inſolens ille, ſuique opinione inflatus, ſubindè in furorem agebatur, ferociùſque Epirotico cane allatrans, aliam priuato homini, aliam familiæ, aliam vniuerſæ ciuitati noxam infligebat, ac eò magis exultabat, quo grauiùs aliquod damnum ac calamitatem incuſſerat, quaſi demùm dedecus ex domeſtica ſocordia conflatum, hominum lacrymis eluëret. Sed hoc tamen vnum ex his malis commodum ſuppetebat; ſæpè enim cùm mox alicui periculum creaturus eſſet, aut temerè raptus in abſurdas atque inauditas ſuſpiciones tranſuerſus agebatur, vt lymphatis, ac fanaticis ſimilis eſſe videretur, de Delphica vmbra peruicaciſſimè contendens. Reus verò interim effugiebat, de quo nullum poſtmodum verbum, aut veterno elanguerat, capitiſque per aliquod tempus grauedine torpeſcebat, adeòque quæ agebantur, animo penitus excidebant. Deincepſque vbi ſeſe receperat, nihilo tamen ſeciùs omnis effluxerat rerum mox præteritarum recordatio. Ille autem cum diſpenſatoribus obnixè hiſcè de rebus altercatur, quotnam Medimnus tritici grana aut longiùs cyathos contineret, ſuperuacuam quandam & importunam animi ſolertiam

Typhon ad Magiſtratus aſſumptus petulanter ſe geſſit.

Creſcit audacia Typhonis.

Eius somnolentia & insciția.

tiam præseferens. Nonnunquam & somnus opportunè Typhonem inuadens hominem eripuit imminenti exitio, quo quidem correptus ille ex sella in caput deturbatus esset, nisi abiecta eum lampade aliquis ex lictoribus sustentasset: ita factum, vt tragica pernoctatio sæpiùs in comœdiam desierit; nec enim interdiù ius dicebat, vtpotè natura Solis & lucis inimica, tenebrisque accomodatior. Ac cùm id intelligeret, neminem esse, vel mediocri prudentiâ præditum, qui non summam in eo insciriam esse iudicaret, non ille quidem suam stoliditatem accusabat, sed commune in sapientes odium profitebatur, quasi accepta ab illis iniuria, quod iudicio, & sagacitate valerent; homo vt consilij planè inops, sic insidiarum callidissimus artifex. Erat in eo vecordia cum furore coniuncta, quæ duo animi exitia, si mutuis opibus inualescant, nullum aliude st in rerum natura, nec esse potest grauius malum, aut ad profligandum genus hominum efficaciùs. Hæc singula & videbat pater, & intelligebat, Ægyptiorumque vtilitati prouidebat; Rex enim vnà & Sacerdos, & sapiens erat, eundemque & Deum extitisse Ægyptiorum monumentis traditum est: nec enim Ægyptijs incredibile est, infinita apud se Numina sigillatim imperasse, priusquam ad mortales terrarum imperium peruenisset, Regumque genus à maioribus, vt Piromidis à Piromide recenseretur. Igitur postquam ille Deorum in maiorum gentium Deos translatus est, ac præfinita iam dies aderat, ad eam quidem ex omnibus Ægyptiorum ciuitatibus, quod per præconem pridem edictum fuerat, tùm Sacerdotum familiæ omnes; tùm militaris indigenarum ordo conuenerat,

Electio noui Regis.

quos omnes legis necessitas conuocabat; reliquæ verò plebi, vt abesse liberum fuit, ita omnibus adeundi potestas concessa est, non vt in creando Rege suffragatores, sed vt spectatores essent, subulcis tamen spectaculum interdictũ, & militibus, qui aut peregrini ipsi, aut ex peregrinis nati apud Ægyptios stipendia merebant, quam quidem ob causam filiorum natu grandiori longè inferior conditio fuit, ex subulcis enim & peregrinis hominibus Typhonis factio constabat, efferâ videlicet & nnmerosâ

Typhoni faueț plebs.

plebe, quæque inueteratæ consuetudini morem gerens, nec contra quicquam ausa, non graue illud aut indignum dedecus, sed sibiipsis quasi debitum arbitrabatur, vtpotè iure ac legibus irrogatum, & eorum generi quodammodò naturale.

Erat porrò Osiridi vxor Isis nomine, quem & prudentem naturæ progressum interpretantur, fœmina moribus, vitâ & religione marito suo minimè dispar. Hæc exemplum mariti secuta, hoc vnicum satagebat, vt humanum genus beneficentiâ & inuentione rerum, & quibuscunque tandem alijs modis deuinciret; Regni bono non minùs ac Osiris intenta: Numina perpetuô Religionis cultu placabat, sacra instituebat; pro salute mariti, sceptrique commissi incolumitate assiduò Deorum aures sollicitabat. Typhonem quibuscunque modis marito reconciliatum, ad cor reducere studebat; prognatus verò ex ijs erat filius Horus nomine, qui paternâ instructione ad summa quæuis formatus, altô pectore salubria sapientissimi patris consilia & monita, tanquam sibi suo tempore

Prudentia Isis cum pietate conjuncta.

vsui

vſui futura imbiberat. Porrò Oſirin, toto peragrato orbe, rerumque vtiliſsimarum inuentione clariſsimum, quem deindè Græci Dionyſium dixerunt, atque ob efficaciſsimam illam perſuadendi vim, dicendique facultatem pingere ſolebant cum catena, ex ore eius, ad auditorum aures perducta, vnde & fabulam poſtmodum de Herculo Ogmio ortam, tradit Plutarchus. Porrò Oſiride peregrinante, nihil nouarum rerum Typhon molitus eſt, Iſide callidè ad eius excubante machinationes; at redeunte Oſiride, ac rerum geſtarum gloriâ orbi iam conſpicuô, inuidiâ ſtimulatus nihil non egit & tentauit, niſi vt tyrannidis œſtrô percitus, Oſiri eliminato expulſoque, regnum Ægyptiacum in vltimam ruinam deduceret; fraude enim & aſtutiâ eluſum Oſiridem, atque intra arcam intruſum, Nilo abduxit; quod intelligens Iſis omnium inops, omnia latè pererrans, neminem prætermittebat, quem de Oſiri non percunctaretur, quin & pueros etiam ſuper arca rogabat, quorum aliqui rei geſtæ conſcij, quid de arca factum, prodiderunt; ex quo tempore vim præſagiendi pueris ineſſe ſuſpicati ſunt, eorumque diuinationem obſeruant; dùm ludunt, garriuntque in templis ſine diſcrimine, quicquid in mentem venit. Ex quibus nonnulli Anubim fuiſſe putant; Typhon verò cognito aduentu Iſidis, ac callidas mulieris machinationes pertimeſcens, ne Oſiridis manumiſsi ſalus ſibi exitium foret, in quatuordecim partes diſcerptum abiecit; Iſis inuentas partes in integrum coagmentans, dum pudendum deeſſet, cereum eius loco ſubſtituit, & hoc pacto, veluti Numen Sacerdotibus colendum propoſuit. Oſiri itaque Typhoniâ malignitate extincto, Horus à Matre inſtructus, Typhonem aperto bello aggreſſus, tandem vicit, vinctumque matri tradidit; Iſis verò non ita ſolutum dimiſit; quin in eius machinationes continuò intenta, certis quibuſdam eum repagulis coërceret; hæc eſt ſumma Oſiridis & Typhonis αὐτιτεχνία, quâ quid Ægyptij indigitârint, videamus. Oſiris ſceptro in formam oculi concinnato ſublimis, Architectonicus Regis cuiuſpiam omni virtutum genere inſtructiſsimi intellectus, ſiue ratio eſt, cuius bonitate, iuſtitiâ, pietate, ſollicitudine & religione, regnũ omni felicitate compleatur. Typhone verò contrà, Rex notatur tyrannus, cuius pro ratione voluntas, iuſtitiæ deſertor, Regni inuerſor iniquus, propriorum commodorum amator, ſubditorum oppreſſor, ſanguinum dipſas, totius iniquitatis officina; cuius ambitione, libidine, auaritiâ, ſuſque deque ferantur omnia, quique tandem conuulſis iuſtitiæ fundamentis, vaſtatiſq; religionis propugnaculis, imperium in vltimum deducat exitium. Huic ſe Iſis vxor Oſiris, id eſt, prouidentia ſiue prouida voluntas, ſeu prudens in omnibus progreſſus ſummâ curâ & vigilantiâ, & labore indefeſſo, ardente boni communis deſiderio opponit; cuius perſpicaci dictamine omnia Regia munia & miniſteria rectè diſponuntur, Typhoniæ machinationes explorantur, tumultus & ſeditiones ciuiles Typhonis malignitate obortæ maturè ſupprimuntur, atque extinguuntur. Quibus quidem ſic prudenter conſtitutis, mirùm non eſt, naſci Horum, pulchram illam politici Mundi harmoniam; quæ, vti eſt ordinis diſciplina, rerum amuſsis, actionum humanarum baſis, conſeruationis

Iſidis eloquentia.

Oſiris incluſus in arca committitur Nilo.

Oſiris proponitur colendus veluti Numen.

Quem principem deſignet Oſiris.

Quem principem deſignet Typhon.

Prouidentiam denotat Iſis.

Quid indigitet Horus.

mundanæ fulcimentum; ita, dum clementiam iuſtitiæ, pietatem fortitudini, modeſtiam magnanimitati nectit, hoc idem præſtare videtur in Mundo politico, quod in vniuerſi conſeruatione Author naturę Deus, dùm mala bonis, conſona diſſonis, ſummâ proportione temperat. Hinc Typhonem ab Horo filio captum, non quidem omninò liberum dimiſit Iſis, apprimè gnara, quantum aduerſarij alicuius zelus, principis acuat ingeniũ, ad ſe quouis modo, contra technas & callidas artes aduerſæ partis defendendum. Verùm hæc omnia fuſiùs exponamus.

Regni alicuius diuturna pax, & beatitudo ſemper ſuſpecta eſſe debet.

ITa humanæ conditioni comparatum eſt, vt nihil ſub Sole firmum, nihil ſtabile, nihil diuturnum, nulla tàm exactis legibus pax firmata ſit, quæ non tandem ſuæ patiatur beatitudinis naufragium. Docet hoc ipſum Oſiridis regnum, totius fœlicitatis exemplar, quod tandem à Typhone ſubactum, de ſummo fœlicitatis faſtigio, in vltimam confuſionem deductum, memorant hiſtoriæ; vbi enim ſumma ſine metu pax, ibi neceſſariò ſecuritas; vbi ſecuritas, ibi liberior viuendi licentia; vbi hæc, ibi creſcentibus longâ pace bonis mox naſcitur proſperitas, cuius comes luxus eſt, luxus inuidiam veluti lucem vmbra ſequitur, inuidia, iurgia, diſſidia, perſecutiones ac bella mouet; bella tandem, vti ſeditionibus & tumultibus inteſtinis omnia concutiunt, ita vltimum quoque regno exterminium minitantur. Typhon exoritur, qui corpus Oſiridis, ſiue regnum per ſeditioſorum hominum factiones, veluti in partes diuiſum, dùm corpus vnione ſuâ diſſoluit, illud in pernitioſam multitudinem diſtractum, tandem in ruinam ducit; quam haud dubiè incurreret, niſi Iſidis prouidentia, obortis regno procellis, maturè conſuleretur; niſi per Horum, conclamatis penè rebus, conſiliô, & prudentiâ media pararentur conuenientia, atque ſic Regnum inductâ temperie, ſuæ harmoniæ, id eſt, Horo reſtitueretur. Interuenientibus in hùiuſmodi calamitatibus vt plurimum ſpe & metu, amore & odio, ſic vt in calamitate acerbiſsima, tanquam in fundo Pandoræ pyxidis ſubindè inſit ardentiſsimus ſpei vigor. Namvti in fortunæ maximis blandimentis, rerumque vberrimo ſtatu, ſummus eſt metus, maiori interdum afficiens cruciatu, quàm vel ex poſſeſsi perditione dolor afficiat; ita ferè extremum gaudij luctus occupat, & à luctus acerrimi puncto, fœlicitatis auſpicia reducuntur.

Harmonia Reip. conſiſtit in obediẽtia ſubditorũ Principi facienda.

Disharmonia Reip. in quo conſiſtat.

Porrò tam diù Reſpublica harmonicum ſtatum conſeruat, quamdiù membra capiti, hoc eſt, ſubditi, Principi, perfectâ concordiâ & pace fuerint confœderata: tota verò harmonia Imperij, & Reipublicæ mox deſtruitur, vbi diffidentia, diſſidiumq;, vbi Religionis mutatio, & animorum contra Principem factiones fuerint exortæ; ſi præterea Princeps quoque in Tyrannum degeneret, ſubditorum bonum non quærat, ſi moribus & inclinationi ſubditorum non condeſcendat, ſi luxu, ſuperbiâ, & auaritiâ diffluat; ſi iuſtitiâ ſepoſitâ, omnia promiſcua, & impunita quâdam peccandi

candi licentia confundantur ; vbi non verè viuitur, vbi quiſque ſuo emolumento bonum metitur publicum, vbi ſalutem propriam alterius duntaxat excidiô meditatur, vbi omnis iuſtitia torpet, omnis ordo & diſciplina diſcerpitur, fides abrumpitur, laxatur pietas omnis, vbi erga proximum quemque humanitas pluſquam barbaricâ feritate refrixerit ; dùm enim vnius Reipublicæ membrum, alterum alteri non compatitur, marceſcit totum, atque in tabum diffluit, & ſicuti corpus harmonicum mox deſtruitur, vbi vehemens humorum diſcraſiâ ſuas habenas laxauerit, ita Reſpublica vbi iniuriâ Regum, morumque peſſimorum conſuetudo inſurrexerit ; contrà, vti corpus per animam perficitur, ita Reſpublica per religionem, (loquor autem hìc de vera illa, & ſolùm ſalutifera religione orthodoxa Catholica). Nam vti anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte, ita ad harmoniam Reipublicæ conſeruandam, religio vna, vni ab omnibus fidei articuli, quos credant, tenendi, & obſeruandi ſunt, ſine qua religione, nec Princeps ſuum officium, nec ſubditi faciunt, ſine ea nulla ſocietas, quia nulla fides ; non iuſtitia, non virtus, ſed fraus, licentia, proteruitas, & vno verbo hominum rerumque omnium naſcitur confuſio, & quemadmodum inter animam & corpus, ita inter Regem & ſubditos, inter Principem & populum, ſumma debet eſſe conſpiratio, ſine qua meritò totius ciuitatis fundamenta, veluti periculoſo fulmine diſcinduntur. Nam quòd regnum tutum, cuius cuſtos populi metus eſt ? quæ ciuitas ſalua, in qua multitudo vi & armis ſuppreſſa viuit ? vt igitur Reſpublica perfectè ſibi conſonet, tritonus tollendus, euitandus tritonus cum diapente, diateſſaron cum ſemitonio aut ditono prorſus eradicanda, diapaſon cum diateſſaron, ſimiliaque maximæ diſſonantiæ monſtra omnibus modis fugienda, hoc eſt, diſſidia, tumultûs, morum peſſimorum vigor, dictæ religionis in varias hæreſes diſciſſio, haud quaquam permittenda ; fuerunt enim hæc nullo non tempore, maxima ingentium calamitatum, euerſioniſque Regnorum Imperiorumque ſeminaria.

Religio Reipublicæ conſeruandæ neceſſaria.

Sub ſpe metuque, id genus alia multa conuerſionis ſeminaria in extremorum alterutro ſæpiùs occultantur ; nam & peccatis grauiſſimis, pœnitudo ſumma ſuccedit, rebus præclarè geſtis, vt plurimùm faſtus & inſolentia vel obliuio ſui ; vrget vnius gloriam alienus liuor, infortunium leuat commiſeratio ; egeſtati ingenium fauet atque induſtria ; opulentiæ inquieta ſollicitudo ; aſſiſtit ſtultitiæ ſumma ſecuritas, doctrinæ vel ſapientiæ, periculum multiplex, & ærumnarum ſeges. Atque hoc eſt, quod Iſis Typhonem, Hori fortitudine captum, non vndequaque liberum dimiſit, ſed detinuit ad cautelam, tanquam curæ & vigilantiæ in Regno adminiſtrando incitamentum. Typhone enim prorſùs extincto, regnum ſocordiâ ciuium veluti concuſſum, ſuaptè mole cadere neceſſe foret ; ſat regni perſecutio eſt ; calcaria ad prouidè in omnibus vigilanterque agendum, ſunt occultæ hoſtium machinationes ; quibus fit, vt regnum tandem priſtino vigori reſtitutum conſiſtat.

Verùm hanc fabulam Oſiris & Typhonis ſub perſona Iouis & Typhonis exhibentes Poëtæ, ad politicas conſiderationes hoc pacto tradu-

Fabula Poëtarum de Ioue & Typhone.

cunt. Iuno indignata, quòd Iuppiter Palladem genuiſſet ex ſe, ſine adiutorio ſuo, Deos omnes, Deaſque precibus fatigaſſe dicitur, vt Pallas ſine Ioue partum quoque ederet; victa itaque importunitate Iunonis, terram concuſſit, ex quo motu Typhon natus eſt, monſtrum ingens & horrendum, qui & mox ſerpenti, vti belluini eiuſdem mores ferebant, ad alendum nutritio datus eſt; poſtquam adoleuiſſet, bellum Ioui mouit, in quo & ſuperatus, victuſque in poteſtatem Typhonis venit, qui & eum in humeros ſublatum in regionem obſcuram, deſertamque tranſportauit, ibidemq; neruis manuum & pedûm conciſis, mutilum mancumque reliquit. Mercurius autem neruos Typhoni ſuffuratos, Ioui reſtituit. Iuppiter vigori priſtino reſtitutus, Belluam rurſus aggreſſus fulmine verberauit; ex cuius ſanguine ſerpentes nati feruntur; tùm demùm ruentem, fugientemque, Æthnam ſuper eum iaculatus, monte oppreſſit. Hanc fabulam aptè ſanè variæ fortunæ Regum & viciſſitudini applicant. Reges enim regnis ſuis non ſecùs ac Iuppiter Iunoni, matrimonij vinculis iuncti rectè cenſentur.

Tumultus populorum vnde originē habeant.

Sed accidit nonnunquam, vt imperandi conſuetudine deprauati, & in tyrannidem vergentes, omnia ad ſe trahant, & contempto Ordinum & Senatus ſui conſenſu, ex ſeſe pariant: id eſt, ex arbitrio proprio & imperio mero cuncta adminiſtrēt Id populi ægrè ſubindè ferentes, & ipſi moliuntur caput aliquod rerum ex ſeſe creare & extollere. Ea res ex occulta ſolicitatione nobilium & procerum ferè initia ſumit, quibus conuenientibus, dùm populi ſolicitatio tentatur, ex ea tumor quidam rerum (per Typhonis infantiam ſignificatus) ſequitur. Atque iſte rerum ſtatus ab inſita plebis prauitate, & natura maligna (ſerpente Regibus infeſtiſſimo) nutricatur. Defectione autem viribus coalitâ, poſtremò res in apertam rebellionem erumpit; quæ, quia infinita mala & Regibus, & populis infligit, ſub dira illius Typhonis effigie repræſentatur, in qua centum capita, ob diuiſas poteſtates; ora flammantia, ob incendia; anguium cingula, ob peſtilentias (præſertim in obſidionibus,) manûs ferreæ, ob cædes; vngues aquilini, ob rapinas; corpus plumis contectum, ob perpetuos rumores, & nuncios, & trepidationes, & huiuſmodi. Atque interdum rebelliones iſtæ tam prænalidæ ſunt, vt Reges cogantur, tanquam à rebellibus tranſportati, relictis regni ſedibus, & vrbibus primarijs, vires contrahere, & in remotam aliquam, & obſcuram prouinciam ditionis ſuæ ſe recipere, neruis, & pecuniarum, & Maieſtatis acciſis: ſed tamen non ita multò poſt fortunam prudenter tolerantes, virtute & induſtriâ Mercurij neruos recipiunt, hoc eſt, affabiles facti, & per edicta prudentia, & ſermones benignos, reconciliatis ſubditorum animis, & voluntatibus, ſubindè alacritatem ad impenſas conferendas, & nouum auctoritatis vigorem excitant. Nihilominùs prudentes & cauti aleam fortunæ tentare plerumque nolunt, & à pugna abſtinent, ſed tamen operam dant, vt aliquô facinore memorabili exiſtimationem rebellium frangant. Quod ſi ex voto ſuccedat, illi vulneris accepti conſcij, & rerum ſuarum trepidi, primò ad fractas, & inanes minas veluti ſerpentûm ſibilos ſe vertunt.

Monſtruoſa Typhonis effigies.

Hæc fabula politicæ documenta continet.

Dein-

Deindè rebus deſperatis fugam capeſſunt. Atque tùm demùm, poſtquàm ruere incipiunt, tutum tempeſtiuumq; Regibus eſt, copijs & vniuerſâ mole regni, tanquam Æthnæ monte, eos perſequi & opprimere.

Conſectaria politica.

EX his patet, omnes qualeſcunque tandem illi ſint ſtatus, mutationibus obnoxios eſſe; vti enim ſummæ contrarietati expoſiti ſunt, ita continuô quoque rancore, æmulatione, inuidiâ, ſuſpicione, & ambitione laborant, continuis ardent odijs, inſidijs, proditionibus, bellis, offenſis; inibi deſtructio alterius, cedit in augmentum & conſeruationem propriam; inſtrumenta, ex quibus conſtruuntur ſtabilimenta quietis, ita ſunt ſubtilia, ita delicata; vt, dùm varijs ſubijciuntur euentibus; dùm occultis cauſarum catenis connexa ſunt, periculoſis ad hæc improuiſiſque occaſionibus ſubſtant, fieri non poſſit, vt non varias humanæ conditionis ſortes experiantur. Quantas Rerumpublicarum mutationes, quot Regnorum euerſiones, Imperiorum deſtructiones, Monarchiarum ruinas, nouimus, accidiſſe? Quis Principum adeò felix eſt, vt diſcordias, & τεχνάζματα vicinorum Principum, inſidias remotorum euadat? quis à factionibus potentum, à coniurationibus ſubditorum, à pernicioſiſſimis populi ſeditionibus, à diſcordijs cognatorum, ab infidelitate gubernatorum regni, à perfidiâ principum militiæ, ab ipſorum militum rebellione, ab inuaſione exterarum & barbarum gentium inundatione ſe immunem exhibeat? ſi potentiâ, robore munitus fuerit, plures contra ſe veluti factô agmine, concitabit; ſi inferior, exteri Principes in auxiliares manûs inuocati, demptâ libertate, mox eum ſui iuris ſubijcient; ſi debilis, vel primô ictu conuulſus, viribuſque potentiorum in vltimum calamitatis barathrum præcipitatus, omnium bonorum iacturam faciet. Solus itaque is beati titulo exiſtimabitur Princeps, qui bonitate cauſæ fretus, iuſtitiâ armatus, religionis ardente zelo impulſus, ſua, ſummâ intentionis ſinceritate & rectitudine, omni paſſionis impetu liber & ſolutus adminiſtrârit. Hôc pactô hiſcè medijs Iſis infirma cœteroquin ac imbecillis fœmina, Gygantæam Typhonis immanitatem, Titanumque atrociſſimas machinationes eluſit, proſtrauit, ac regnum penè extinctum ſuæ integritati reſtituit.

Principes expoſiti ad infœliciſſimos euentus.

CAPVT IV.

Ex Mundorum diſpoſitione, & ſubordinatione Aegyptij Rempublicam ſuam adminiſtrabant, & hac vnicà ratione illud perpetuò ſtabiliri poſſe contendebant.

AEgyptij profundiſſimis animi contemplationibus aſſueti, cùm admirandum quendam rerum ordinem in trium Mundorum, Archetypi, Angelici, & Senſibilis huius Mundi ex aſtrorum orbibus, & elementorum

torum quaternione conſtituti ſeriebus eluceſcentem aduerterent; illud ceu vnicum & oportunum politicæ gubernationis exemplar ob oculos ſibi propoſitum crediderunt. Supremum enim omnium Numinum Numen, Archetypus, inquam, ſeu idealis Mundus,dùm Vniuerſum tantâ legum æquitate gubernat, tantâ prouidentiâ diſponit, tantô amore & benignitate conſeruat; quid aliud nobis exhibet, niſi veluti quoddam Monarchici ſtatus abſolutiſſimum exemplar? Quid Genialis,ſiue Angelicus Mundus, in tot claſſes diſtributus, in tam varia munia & miniſteria diſtinctus, tam admirabili ordinum diſpoſitione conſpicuus;in quo tametſi varij atque diſparati dominij, & ſubiectionis gradus ſint,omnes tamen hoc vnum ſatagere videntur, vt omnes vnâ voluntate, & ſcopô concatenati, in vniuerſi conſeruationem conſpirent. Quid, inquam, aliud nobis hoc ipſo, niſi Ariſtocraticæ politiæ ſtatus deſignatur? cuius tota felicitas eſt vnio & concordia optimatum; ſtabilimentum eius,boni communis in ſingulis cura & amor: quid denique ſenſibilis hæc Mundi machina,ex aſtrorum orbitis,elementorumque corruptibilium mobili & inſtabili miſcellâ compoſita, aliud nobis,niſi Democratici ſtatus,ſeu plebæi dominij ſtatum proponit, tantò periculoſiorem, quantò maiori mutationi, & factioſorũ hominum turbationi magis eum obnoxium videmus. Ægyptij itaq; hæc attentiùs conſiderantes, illum non immeritò ſtatum cõſeruationi aptiorẽ cenſuerunt, qui Archetypæ Monarchiæ ſimilior, & mutationibus minùs obnoxius foret; in qua cùm Angelici Spiritus vnius Monarchæ ſummi rerum Authoris nutui pareant,horum verò ſingulæ rerum creatarum in hoc ſenſibili Mundo claſſes,abſoluto & perfecto dominio ſubijciantur; ſummô ſtudiô incumbebant,vt ad hanc monarchicì ſtatus,veluti ad exemplar quoddam ſuam adornarent Monarchiam.

Deus perfectiſſimum Monarchici ſtatus exemplar.

Per vnitatem Angelici Mundi deſignatur fœlicitas politici ſtatus.

Per mobilitatem ſenſibilis mundi deſignatur democraticum dominium.

Monarchia perfectiſſimus ſtatus.

Quemadmodum enim in vno corpore phyſico, membrorum concordiâ & colligatione,actiones ſuas harmonicas mens exerit & perficit, vnoque ſpiritu, eadem membra colligat; haud ſecùs vnum imperium, dùm poteſtate vnius,vel plurium vnitorum in Republica regit, imperat, cuique prouidet, leges dicit, firmat concordiam, humanæque ſocietati neceſſaria exequitur, communicat commercia, actiones & amicitias conuenientibus præceptis, quæ vel natura, vel neceſſitas ſuadet, inuiolata conſeruat; pulcherrimam in hoc politico Mundo,Mundo vtrique paulò ante deſcripto prorſus analogo, harmoniam deducit; & ſicuti in fidibus, & tibijs atque cantu ipſo concentus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem immutatum ac diſcrepantem aures eruditæ ferre non poſſunt, ijſque concentus ex diſſimillimarum vocum moderatione, concors tamen efficitur & congruens; ita ex ſummis, infimis, inedijs, interiectis ordinibus ac ſonis, moderatâ ratione ciuitas conſenſu diſſimillimorum conſiſtit; & quæ harmonia à Muſicis dicitur in cantu, ea eſt in ciuitate, ſeu Republica,concordia,arctiſſimum atque optimum omni in Republica incolumitatis vinculum, quod ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poteſt: iuſtitia autem, niſi ab authoritate alicuius, qui ſupremam habeat poteſtatem dependeat, ſuum effectum, conſequi non poteſt. Quot verò ſunt

Quod eſt mens in corpore, eſt Monarcha in populis.

Harmonia politica.

Rei-

Reipublicæ ſpecies, tot debent eſſe ſupremæ poteſtates, in vnaquaque vna, ſicuti in vnoquoque corpore phyſico vna, quæ imperat anima, vna vitalium operationum, per totum corpus diffuſarum moderatrix, non duæ; in Mundo vnus Deus, qui ineffabili ſuâ prouidentiâ omnia in eo, concentu moderatur & dirigit; duas autem in Republica poteſtates eſſe ſupremas, æquali potentiâ & imperiô res adminiſtrantes, fieri non poteſt; cùm ſupremum in ſuo ordine, priorem non admittat, niſi ſubordinetur ad aliquid; ſi duas conſtituas, iam diſſonantia politici corporis in foribus eſt, dùm ciuili corpore diuiſo, ex vna duæ, vt ſint Reſpublicæ, neceſſe ſit. Nec obſtat ſupremam poteſtatem adminiſtratores, diſtributoreſque admittere plures; hi enim non ſupremam, ſed vnam omnes, vt in Ariſtocratia atque Democratia fit, habent poteſtatem; in Monarchia verò penes vnum rerum omnium poteſtas eſt, à quo reliqui, qui ſub eo Rempublicam, principatum, vel regnum per partes ſibi creditas moderantur, pendent; ſuamque Rex per præpoſitorum miniſteria, non ſecùs ac vis animæ per totum corpus diffuſaque membra, veluti per inſtrumenta quædam, ſuam exercet authoritatem; ſicuti harmonia in hoc vnico conſiſtit, vt vna chorda aut fiſtula ſemper grauiùs aut acutiùs, & acutiùs ἁρτίτως ſiue tonatim ſonet, ex quarum denique artificioſo ſymphoniſmo intenta melodia naſcatur.

In Republica vnitas amari debet.

Hinc ſummus ille rerum Harmoſta, mox ac magnum illud Mundi ſyſtema harmonicum ineffabili quâdam regiſtrorum varietate condidiſſet, veluti Archichoragus, ſingulis quibuſque creaturis, cœlis, elementis, animalibus, arboribus, frondibus, & fluminibus, reliquiſque, quæ fecit, operibus, proprios ſui generis principes & choragos conſtituit. Spectamus huius rei neceſſitatem in omnibus penè rerum naturalium claſſibus; homo dùm naſcitur, ne pereat, alio, qui ipſum dirigat, indiget; omnia animalia vnus regit homo; hominem ipſum in eo diuinior pars anima, in ipſa anima duæ partes, iraſcibilis & concupiſcibilis rationis dictamini ſubijci debent. Inter membra corporis, vnum eſt præcipuum, cuius arbitrio omnia reliqua mouentur, ſiue illud ſit caput, ſiue vt alij, cerebro cognatum cor: hoc pacto Angelis Angelum Principem, ſpiritibus Spiritum, ſideribus ſidus, Dæmonem dæmonibus, auibus auem, beſtiam beſtijs, ſerpentem ſerpentibus, piſcem piſcibus, hominibus præfecit hominem, qui eſt Verbum incarnatum Chriſtus IESVS. Sitque adeò imperare, regere, ſubijci, regi, & gubernari iuris naturæ, diuinoque & humano gentium, & ciuili prorſus conſentaneum. Certè cùm mira hæc Mundi diuerſitas ex quatuor elementis, contrariarum qualitatum ſpiritualium, corporaliumque rerum ſubſtantijs conſtet, niſi is certa ſubordinationi harmonia & ſymmetria colligaretur, certiſque legibus ſubiectionis reui miniſque temperaretur, pulcherrimum Mundi harmonicum corpus perfeconſumi neceſſe foret; nec enim poſſent partes tam diuerſæ in opera ſua uerare, ſi ſingulæ per ſe promiſcuo & indifferenti regimi ctuâ diſcordiâ perficerent, quin poteſtas poteſtati æquali occurrens, p quæ regere non & irreconſiliabili diſſidio omnia poſſideret, alienao Ordo nouit, nec conueniunt, in ſuam perniciem vſurpar

Politicus ſtatus imago gubernantis Dei.

Exemplum rerum naturalium.

Ordo Mundo necessarius.

Ordo itaque in omnibus necessarius est, vt pulchrè Bonifacius relatus à Gratiano: Ab hoc, inquit, dispensationis diuinæ consilio, gradus diuersos & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potentioribus exhiberent, & potentes minoribus dilectionem impenderent; vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas aliâ poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret: quia verò quæque creatura in vna eademque qualitate gubernari, vel viuere non potest, cœlestium militiarum exemplum nos instruit, quia dùm sunt Angeli, sunt & Archangeli, qui quidem non sunt æquales, sed in potestate & ordine, sicuti notum, differt alter ab altero: sicuti enim, vt suprà quoque dictum est, ex diuersi toni fidibus, melodia nascitur suauissima, ita societas in Republica imperantium & obedientium; diuitum, pauperum; nobilium, plebeiorum; doctorum, artificum, & id genus diuersorum graduum, personarum, statuum efficitur pulcher quidam concentus, concordia laudabilis, felix, & penè diuina. Quod enim vni voci deest, ex alia suppletur, & quod vni deest, ab alia communicatur; neque enim bona harmonia nasci potest ex vnius toni chordis, vel ex instrumento, cuius omnes in vnisonum extensæ sunt fides. Ita Respublica consistere minimè posset, si omnes essent æquales; apparet harmonica hæc æqualitas ex ipsis diuersis statibus, quibus Diuina prouidentia homines constituit, dùm alium summum Sapientiæ apicem attingere; alium omni virtutum genere refertum; alium nullo animi ornamento præditum esse; alium item ad summum dignitatis apicem, alium ad incitas & infimam paupertatem depressum, alium abundare, egere alium, alium diuitem, pauperem alium, alium perpetuis delicijs opumque affluentia gaudere, alium perpetuis laboribus vitam miserabilem agere, videmus. Cur itaque bonitas Dei non omnes æqualis conditionis fecit? Hanc, inquam, mortalium sortem nobis obijciunt ij, qui omnem prouidentiam impiè negantes, omnia casu euenire arbitrantur; Quæro ego ex ipsis contra, Cur ipse Opifex non fecerit omnia animalia Angelos, aut omnes planetas Solem, siue omnia membra oculos? Si enim omnes artus essent oculi, vbi manûs, vbi pedes, vbi os, stomachus, aliaque membra corpori necessaria? Et si omnes planetæ, Sol, vbi Luna, suscipiens siderum genituram, vt nobis partum edat? vbi Mars roborans, Iuppiter æquans, Mercurius acuens, Saturnus consolidans, Venus amore connectens? Et si omnia animalia Angeli, vbi homo peculiaris imago Dei? vbi equi ipsum portantes? vbi boues & oues humani victus ministri, imò cibus? vbi animalia, & iumenta, quæ ad mundi ornatum, & hominis seruitium producta sunt. Sicuti igitur non est consonantia, si quilibet neruus instrumenti esset nete aut hypate, mese aut paramese, vel quodcunque huiusmodi ἰσόφωνον, cùm ex paribus disparibusque chordis aut vocibus, prout harmonia Mundi requirit, consonantia generetur; si enim omnes Doctores, Sapientes, Principes, diuites essent, mundũ perire necesse foret. In hac igitur diuersitate ingeniorum, professionum, in hoc diuer-

Diuinæ prouidentiæ vis in diuersis statibus hominum.

Mira distributio rerum in Mundo.

so for-

so fortunæ iactu, politici Mundi symphonismus primariò consistit, & sicut in humani corporis structura, diuersa membra diuersis officijs destinata in bonum vnum, bonamque conseruationem indiuidui conspirant, ita & diuersa politici Mundi membra in Reipublicæ salutem, concordiæque conseruationem conspirare debent; quocirca totius humani generis pulchritudo in indiuiduorum varietate est, quæ diuersissima summus moderator, in vnius mystici corporis, sub Christo παρθεσιν, harmoniam traxit. Quæ consonantia & Mundi, & politici corporis tantâ elegantiâ ac suauitate conducta est, vt nulla perfectior inueniri queat. Harmonia, status politici

His igitur natura differentibus, assignata sunt dona varia, vnicuiq; iuxta propriam virtutem & dispositionem, quibus etiam præmia redduntur secundùm opera ipsorum, proportione geometricâ, vt quæ sit proportio munerum ad munera, & meritorum ad merita, eadem sit proportio præmiorum ad præmia, atq; hâc proportione non Deus duntaxat reddet, singulis præmia, sed & Respublica ciuilis; quæ mundani, imo archetypi mundi imago quædam est, gubernationem suam instituit.

Quoniam verò vt ad Ægyptios reuertamur, maximi in benè beatèq; instituendæ Monarchiæ ratione, momenti est, archetypam rationem continuò ob oculos positam expendere, atque hinc iuxtà intentam analogiam corpus politicum formare & elaborare. Ægyptij huius tam diuinæ artis minimè ignari, statim à primis nascentis imperij incunabulis, vniuersam Ægypti Monarchiam, ad totius vniuersi normam & ideam, in certos quosdam Nomos seu Curias, aut præfecturas mysticâ quâdam & arcanâ ratione, vti in præcedentibus dictum est, diuiserunt; quibus singulis totidem ex Optimatibus sacerdotes, religione & sapientiâ conspicuos, qui à nutu, & arbitrio Regis Monarchæ dependerent, præfecerunt; quorum officium erat, populum, cui præerant, in cultu Deorum instruere, sacrificiorum ritus & cœrimonias in Geniorum, qui præfecturis præerant, placatione, sine qua Regnum consistere non posset, inuiolabili vigore seruandas edocere; summô rigore in mores degeneres animaduertere; milites ad patriæ defensionem; agricolas ad agrorum, camporumque, humanæ vitæ perneccessariam culturam; opifices ad ciuitatum templorumque ornatum, ad ciuili denique necessitati, pro artis vnicuique propriæ conditione, subueniendum excitare; omnes eos, qui rem suam præclariùs egissent, oblatis præmijs honorare; denique quotannis Regi de cunctis gubernationi eorum subiectis ritè administratis rationem reddere. Sic fiebat, vt regnum, Sacerdotum operâ, quibus solis ad regni successionem aditus esset, summô amoris affectu, vnanimique omnium conspiratione administratum, in perpetuo vigore consisteret. Porrò vniuscuiusque Nomi præsidem Genium cognoscere & explorare discebant; quem cognitum, per rerum species ei analogas, sacrarumque sculpturarum apparatum, ita se flectere posse credebant; vt dùm particulari inclinatione in commissi sibi Nomi curam & tutelam sese impendit, regnũ non tàm humanâ, quàm Deorum immortalium prouidentiâ administratum, sine vllo externæ inuasionis metu, seipso consisteret; adeòque non priMonarchia Ægyptiorum ad Vniuersi normam conformata.

ta tantùm ſingulorum Nomorum templa, ſed tota Ægyptus ſtatuis ſupernarum mentium conſpicuis, veluti totidem aris, Archetypi & Genialis Mundi templum exactiſſimè exhiberet ; in quibus continuis ſacrificijs, hymnis, precibuſq; pro ſalute patriæ,& pro cõmunium calamitatum procellis auertendis Numina ſollicitabantur ; ſiquidem nihil religione habebant antiquius, nulla res ardentiùs in ſacris libris ijs inculcabatur ; qua ſtante, ſtare regnum, Genios naturali amore ad id conſeruandum ſuccurrere ; quâ per improbos mores vacillante regnum diù conſiſtere non poſſe, atque adeò Genios regni ſibi commiſſi tutelam curamque prorſùs deſerere opinabantur ; quo facto, quid regnum Geniorum præſidio deſtitutum, aliud, niſi vltimum exterminium expectare poterat.

Conſectarium primum politicum.

Cur ſubditi naturaliter timeant principes ſuos?

PAtet hinc horrendarum nullo non tempore in Imperiorum ſtatuumque mutatione cataſtrapharum cauſa. Nonnè Rex homo eſt cæteris hominibus ſimilis ? Videmus tamen omnes ei ſe ſummâ reuerentiâ & timore ſubijcere, quod quidem fieri nullâ ratione poſſet, niſi Deus illi timoris ſui characterem impreſſiſſet, quô Principi ſignato euectoque, cæteri timore quodam reuerentiali, & occultâ quâdam vi compulſi, ſubſint. Quod totum per principatuum illorum, ſupremorum Principum ordinem exequitur. Quod ſi verò per indignam, ſceleribuſque contaminatam vitam ſibi Reges, Principeſque tùm Dei, tùm Principatuum influxui obicem poſuerint, ecce protinùs, veluti per peccata publica deleto in Principe characte timoris Dei, populus à conſono in diſſonum deflectitur, rebelliones mouentur, iugique Principis tanquam characte timoris Dei indigni, fit abiectio : vt proindè mutationes imperiorum, regnorumque tranſlationes, principatuum, rerumque publicarum extirpationes, aliam, quàm diximus, originem non habeant ; meminerit igitur Princeps ita vitam ſuam inſtituere, ita iuſtitiam & pietatem colere, vt principatus ſiue præſides Archangelos ſemper ſibi propitios inueniat ; vtpotè, ſine quorum perpetuâ tutelâ & aſſiſtentiâ nec regnum, nec regnator ſubſiſtere queant. Eâdem cauſâ Deus animalibus etiam ferociſſimis characterem amoris impreſſit, vt videlicet homini, propter quem condita erant, ſubeſſent, eique obedirent. Videmus debiliorem robore puerum, vel ingentem Elephantum, ferociſſimumque Leonem manuducere, regere, verberibus, & quocunque voluerit imperioſè ducere ; belluamque ei in omnibus obedire, eidem ſe in omnibus ſubmittendo. Certè non alia de cauſa, niſi quòd ordinis ratio præſcribat, & quia homini, character timoris Dei impreſſus, omnia eidem ſubeſſe cogit. Eadem in ordine animalium ſpectantur; quod enim vnum animal aliud timeat, etſi robore & magnitudine multò eô inferius (vt Elephas arietem, gallum Leo) cauſa eſt, quod ſub præſididio ſint ordinis altioris, characteremque principatus gerant, quem inferiora naturali inſtinctu, dùm cognoſcunt, reuerentur ; vides igitur quàm omnia mirabili nexu coniuncta conſonent.

Vndè ruinæ & translationes regnorũ & imperiorũ.

Cur ferociſſimæ quæuis belluæ homini ſponte ſe, ſubmittant ?

nent. Relucet & hic concentus vel in ipsis fortuitis rebus (si tamen aliquid in rerum natura fortuitum & casuale dici potest) vt cum tempore Pauli V. Pontificis, Aquila vinculis soluta auolando paulò ante dicti Pontificis electionem Draconis imagini, quam Burghesiorum gentilitia insignia continent, insidens, ex eadem familia Pontificis electionem designauit ; voluit enim vt nonnullis in mentem venit , Deus per Angelos principatus, principis volucris augurio , principatum orbis indicare . Nonne etiam in admirationem trahit, quod accidit etiam Vrbano huius nominis Octauo ? Nam dùm Cardinales de eligendo Pontifice tractabant in conclaui ; super tectum cubiculi Maffei Barberini inuentum est examen apum, hoc est stemma Barberinæ familiæ, perindè acsi eius apes gentilitiæ ad supremum fastigium priùs designassent Cardinalem Maffeum, quem Patres purpurati adorarent Vrbanum . Quia verò principatus terrenus dissonus ex se est, & deformis, nisi consonus sit in seipso , & cum alijs, & per hanc consonantiam decorem & pulchritudinem acquirat ; ideò superiorum ministerium, Principi necessarium est , & hoc virtutum efficit ordo , quarum fauore comparatâ constantiâ ac robore, fortes contra vitiorum voluptatumque irritamenta efficimur . Sed vt & contra has aëreas potestates inuidiâ & malitiâ plenas præualeamus , supercœlestium diuinarumque Potestatum præsidium nobis necessarium est ; ne etiam mundanis affectibus præpediamur; sed illos appetitui rationali harmonicè subijcientes, dominemur nobisipsis, Dominationum assistentia nobis erat necessaria. Omnium itaque inferiorum obtento dominio, restat, vt ad Deum conuersi ipsi soli vacemus : quod fit, si memoriam supercœlestium, per Thronorum subsidium, retineamus, eademque Cherubicâ illustratione contemplemur, donec cognato tandem parentique summo, Monadi diuinæ per ardorem Seraphicum vniamur ; vndè quemadmodum per Angelicos gradûs Opifex rerum in nos suâ virtute descendit , sic & per eosdem ad ipsum, à quo processimus, redeamus, veluti per quosdam virtutum gradus, quorum primus rationalis naturæ gradus, per sensus nos coniungit Angelis, imaginatio Archangelis, timor Virtutibus, Potestatibus dolor de peccatis, ratio Principatibus, vt enim hæ Spiritibus , ita ratio sensibus, & affectibus præest ; amor Dominationibus, Thronis intellectus, Cherubinis intelligentia, spes denique vniat Seraphinis, hi enim proximè conducunt ad Deum, qui est spes omnium finium terræ .

Euentus mirus in electione Pauli V. Pontificis.

Portentū circa electionē Vrbani Octaui.

Quid Virtutes influant in homines ?

Potestatum influxus.

Dominationū influxus.

Vides igitur, vt Ministri hi Ordines, Harmostæ summo tribunali assistentes, vt fidi sint , omnia in consonantiam cum Principe eorum deducere satagunt ; præueniunt enim coniuncti psallentibus, & ipsi ἁρμονιάζοντες tanquam cœlestis Odœi modulatores, omnes chordas vocesque in summo illo Dei monochordo adaptantes , vt illud reddant concinnum suauissimumque, vt si quæ sint inutiles fides, vel moduli dissentientes, eas abijciant, rescindant, reprobentque, ne in mundano , cœlesti , vel humano polychordo aliquid dissonum reperiatur ; gaudent itaque omnia mouente patre, teste Dionysio, à Deo siquidem moti mouent orbem , & ipsi corpora nostra, cœteraque inferiora ad eam consonantiam disponunt, quam iubet ipse primus rerum omnium Motor.

Angeli cœlestis Odæi modulatores .

Conſectarium ſecundum politicum.

PAtet hinc vana quorundam de grege Epicuri porcorum præſumptio, qui pernitioſo eiuſdem dogmate, veluti temulenti atque in tranſuerſum acti, ad ἀπάθειαν quandam, mortalium animos redigere ſatagebant; cùm enim animaduerterent duos eſſe præcipuos huius orbis Tyrannos atque carnifices, ſpem ſcilicet & metum, vt pacarent hominum mentes, iam omni excuſſo Numinis metu (cui dùm alligantur, putant, quietas eſſe non poſſe) conati ſunt rerum omnium, quæ quotidiè ſpectarentur, naturales reddere rationes, atque ex vno cœlo, per intermedias claſſes, fatorum neceſſitatem demonſtrare; quibus ne aſſentiamur temerè, purioris philoſophiæ Antiſtites monent; atque ipſa Veritas, ſeu Chriſti viua doctrina præmonſtrat. Quanquam ex abundanti eiuſdem bonitatis ſinu, illa etiam conteſtantur, quæ quidem ſenſibus obuia, præter tamen communem naturæ curſum, quàm rariſſimè fiunt. His enim oſtenditur, Deum penes ſe alium habere ordinem prouidentiæ ſuæ nobis occultum, cui ſæpè conſentit Ordinis characteriſmus mundanis rebus infuſus, ſæpè plurimùm diſcrepat propter hominum neceſſitatem, atque vt diuinæ gloriæ maieſtas libera, nullis naturæ vinculis alligata, nullis circumſepta carceribus, demonſtretur. Neque verò à bono ſummo præter bonum aliquid fieri, aut dimanare credibile eſt, cùm ſit circulus bonus, à bono in bonum perpetuò reuolutus, etſi ea, quæ ſæpè obtingunt, pro meritis noſtris, mala & triſtia vulgus exiſtimet; non inferunt Dî nobis iniurias (vt Iamblichus ait) ſed iuſta ſupplicia, quæ tamen finem optimum ſpectant, & multa nos latent peccata, quæ Deos minimè latent; Deus quoque quid iuſtum ſit, aliter ſæpè perpendit, ad vnam animam ſpectans; aliter ad totam cognationem animarum, & bonum Vniuerſi. Quin etiam à totis Mundi partibus (vt verbis illius vtar) deſcendit per membra ſingula quædam actio multiformis; deſcenditque facillimè propter potentiarum ſimilitudinem inter agens & patiens, vt corporis ſola neceſſitate contingat, quæ quidem in totis bona fuerant & ſalutaria, atque harmoniæ Vniuerſi conſona, ſæpè tamen ex delapſu in hac vel illa parte corrumpi, vel quia delegatricis facultatis impetum ſuſtinere non poſſunt, vel propter commiſtionem inferiùs accedentem, imbecillitatemque infimis naturalem; vel quia humana mens ſuperſtitione quadam, & metu panico perculſa, dùm inſolitum & ignotum ſibi effectum conſiderat, illum cauſæ omnis expertem opinatur; vel quia partes partibus, agentia principia paſsiuis proportionata non ſunt. Ita quæ in intellectu diuino ſpecies ſunt, ac puriſsimæ rationes, in Vniuerſi natura materialem quandam induunt deformitatem & ἀταξίαν, & quæ in totis vnita fuerunt, in ſingulis diſsident. Ex quibus conſtat, bona Deorum corrumpi aliàs materiæ vitio, aliàs per intermedios Duces vel Dæmones malos, quibus tamen nihil efficitur, niſi diuinitùs permittatur, niſi ſic mereamur. Habent ergò & cœli ſæpè, quod multis prodigijs conferant; atque vt prodigia res decernunt humanas, ita interdum & concurſus ſiderum ceu prodigioſarum

In vanitatem Aſtrologicam

Ordo alius immutabilis in mente diuina.

A bono nil niſi bonum.

Cur multa præter ordinem fieri videantur.

Mali ſpecies à materie proficiſci.

Quatuor impedimenta circa materiem.

rum rerum, & ſigna, & cauſæ à phyſicis memorantur : vt in Cometis, terræ motibus & monſtroſis partubus infinitis. Eâdemque ratione, quâ virtus diuina videtur falsò cauſa efficiens mali, de cœleſtium corporum poteſtate dici ſimiliter poſsit, etſi modo quodam inferiore : nam ſi quid ab illis durum aut calamitoſum videatur, omne id debetur materiæ receptrici.

Mala cœlitus non immitti nedum diuinitus.

Vndè nihil in hoc mundo adeò fortunatum eſſe poteſt, quod non in occultis diuinæ prouidentiæ penetralibus lateat reconditum ; itaque neque ſubitaneæ mirandarum rerum cataſtraphæ, improuiſi Principum caſus, familiarum extinctiones, barbarorum irruptiones, fatali cuidam neceſsitati ſubijci cenſeri debent; ſed ex occultis diuinæ rationis ſeminarijs originem ſuam vt plurimùm habere, vt D. Aug. lib. de ciuit. pulchrè probat, quiſquis vera Chriſtiani nominis profeſsione gloriatur, ſentire debet ; neque Deus, cuius natura bonitas eſt, tot malorum exorientium cauſa dicendus, cùm hæc omnia iam in deprauata humanæ voluntatis deliratione, Principum iniuſtitiâ & atrocitate, cœteriſque occultis delictis, ad tantam malorum iliadem paulatìm diſponentibus, præceſſerint; deſerit Deus Principes, qui ab ipſis deſertus eſt ; pœnas infligit, quia ad hoc faciendum prouocatur ; Præſides regnorum Angeli influxum conſeruatiuum ſuſpendunt, quia qui præſunt, obicem, ne influant, ponunt. Ceſſet itaque in animis multorum nimium implantata fatua illa de fatali neceſsitate opinio ; quod fiet, ſi & nos, & noſtra omnia diuino arbitrio abſque vlla vel perturbatione inſigni, vel futurorum varia ſollicitudine commiſerimus.

CAPVT V.

Hieroglyphicorum doctrina Imperij Aegyptiaci perpetuam felicitatem & conſeruationem magna ex parte reſpiciebat ; & cur tanto ſilentio eam ſuppreſſerint?

MIrantur multi, cur Ægyptij totam penè terram Ægypti innumeris, quà Obeliſcis, quà ſtatuis Deorum admirandâ arte conſtructis repêlrint. Legimus enim, in omnibus Ægypti limitibus, terrarumque exterarum confinijs potiſsimùm ſimulachra huiuſmodi fuiſſe poſita, cuius myſterium vt intelligatur

Sciendum eſt, Hieroglyphicam doctrinam non tantùm rerum ſublimium, altiſsimarumque de Deo, de Angelis, de Mundi diſpoſitione, ſignificatiuam fuiſſe, ſed præterea apoteleſmaticam, id eſt, miros quoſdam effectus in attractione Geniorum præſtitiſſe ; hiſce enim ſculpturis tùm ad naturæ, tùm ad mundorum idealium exemplar & prototypon ſummô ingeniô fabricatis, fieri non poſſe credebant, vt Numina & Genij conſimilibus, appropriatis, & naturæ eorum congruentibus ſymbolis allecti, ſacrificijs potiſsimùm & expiationibus ſacris accedentibus, ſuis prouocatoribus ad regnum, ab aduerſis poteſtatibus defendendum, non ſubuenirent.

Doctrina contenta in Obeliſcis eſt multa ex parte apoteleſmatica.

rent. Hinc Obeliſci non tantùm ſacræ doctrinæ ſchemata, ſed veluti apoteleſmata, ſeu efficaciſſima quædam Amuleta habebantur; auerruncam aduerſus Agathodæmonum Antidæmonas vim obtinentia; idem de ſimulachris Numinum hieroglyphicis nullo non Ægypti loco conſpicua, fieri credebant; de quibus fuſiſsimè in tertio Tomo.

Cur Ægyptij doctrinam & ritus ſacros tanto ſilentio ſuppreſſerint?

Cur verò tantô ſilentiô tùm ipſam doctrinam, tùm ritus & cœrimonias, nonniſi in ſubterraneis adytorum antris celebrari ſolitas, ſuppreſſerint? Cur non niſi Sacerdotibus, eorumque ſucceſſioni notas voluerint, cauſa eſt, quòd timerent, ne, ſi Geniorum nomina, cœrimoniaſque in ijs placandis adhibendas propalarent, exteri populi ijſdem ritibus, & cœrimonijs facilè in ſuas eos partes traherent, aut oppoſitis, Antitechnos Dæmonas in regni ruinam ſollicitantes, Ægyptum Numinibus ſuis viduatam, in vltimum deducerent exitium. Nouerant hoc Græci & Romani, quorum vtraque Natio Ægyptiorum ſimia, ſummô ſemper ſtudio cauit, ne tùm Athenienſis, tùm Romanæ Vrbis tutelaris Genij nomen, vlli præterquam ijs, quibus ratione officij, ad eidem quotannis (vel quoties publica, ob repentinam quandam exorientem calamitatem neceſſitas id exigebat) ſua vota nuncupanda, ſolennia celebranda, nomenq; eius tacitè inuocandum, incumbebat, pateret; ad ſilentium autem hoc Numinis promulgandi iureiurando ſeuerè alligabantur, quòd ſi quis ſacrilegâ propalatione fidem datam violaſſet, nonniſi atrociſſimâ morte delictum expiandum arbitrabantur, non ob aliam, niſi quam dixi, cauſam. Vide, quæ de hiſcè alibi paſsim in hoc opere copioſè tradidimus.

Græci & Romani Simiæ Ægyptiorum

Nomen Genij tutelaris Romæ occultum plebi.

Hinc ſingulis Nomis ſinguli Sacerdotes, non alij præfecti, ſuos particulares lociſque appropriatos Genios, ijs, qui ad Sacerdotium ſeligebantur, aſſeclis, colebant; ibidem arcanis cœrimonijs pro ſalute populi, pro vbertate terræ, pro regni incolumitate operam dantes. Quæcunque hucuſque dicta ſunt, adeò clarè exponit Hermes in Aſclepio, vt nihil ad dictorum hucuſque confirmationem aptiùs adferri poſſit; ſic enim loquitur in citato libro: *Minùs autem miranda, etſi miranda ſunt, quæ de homine dicta ſunt: ſed omnium mirabilium vincit admirationem, quod homo potuit inuenire naturam, eamq; efficere. Quoniam ergò proaui noſtri multum errabant contra rationem Deorum increduli, & non animaduertentes ad cultum, religionemq; diuinam, inuenerunt artem, quâ Deos efficerent: cui inuentæ adiunxerunt virtutem de Mundi natura conuenientem, eamq; miſcentes; & quoniam animas facere non poterant, euocantes animas dæmonum vel angelorum, eas indiderunt imaginibus ſuis, diuiniſq; myſterijs, per quas ſola idola, & benefaciendi, & malefaciendi vires habere potuiſſent. Auus enim tuus, ò Aſclepi, medicinæ primus inuentor, cui templum conſecratum eſt in monte Libyæ, circà littus Crocodilorum, in quo eius iacet mundanus homo, id eſt, corpus, reliquus enim vel potiùs totus, ſi eſt homo, totus in ſenſu vitæ melior, remeauit in cœlum; omnia etiam nunc adiumenta hominibus præſtans infirmis numine ſuo, quæ ante ſolebat Medicinæ arte præbere. Hermes, cuius nomine auitum mihi nomen eſt, ſibi cognomen patrium conſiſtens, omnes mortales vndique venientes adiuuat, atque conſeruat. Iſim verò & Oſirim, quam multa bona præſtare propitia, tantum obeſſe ſcimus irata. Terrenis*

Hermes in Aſclepio.

Templum erectum in honorem Aſclepij Medicinæ inuentoris.

enim

enim Dijs atque mundanis facilè est irasci, vtpotè qui sint ab hominibus facti atque compositi, extraq; naturam. Vndè contingit ab Ægyptijs hæc sancta animalia nuncupari, & per singulas ciuitates coli eorum animas, quorum sunt consecratæ viuentes, ita vt eorum legibus incolantur, & eorum nominibus nuncupentur. Per hanc causam, ò Asclepi, quæ alijs colenda videntur atque veneranda, apud alios dissimiliter habentur, ac propterea bellis se lacessere Ægyptiorum ciuitates solent. ASCLEP. *Et horum, Trismegiste, Deorum, qui terreni habentur, cuiusmodi est qualitas?* TRISM. *Constat, ò Asclepi, de herbis, de lapidibus, & aromatibus, vim diuinitatis naturalem habentibus in se, & propter hanc causam sacrificijs frequentibus oblectantur, hymnis, & laudibus, & dulcissimis sonis, in moduni cœlestis harmoniæ concinentibus, vt istud quod est cœlesti vsu & frequentatione illectum in idola, possit latum humanitas patiens longa durare per tempora, sic Deorum autor est homo. Et ne putes fortuitos effectus esse terrenorum Deorum, ò Asclepi, Dij cœlestes inhabitant summa cœlestia, vnusquisq; per ordinem, quem accepit, compleus, atque custodiens. Hi verò nostri sigillatim quædam curantes, quædam præuidentes, quædam sortibus & diuinatione prædicentes, his pro modo subuenientes humanis, quasi amicâ cognatione auxiliantur. Species verò Deorum, quas couformat humanitas ex natura vtraque conformata est, ex diuina, quæ est prior multoq; diuinior, & ex ea, quæ intra homines est, id est, ex materia, quâ fuerunt procreatæ vel fabricatæ: & non solùm capitibus solis, sed membris omnibus, totoq; corpore configurantur. Ita humanitas semper vicina naturæ, & origini suæ in illa diuinitatis imitatione perseuerat, vt sicut Deus ac Dominus, vt sui similes essent, Deos fecit æternos, ita humanitas Deos suos, ex sui vultus similitudine figuraret.* ASCLEP. *Statuas dicis ò Trismegiste?* TRISM. *Statuas, ò Asclepi. Videsne quatenus tu ipse diffidas, statuas animatas sensu & spiritu plenas, tanta & talia facientes, statuas futurorum præscias, easq; fortè vates omnes somnijs, multisq; alijs rebus prædicentes, imbecillitatesq; hominibus facientes, easq; curantes, tristitiamq; pro meritis. An ignoras, ò Asclepi, quòd Ægyptus imago sit cœli, aut quod est verius, translatio & descensio omnium, quæ gubernantur, atque exercentur in cœlo? Et si dicendum est, verius terra nostra totius Mundi est templum. Et quoniam præscire cuncta prudentes decet, istud vos ignorare fas non est. Futurum tempus est, cùm appareat Ægyptios incassum piâ mente diuinitatem sedulâ religione seruasse, & omnis eorum sancta veneratio in irritum casura frustrabitur. E terris enim ad cœlum est recursura diuinitas, linquetur Ægyptus, terraq;, quæ fuit diuinitatis sedes, religione viduatâ, numinum præsentiâ destituetur. Alienigenis enim regionem istam, terramq; complentibus, non solùm neglectus religionum, sed quod est durius, quasi de legibus à religione, pietate, cultuque diuino statuetur proscriptâ pœnâ, prohibitio. Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum erit mortuorumque plenissima. O Ægypte, Ægypte, religionum tuarum solæ supererunt fabulæ, & æquè incredibiles posteris suis, solaque supererunt verba lapidibus incisa, tua pia facta narrantibus, & inhabitabit Ægyptum Syrus, aut Indus, aut aliquis talis. Diuinitas enim repetet cœlum, deserti homines toti morientur, atque ita Ægyptus Deo & homine viduata deseretur. Te verò appello sanctissimum flumen, tibique futura prædico, torrenti sanguine plenus ad ripas vsque erumpes, vndæque diuinæ non*

Quomodo Dij compellantur in Idola.

Quomodo Homo Deorum author.

Ægyptus imago cœli & templum mundi.

næ non ſolùm polluentur ſanguine, ſed totæ rumpentur, & viuis multò maior, erit numerus ſepultorum, ſuperſtes verò qui erit, lingua ſola cognoſcetur Ægyptius, actibus verò videbitur alienus. Hactenus Hermes. Quæ quidem adeò luculenter iam ſuprà memoratis congruunt, vt fuſiùs ea exponere ſuperuacaneum exiſtimem.

CAPVT VI.

Oſiris, Iſis, Horus, Typhon, moralis Philoſophiæ hieroglyphica expreſsio eſt.

Ariſt. lib. Ethic.

MOralis philoſophia, teſte Ariſtotele, tripliciter conſiderari poteſt; vel enim, reſpectum dicit ad homines priuatos, & mores formandos ſpectat, & ita dicitur ἠθικὴ: vel familiæ alicuius gubernandæ leges præſcribit, & hoc modo Oeconomia appellatur; vel denique Rempublicam ſeu communitatem aliquam ſpectat, & vocatur Politia: quæ tres partes Philoſophiæ iunctæ conſtituunt integrum illum & politicum κόσμον, ſeu mundum omnibus numeris abſolutiſſimum, vt rectè lib. 1. de Rep. Plato docet. Hinc pulchrô ſanè Syneſius diſcurſu monſtrat, hanc de Oſiride, Iſide, Horo, Typhone hiſtoriam Speculum quoddam eſſe moralis diſciplinæ omnibus propoſitum, vt in eo quid amplexandum nobis, quid fugiendum ſit, videamus. Sicut enim in maiori Mundo Solis & Lunæ inoffenſâ coniunctione & operatione omnia inferiora reguntur & ſuſtentantur, ita in politico Mundo iuxtà analogiam quandam Sol & Luna quædam datur, quorum vnanimi conſenſu, totum reliquum politicum corpus foueatur & ſuſtentetur: Solem verò hunc & Lunam in Philoſophia morali nihil aliud dicimus eſſe, quàm intellectûs & voluntatis concordiam per Oſiridem & Iſidem repræſentatam. Sicut etiam Oſiris ſeu Sol illuminando & calefaciendo, tùm reliquum inferiorem Mundum idoneum facit ad generationes: ſic intellectus illuminando voluntatem, ſeu Iſidem, eamque per veri boni repræſentationem ad amorem incitando, habilem reddit ad bonorum operum productionem. Ex quorum mutuâ concordiâ naſcitur Horus, verus ille Apollo, Muſicæ & harmonicarum proportionum inuentor, quo concinente, ſumma imis, ima ſummis, ima denique ac ſumma medijs, ſummâ vbique proportione reſpondentibus; hoc eſt, exteriores potentiæ interioribus ſubiectæ, appetitu ſenſitiuo rationali ſe conformante; ſeq; voluntate intellectui ſubijciente, reliquis potentijs in vnũ veluti conſentientibus, ac in bonũ vnanimiter intentis admirabilẽ quandam menti pacem, non malè per adiunctũ Apollinis cornucopiæ, floreſq; adumbratũ, parere comperiuntur. Cùm verò omnia in rebus humanis miſta ſint, & bona contemperata malis, atque, vt Homerus ſcripſit, duo in Iouis limine dolia, quorum diſpenſatorem, ac veluti inſtitorem non vnum credi par eſt, ſed duobus contrarijs principijs, & repugnantibus potentijs, erogari; quorum hæc dextrorſum recta prouehatur, ſiniſtrorſum illa obliquè feratur; fit vt harmonia illa Microcoſmi ſubindè tur-

Tres partes Ethicæ.

Plato lib. 2. de prouidentia.

Syneſius de prouidentia lib. 1.

Quid in Ethica Sol & Luna?

Horus & concordia & pax in politico Mundo.

turbetur, Osiris à Typhone occidatur, & dispersus in mare conijciatur; Isis lugeat, & simulatâ corporis eius inuentione in artus delusorió quodam simulachri figmentô restauret; hoc est, potentia rationalis ab appetitu sensitiuo & brutali, vero Typhonis symbolo, superetur, obnubileturque splendore luminis eius in brutorum affectuum caligine extincto. Verè enim tunc à Typhone Osiris occidi dicitur, cùm intellectus vanâ concupiscentiâ illectus, & à brutali appetitu victus, id quod legi naturæ, seu rectæ rationis dictamini è diametro contrarium faciendum esse iudicat; Isis lugere dicitur & Osiridem quærere, cum obnubilato intellectu & prostrato, voluntas bonum quærens, idque verum, ob ducentis & proponentis defectum, reperire nequit. Falsum Osiridem delusoria arte fingit, cùm in bono apparente, & falso sibi acquiescendum putat. Adumbrarunt hanc discordiam olim appositè symbolicis suis figmentis Mercurius termaximus & Zoroaster, qui rationalem & sensitiuum dictos appetitus sibi adeò contrarios sub Deorum nomine, quorum ille bonorum, hìc malorum opificem dixit, indigitauit, meliorem Horomazen, Armenium verò deteriorem vocans, illumque similem luci, hunc obscuritati & caligini assimilabat; inter hos verò Mithram medium statuebat. Priorem precibus & sacrificijs continuis exorari; alteri amuleta auerruncatiua, & sacrificia funesta, execrationibus adhibitis, offerri debere statuit. Inter cœtera etiam herbam quandam Omomi nomine in mortario conterunt, inuocantesque Ditem & Scotum, hoc est, tenebrarum Numen, admiscentesque lupi sanguinem, in locum opacum deferentes proijciunt; quâ quidem descriptione nil aliud insinuare vult, quàm cœrimonias, quibus Ægyptij Osiridem & Typhonem; illum veluti Genium optimum, sacrificijs, suffimentis, alijsque innumeris ritibus: hunc veluti dæmonem infortunatum, execrationibus, ac luctuosis sistrorum strepitibus depellentes, quid in potentium discordia, in œconomicis controuersijs, ac deniq; in Rerumpublicarum tumultibus, ac seditionibus faciendum esset, subobscurè significare volebant. Cùm enim, vt suprà diximus, Philosophia moralis tripliciter consideretur, vel quoad priuatas personas, vel quoad œconomiam aliquam, vel denique quoad Rempublicam, rectè infertur. Quod Osirin inter & Isin, contumax ille ac perduellis Typhon est in anima rationali; hoc in œconomica Republica maritum inter & vxorem diffidentia, zelotypia, suspicio. In politico verò Mundo Magistratum, seu Principem inter, & subditos rebelles, detrectatoresque, bellum, tumultus, seditiones, legum salubrium contemptus; & vt à primo incipiam; si enim potior pars hominis, id est, superior ab inferiori subiugetur, occiditur à Typhone Osiris, totius perit harmonia animi; ita si in œconomia quapiam coniuges sint diffidentes, zelotypi, suspicaces; nullam inter se habentes confidentiam; Osiris occiditur à Typhone, & eius corpus discerptum in varias partes abijcitur, hoc est, qui debebant esse veluti duo in carne vna, adulterijs ac vagâ qnâdam fornicandi libidine in diuersa, ac varia commistione maculati, veluti in multas distrahuntur partes. Isis luget, id est, ob timorem, suspiciones, dolores, aliaque acci-

Quando Osiris occiditur.

Horomazes & Arimanius Dij ἀντίτεχνοι.

Comparationes parallelæ.

dentia ſimilibus propria coniugibus. Fugandus itaque Typhon, ſiſtris, execrationibus, alijſque medijs, Ægyptijs conſuetis. Denique ſi Magiſtratûs, Rex aut Princeps à ſubditis diſſonet, ſi leges ad bonum commune conditæ contemnantur; occiditur à Typhone Oſiris, id eſt, Architectonicus legiſlatoris intellectus fit in recipientium ſubditorum animis difformis, & ex varia & iniqua legum interpretatione diſcerpitur Oſiris, vndè bella, ſeditiones ciuiles, cædes inhumanæ, aliæque malorum Iliades, quæ hanc diſcrepantiam, veluti corpus vmbra concomitari ſolent, exoriuntur; de quibus egregiè diſcurrentes vide Syneſ. lib. de prouidentia, Marſilium Ficin. lib. de legibus. Inter cœteros autem eleganter ſanè Plutarchus dicta ſub fabula Deorum αἰτιτέχνων oſtendit: ita enim, vt ſuprà citauimus, tradit, duos eſſe dæmones Horomazen & Arimanium, illum è puriſſimo lumine, hunc è tenebris genitum, & vtrumque ad inuicem pugnare, ex Horomaze ſex prodijſſe Præfectos, quorum primum beneuolentiæ, alterum veritati, tertium optimis legibus præfuiſſe fingit, è reliquis verò vnum ſapientiæ, alterum opulentiæ, poſtremum deliciarum, ſuauitatumque Opificem; aduerſus quos Arimanius totidem, æquato numero protuliſſe memorat. Horomazen itaque ſeſe attollentem, tantùm ſupra Solem euectum, quantum Sol ipſe è terra, abſceſſiſſe; mox alios quatuor & viginti Deos molitum eſſe, quos omnes in ouo condidit. Tùm Arimanium ex aduerſo totidem procreaſſe; qui perforantes ouum, eodem ſeſe coniecerunt loco, atq; ita mala permiſta bonis, antipathiam & diſſonantem iſtum Mundi concentum prodidiſſe: addit, ſecutum poſtmodum fatale tempus, quo ſubducto Arimanio, maliſque depulſis, terram æqualem, & ſolidam factam eſſe, vnamque felicium hominum Rempublicam euaſiſſe. Quæ omnia haud incongruè prædictis adaptari poſſunt. Pulſo enim Typhone Arimanio redit pax, reſtauratur Oſiris Horimazes, Horus ad immortalitatem reuocatur, lætatur Iſis de nunquam ſatis quæſito Oſiride tandem inuento, leges ſalubriter latæ, ab omnibus beneuolè recipiuntur. Vitâ denique omnis doloris, & malorum experte viuitur: omnes denique intentam, diuque concupitam tranquillitatem, pacemque adepti, ea feliciter & ſine tædio perfruuntur; ſed hæc de morali explicatione ſufficiant.

Syneſ. lib. de prouid. *Marſilius Ficinus lib. de legibus.* *Plutarchus.*

Fabula de Horomaze & Arimanio.

CAPVT VII.

Oſiris, Iſis, Horus, Typhon, hieroglyphica expreſſio eſt prouidentiæ Mundum gubernantis.

Cicero. CVm à Dijs immortalibus, dicit Tullius, omnia bona peti oporteat, tùm maximè eam, quæ de ipſis conſtat ſapientiam, querere decet, quâ imbutus magnus ille Macedonum Rex Alexander dicere ſolebat, multò ſibi iucundiùs de Dijs rectè ſentire, quàm vel multis gentibus imperare. Nam neque maiùs quicquam à Dijs dari, nec ab homine præclariùs quicquam ac digniùs accipi poſſe, illa, quæ in ſummi illius ac incomprehenſi boni cognitione conſiſtit veritate, ac ſapientiâ, rectè ac ſapienter

pienter iudicabat. Hinc Ægyptiorum ſapientes viri ingenio ſubtiles, & ad ſublimium rerum ſcrutinia aptiſſimi, cùm abominandam illam ac planè ridiculam ſuperſtitioſæ gentis in Deorum cultu rationem intuerentur, nec inueteratam iam idololatriæ conſuetudinem, ac imbibitam ſemel pertinacis turbæ de ridiculis Dijs conceptam opinionem adimere ſeſe poſſe viderent; ſub hiſcè fabularum figmentis, maxima quæuis myſteria de Deo, de Mundo, de Angelis, & Dæmonibus, teſte Iamblicho, ad anagogicas confugientes explicandi rationes, exprimere ſunt conati; indignum enim eſſe rebantur, ijs rebus, quæ vel ex natura ſua imperfectæ ſunt, aut ex diuerſis compoſitæ ſpeciebus, vel quæ corruptione, aut etiam prauis animi affectionibus, vt libidine, inuidiâ, timore, obnoxiæ eſſent, ei, quod intellectu concipi poteſt, optimum, nobiliſſimum, atque excellentiſſimum, Diuinitati nimirùm affingere; tùm maximè ijs rebus, quæ cùm à ratione, tùm ſenſu longè ſint remotiſſimæ, vti ſalax ille Apis, ſeu Mneuius Taurus, Mendeſiorum Hircus, immanis Crocodilus, inſenſatus, vitaque carens Nilus, olera hortorum Numina, beſtiarum pabula, ſimiliaque portenta Deorum, quæ non res ſacras duntaxat in riſum contemptumque vocabant, quæ minima improbitatis pars eſſe poterat, ſed merâ & intolerabili ſuperſtitione, varijſque dæmonum impoſturis aliorum mentes implicabant, aliorum autem in ferinam & pudendam impietatem, ac conclamatam denique peccandi licentiam trahebant. Quis enim adeò philoſophicæ diſciplinæ ignarus, qui ἰεραχόμορφον, κυνοκέφαλον, ſimiliaque πολύμορφα ſimulachra, Deos credat? Deos autem, vti Ægyptij putabant, vim Typhonis formidantes in diuerſa transformatos, nunc Ibium, Canumue, nunc Accipitrum, Vaccarumque corpora induere, omnes fabulas, omnia excedit portenta. Nequaquam ergò exiſtimandũ eſt, ſapientiſſimos Ægyptiorum Sacerdotes, hiſcè aut quicquam tribuiſſe, aut falſâ quâdam opinione perſuaſos, ijs quicquam diuinitatis ineſſe ſenſiſſe; ſed hiſcè duntaxat fabulis veluti ſymbolis quibuſdam, ad ſublimium rerum ſacramenta, ab indignis contegenda vſos, altiorem philoſophiam indicaſſe. Tantùm enim lumine naturæ valebant, vt illud Ens, quod nos Deum dicimus, finitum, corruptibile, mobile, multiplex eſſe, ἄδωτον crederent. Ac primò quidem infinitatem Dei naturali mentis ratiocinio, vti ex Zoroaſtre, Triſmegiſto, alijſque apparet, colligebant è rerum omnium conſeruatione, rerumque creatarum eſſentiali à Deo dependentia: quod finito & mobili enti conuenire impoſſibile eſt. Hinc ſapienter Orpheus in hymno Saturni. *Qui omnes Mundi partes habitas, generationis expers*: quem ſecutus Parmenides Pythagoræus, Deum dixit Ens vnum, immobile; infinitum; prætereà fatetur Triſmegiſtus, Deum non miſceri alicui: nullius proprium eſſe Ducem, ſed communem exiſtere; ſi communis ergò eſt, commune eidem competet munus, etſi eſſe commune ſit rebus omnibus; eſſe igitur, vbicunque ſit, pendebit ab eo. Quod myſticè tangens Zoroaſter dicit: *Omnia eſſe vnô igne genita*; & Orpheus Deum ideò appellat neceſſitatem, cùm neceſſitatem vbique dominari aſſerit. Sed audiamus Triſmegiſtum clariùs de infinitate Dei tractantem Dialog. 12. *Deus*, ait,

Fabuloſæ narrationes ad myſteria diuina transformatæ.

Veteres ſapientes non credebant πολυθεΐαν.

Zoroaſter. Triſmegiſtus.

Deus vnus.

Zoroaſter.

Triſmeg. dial. 12.

circa omnia ſimul, atque per omnia, actus enim eſt omnia atque potentia, nihil etiam eſt in omni, quod non ſit ipſe Deus; itaq; nec magnitudo, neque locus, neque qualitas, neque figura, neque tempus circa Deum, omne enim eſt. Quem ſecuti Plato, Pythagoras, Plotinus, alijque Ægvptiacæ ſapientiæ alumni, non abſimilia de prædictis (vt interim Ariſtotelem ſileam) retulerunt. Compertum eſt in animalibus neruum quendam eſſe circa Nucham, quem qui traherint, cuncta ſimul animantis membra ita mouēt, vt ſingula proprijs motibus concitentur; & ſic Ægyptij, & poſt eos Ariſtoteles lib. de Mundo; à Deo cauſarum cauſâ Mundi membra moueri, tradidêre. Cùm igitur vnum Deum dicerent Ens neceſſarium, infinitum, immobile, circulum illum æternum & immenſum, cuius centrum vbique, circumferentia nuſquam, à quo, & in quem, quicquid eſt, prodeundo reuertitur; Deorum pluralitatem conſequenter conſiſtere, impoſſibile arbitrabantur; quia lumine naturæ docti ductique, plura principia præter vnum eſſe poſſe ἀδυνάτον exiſtimabant. In quolibet enim rerum genere, illud quod eſt generis illius ſummum, vnum eſſe duntaxat ſciebant, & ſi plures eſſent Dij, vnum alterius perfectione cariturum, & conſequenter defectui alicui obnoxium, quod diuinæ naturæ repugnat, cognoſcebant. Vnum igitur Deum, Naturam naturantem, ſeu Eſſentiam eſſentiantem, principium & finem rerum omnium confitebantur; motus autem, ordoque per tot ſecula adeò æqualis, tam ingentis, ac multiplicis machinæ, eos docebat, indefeſſam eſſe, adeòque infinitam quandam in Gubernatore potentiam; finita enim, vt rectè Ariſtoteles docet, potentia, tempore finito ſiue infinito motum ſine fatigatione continuare nequit. Sed vt ad ſcopum tandem veniamus; hunc Deum, cuius multiplices virtutes & perfectiones Ægyptij ſapientes, ſubobſcurè nobis per Oſiridem, Iſidem, & Horum indicare voluerunt, dùm illum omnium rerum principium & authorem, ſapientiam verò eiuſdem per Iſidem, (quam ſuprà ex vi nominis, nil aliud niſi prudentem naturæ progreſſum ſignificari, è Plutarcho retulimus) omnia moderantem & diſponentem adſtruxerunt. Per Horum denique, exteriorem illam ac ſenſibilem Mundi fabricam, à Deo ſummâ ſapientiâ productam innuere voluerunt. Atque hoc ita ſeſe habere teſtatur Iamblichus, dùm de myſterijs Ægyptiorum tractat; nam cùm diſcipuli eius quærerent, quidnam primam cauſam eſſe iudicaret? vtrum intellectum, an aliquid ſupra intellectum? vel vtrum vnum aliquid ſolùm? an vnum cum alio quodam ſine alijs? vtrum corporeum, aut incorporeum? vtrum cum Opifice Mundi idem, an eo ſuperiùs? ſimiliaque circa primum principium quererent. Iamblichus reſpondiſſe fertur hiſcè verbis: *Ego verò*, ait, *cauſam inprimis tibi dicam, ob quam ſacri & antiqui Ægyptiorum ſcriptores de his varia ſenſerint, & inſuper huius ſæculi ſapientes non eâdem de his ratione loquântur. Cùm enim multæ in Vniuerſo ſint eſſentiæ, ac ſimul multifariam inter ſe differant, meritò earum, & multa earum tradita ſunt principia habentia ordines differentes, & ab alijs Sacerdotibus alia principia quidem tota vniuerſaliaq;, vt narrat Seleucus; Mercurius ipſe tradit 20000. voluminibus, vel ſicut Manethon refert 30000. & in his perfectè omnia demonſtrauit.*

Neruus in animali quo moto omnia in animali mouentur.

Ariſt. l. 4. phyſic.

Per Oſiridem Iſidem, Typhonem, Horũ, Deitatem expreſſerunt veteres.

Iamblichus de myſt. Ægyptiorum.

Mercurius 20000. rationibus ſcripſit principiorum rationes. *Seleucus. Manethon.*

ſtrauit. Oportet igitur de his omnibus veritatem breuiter declarare, atque primum quod primò quæritis. Primus Deus ante Ens & ſolus, pater eſt primi Dei, quem gignit manens in vnitate ſua ſolitaria, atque id eſt ſuperintelligibile, atque exemplar illius, quod dicitur ſui pater, ſui filius, vnipater, & Deus verè bonus; ille enim maior & primus, & fons omnium, & radix eorum, quæ prima intelliguntur & intelligunt, ſcilicet idearum. Ab hoc vtique vno Deus per ſe ſufficiens ſui pater, per ſe princeps. Eſt enim hic principium, Deus Deorum, vnitas ex vno ſuper eſſentiam, eſſentiæ principium, ab eo enim eſſentia; propterea pater eſſentiæ nominatur; ipſa enim eſt Ens, intelligibilium principium; hæc ſunt principia omnium antiquiſſima; quæ Mercurius proponit de Dijs Ætherijs, Empyreis, Cœleſtibus, componens de Empyreis libros centum, totidemque de Ætherijs, mille de Cœleſtibus. Secundum verò alium ordinem proponit Deum EMEPH, Dijs cœleſtibus tanquam Ducem, quem ait intellectum eſſe ſeipſum intelligentem, atque in ſe intelligentias conuertentem. Huic vnum impartibile anteponit, quod primum exemplar, aut expreſſionem, vel effigiem, quod ICTHON appellat, in quo eſt primum intelligens, & intelligibile primum, quod ſolô ſilentiô colitur. Præter hos autem, rerum apparentium opificio Duces præſunt. Nam Opifex intellectus, qui & veritatis Dominus eſt, atque ſapientiæ, quatenus in generationem progrediens, occultam latentium rationum potentiam traducit in lucem, AMVN Ægyptiacâ linguâ vocatur; quatenus autem ſine mendacio peragit omnia, & artificioſè ſimul cum veritate, PHTA nuncupatur. Græci hunc Vulcanum nominant, artificioſum duntaxat conſiderantes. Quantum verò effector eſt bonorum omnium, appellatur Oſiris; qui ob ſuum principatum multas alias habet denominationes, propter potentias, actioneſq́, quas exercet, differentes. Atque hactenus Iamblichus. E quibus apparet, Ægyptios diuerſitate nominum, quæ Deo affingebant, nil aliud, nili diuerſos vnius Dei in Mundo producentis effectus innuiſſe; ab Hebræis & Chaldæis, vt ego arbitror, edocti, qui omnes Dei effectûs notabiles, totidem nominibus exprimebant. Hinc ex eſſentiali Dei nomine Tetragrammato, & vt ipſi vocant שם המפרש deducunt duodecim alia Dei nomina, ex hoc iterum 42. & demùm 72. Cùm itaque, teſte Marſilio Ficino, in citatum Iamblichi locum, multiplices illi Ægyptiorum Dij nihil aliud notent, quàm diuerſam vnius Dei vim & potentiam, nec aliud conſequenter Phta, Amun, Emepht, Ichthon, Oſiris ſit, niſi intellectus opifex, mundanorum opificum proximus Dux omnia diſponens, optimè dicemus Oſirin ſupremum illum rerum omnium Archetypon intellectum eſſe. Iſidem verò, eius prouidentiam & amorem, quorum virtute Horus Apollo natus eſt, ſenſibilis ille Mundus, & admirandus ille rerum omnium concentus & harmonia, ab antiquis ſub fabula, qua Harmoniam Apollinis filiam ex Marte & Venere natam finxerunt, myſticè indicata. Ex Marte ſimiliter & Venere Harmoniam, ob ſimilium videlicet rerum cum diſſimilibus conuenientiam, & ob rerum latentium conſenſum diſſenſumque; in quibus ſola Mundi pulchritudo & Muſica conſiſtit, natam finxerunt. Oſirin autem Archetypon intellectum eſſe, oſtendit ipſum nomen, quod pulchrè ſanè ideò πολυόφθαλμον ſignificare tradit, id eſt, multioculum, ob multiplices nimirùm virtutes,*

Scripta Mercurij de Dijs Emeph quid?

Ictthon quid?

Amun.

Phta.

Oſiris.

Marſilius Ficinus.

& ope-

& operationes, quas exercet,& diuinorum radiorum omnia penetrantem potentiam ; atque ob eandem cauſam Oſirin ipſum Solem eſſe, atque Iſidem Lunam imaginem Solis, eiuſque in ordine ad Horum genitum influxu ſuo conſeruandum coadiutricem dicebant. Sicut enim lumen Solis idem totum continuum eſt, neque in partes diuidi poteſt, neque alicubi claudi, neque à fonte propriè ſeparari, neque licèt ei adſit, aëri miſceri ; ita Dei lumen totum indiuiduum, toti Mundo penitùs adeſt, licèt parti cuidam præcipuæ,vim ſuam ſibi accommodatæ impertiat. Intereà tamen omnia quodammodo implet ob perfectam potentiam, & dominium in omnia penitùs immenſum. Vndè perficit omnia, vnitque cum extremis extrema, per media comprehendens in ſe omnia, & ſe ad ſe reflectens ſibi prorſus vnitum ; quod quidem munus imitatur, & Mundus circulari motu, partiumque in vnum connexione & conciliatione quâdam, elementa viciſſim in elementa, virtutemque ſuperiorum ad inferiora mittente. Quòd autem de lumine Solis ſeu Oſiridis dictum eſt ; de Iſidis ſeu Lunæ quoque dictum ſit ; eſt enim Iſis nihil aliud, vt dictum eſt, quàm ſapientia illa, amor, & prouidentia intellectus Archetypi, quo Mundus ſeu Horus naſcitur & conſeruatur, quæ quidem ſemper inſeparabiliter ſunt connexa : qui enim videt lumen Lunæ, videt & lumen Solis à Lunæ lumine indiſtinctum, cùm lumen Lunæ nil aliud ſit, niſi reflexum ad nos Solis lumen. Ita igitur qui videt ſapientiam, prouidentiam, & amorem Dei, in hoc Mundo eluceſcentem, ipſum Deum videt ; teſte enim D. Dionyſio, omnes res creatæ nihil aliud, quàm ſpecula quædam ſunt, diuinæ ſapientiæ, radios ad nos reflectentia. Hinc Ægyptij ſapientes Oſirin rerum curâ commiſſâ Iſidi, totum Mundum incognitum peragraſſe finxerunt, quo nihil aliud ſignificatur, niſi virtus Dei inuiſibilis, intima, quæuis penetrans ? Iſis enim ſeu ſapientia Dei, & prouidentia in rebus omnibus apparet ; intellectus verò à quo procedit, ſeu Oſiris inuiſibiliter omnia mouens, nonniſi per imaginem eius in Iſide expreſſam appareret ; ſed audiamus illuminatiſſimi Plotini de hiſcè opinionem, ſic enim in libro de tribus hypoſtaſibus : *Mundum*, ait, *hunc ſenſibilem, ſi quis admiretur magnitudinem, pulchritudinem, & perpetuum motus ordinem conſiderans, & Deos qui ſunt in eo alios viſibiles, alios inuiſibiles. Dæmones etiam atque animalia, plantas, cœteraque omnia, ad primitiuum exemplar mente aſcendunt, & ibi cuncta intellectualia contemplantur, eorumque omnium æternam mentem atque ſapientiam præſidentem.* Et paulò poſt : *Quis igitur hunc genuit ? ille ſimplex ſcilicet, qui in ordine ante hunc eſt, qui cauſa eſt, vt ille ſit, & tantus ſit, qui numerum facit ; Non enim numerus primus eſt, ante dualitatem enim vnum eſt ; deindè dualitas eſt ab vno nata.* Et paulò poſt : *Amat autem omne quod genuit, & maximè quando ſola ſunt generans & generatum. Quando etiam optimum eſt illud, quod genuit, neceſſariò cum illo eſt, vt in eo ſolummodo, quod alius eſt, ſeparetur. Ideò Plato quoque terna omnia eſſe circa Regem dicit, primum circa prima ; deindè circa ſecunda, & tertia circa tertia, ipſam quoque cauſam rerum patrem habere dicit, cauſam rerum intellectum appellans, Creatorem enim intellectum eſſe cenſet, & ab hoc animam eſſe creatam in illo cratere. Cùm itaque*

Oſiris intelle. &us Archetypus.

Iſis amor & prouidentia.

D. Dionyſius.

ἀπηχήματα.

Plotinus lib. de 3. hypoſt.

Plato. Terna omnia circa Regem.

SEVILLA - BIBLIOTECA UNIVERSITARIA -

cauſa

cauſa intellectui ſit ipſum bonum, quod vltra intellectum, & vltra ſubſtantiam eſt patrem eius appellat, multis autem in locis ipſum Ens, & intellectum ipſum, ideam nominat. Hæc Plotinus. Hinc Numenius citat Zoroaſtrum dicentem, Deum per ſapientiam & amorem ſuum omnia produxiſſe: cui ſubſcribit Thargum Hieroſolymitanum, vbi loco ברשית ברא אלהים את השמים id eſt, *In principio creauit &c.* habet Thargum Hieroſolymitanum:

Deus per ſapientiam ſuã omnia producit.

Thargum Hieroſolym.

בחוכמא ברא אלוה יתשמיא ות ארעא

In ſapientia creauit DEVS cœlum & terram. Hinc in arbore Sephiroth apud Cabaliſtas ג׳ סדרות ſeu tres proprietates Deo affinguntur, quibus Deũ omnia feciſſe memorant, ſuntque. כתר. חכמה. בינה *Corona, Sapientia, Intelligentia*; quas R. Abraham in Iethſira appellat ספר מספר סופר id eſt, *numerantem, numerum, & numeratum*; quæ tria exactè reſpondent tribus ſuprà à Iamblicho citatis nominibus, *Amun, Phtha, Emepht*. Quemadmodum enim Hebræi אין סוף illud ſuum בלי תחילה רשית אב סבה הסבות ſine principio patrem & cauſam cauſarum ſtatuunt. Ita Ægyptij Emepht primum intellectum; Opificem, quem & in ſecunda cauſarum ſenſibilium ſerie per Oſirin ſeu Solem præfigurant; Iterum ſicut Hebræi חכמה Sapientiam dicunt Mundi creatricem; ita Ægyptij Sapientiam intellectus primi vocant *Phtha*, quô nomine Iſidis Conſiliarium Mercurium, quin & ipſum Iſidem vocant, quæ eſt plena Oſiridis primi intellectus imago ac exemplar, quam ideò Orpheus non inconuenienter Palladem dixit, & ob dictam quoque cauſam ex cerebro Iouis natam finxerunt antiqui. Amun verò reſpondens Hebræorum בינה ſeu intelligentiæ, eſt vtriuſque vis actiua ad extra, quâ producitur Mundus HORVS. Vndè varia iſta ſupellectilis hieroglyphicæ, quibus Horum ſenſibilis mundi typũ Hieromanthæ paſsim exprimebant, ſchemata; Baculus videlicet κυνοκέφαλος, id eſt, vpupæ inſignitus capite: lituus quoque & gnomon, à tergore verò triangulum, cui circulus annexus eſt, quæ nil aliud indicant, quàm Mundum à Deo per Sapientiam ſuam productum, admirabili rerum varietate per vpupæ caput ſignificatâ; ſummâ harmoniã per lituum, concinnô denique ordine per gnomonem indicato, eluceſcere; verùm quandoquidem hoc hieroglyphicum ſchema fuſiùs alijs in locis proſequimur, eò Lectorem remittimus; nos myſtica reſumamus. Horum itaque ab *Empht*, per *Phta*, & *Amun* productum, Plato ſtudioſus Ægyptiorum diſcipulus ſat hiſcè verbis, dùm Mundum hunc ſenſibilem ex Archetypo illo Trigono profluxiſſe aſſerit, demonſtrat; quod & Triangulus ille cum globo affixo inter cœtera Hori ſymbola luculenter indicat, & admodum pulchrè ele-

Parallela comparatio.

Pallas è Iouis cerebro nata.



eleganterque præsenti Schemate exprimitur.

Atque ex his apparet, & omnibus manifestum fit, sacrosanctam, & ter benedictam illam Triadem fidei Christianæ mysterium, vti maximum, sic tersublime, nullo non tempore, etiam sub obscuris fabularum figmentis adumbratum esse.

Quòd porrò Osiris nihil aliud sit, quàm primus intellectus, Sol ille æternus, ac primus rerum omnium productor, qui per Isidem coniugem Sapientiam suam Horum Mundum videlicet produxerit, Hieromanthæ varijs hieroglyphicorum schematismis indicabant, quemadmodum columnæ multis in locis erectæ testantur, vnius celebrem inscriptionem Authores referunt his verbis.

Qui fusiùs huius hieroglyphici interpretationem desiderat, is tabulæ Bembinæ expositionem, quam in tertio Tomo exhibemus, consulat; ibi enim Lectoris voto plenè satisfactum iri confidimus.



Quæ

Quæ ſanè apprimè æternæ Dei ſapientiæ congruunt ; intellectum autem ſupremam ſapientiam generantem, pulchro hieroglyphico prænotant in tabula Bembina ; vbi præter hieroglyphicas inſcriptiones, Oſiris ſiue Hemphta apparet, throno inſidens variegato, accipitrinâ facie formidabilis, alijſque ſymbolis operationes eius declarantibus ; per accipitrem, ſupremum Archetypon intellectum ; per tabulam forma calathi conſpicuam capiti impoſitam, cui Perſeæ fructus inſertus, potentiam fœcundatiuam indicant ; capiti imponitur, ad notandam intellectus fœcunditatem, velo nigro cingitur caput, ad indicandam naturæ diuinæ caliginem inacceſſam, manu extenſa imperium in omnia ; per ſceptrum, quod alterâ manu gerit, ſuperiùs incuruatum, influxiuam in omnia ſuperiora, hoc eſt, cœleſtia, potentiam ; ſedi variegatæ inſidet, ad authoritatem in omnia inferiorum Mundorum, demonſtrandam. Horus verò pingitur puer, vt oſtenderetur, Mundum in tempore veluti infantulum à Dei ſapientia productum, cum cornucopiâ verò exprimitur ; vt indicaretur varietas, abundantia & plenitudo rerum in Mundo creatarum ; in cubo ſtat, ad Mundi indicandam ſtabilitatem ſoliditatemque. Trigonus cum globo cubo inſcriptus ſignificat Horum è trigono archetypo profluxiſſe ; Baculus vpupæ capite inſignitus, indicat Mundum rerum varietate veluti fulciri & ſuſtentari ; lituus harmoniam Vniuerſi ; Gnomon ordinem, & admirabilem rerum diſpoſitionem deſignat. Horus denique labra premens, digitoque ſilentia ſuadens, ad ineffabilitatem myſteriorum indicandam.

Vide ſchema figuræ præcedentis.

Interpretatio ſymbolorum Hori.

E præcedentibus itaque inſcriptionibus omnia ea, quæ hactenus de ſecreta Ægyptiorum Theologia per Oſiridem, Iſidem, Horum, ſignificata diximus, luculenter ſanè demonſtrantur. Porrò quòd Oſiridem in partes à Typhone diſcerptum, & arcæ incluſum fingant, ſuâ nequaquam carent ſignificatione, dùm nihil aliud hiſcè indicari volunt, niſi intellectus humani ignorantiam & tenebras, qui cùm ineffabilem illam & ſimpliciſſimam Dei eſſentiam, ingenij viribus comprehendere non valeat, per analogias & ſimilitudines rerum creatarum, quæ ſunt veluti quædam, vt cum Horatio loquar, diuinæ particulæ auræ, eum cum rebus corporeis corruptibilibus, imperfectiſque confundendo, quaſi in partes quaſdam diſtrahere videatur. Fuit enim hoc, teſte Porphyrio, Ægyptijs ſolenne, vt ſupremum illud Numen cum eo animali, in quo eximia quædam vis & proprietas eluceſceret, compararent. Hinc Zoroaſter Deum accipitris caput habere dixit, non alia de cauſa, quàm vt infinitam perſpicacitatis vim in Deo vigentem indicaret ; quod ſymbolum in hunc diem ſuperſtes, apud Ægyptios receptam fuiſſe videmus, hominem videlicet ἱεροκόμορφον vti in præcedente Schemate patet, quo Oſiridem ſeu Hemepht,

Quid in Theologia Ægyptiorum Oſiridis occiſio?

Zoroaſter. Deus accipitris caput habet.

Multiformes Ægyptiorum Dij quid?

primum illum archetypum intellectum significare volunt; quod hieroglyphicum alibi interpretabimur. Hinc tot multiformes Deorum imagines, ac simulachra; quæ quidem nihil aliud, quàm multiplicem Dei virtutem, diuersis animalium proprietatibus adumbratam notant. Distrahitur igitur Osiris in partes, cùm per ignorantiam, intellectusque caliginem, Deum cum rebus creatis confundendo, rebusque corporeis applicando, id quod ei non conuenit, nec conuenire potest, tribuentes, veluti ex toto in partes distrahunt. Siquidem rectè Plato dicit, Deo pluralitatem nequaquam conuenire, cùm omnia quæ multitudinem important, ab vnitate recedentia, tantò sint imperfectiora, tantòque peiora, quantò ab ea magis distiterint. In arca Osiris concluditut à Typhone, cùm intellectus hominum terrenarum, ac carnalium rerum cupiditate obscuratus, cœlestium rerum, diuinorumque amori, & contemplationi nuntium mittens, sibiipsi obstaculum ponit, seque incapacem facit ad diuinos Osiridis radios percipiendos. Quæritur autem Osiris perditus per Isidem, & inuentus mutilatusque in integrum restituitur, hoc est, per veram sapientiam & amorem, cum sistris, id est, crebris laudum canticis, indè in creaturis, veluti per partes quasdam dispersus, recollectus, ac in vera fide adoratus, vnitati suæ restituitur. Quo facto mox ingens menti exoritur iubilus, quæ per Ægyptiorum cœrimonias non inconuenienter in celebri illa τῆ Οσιείδ & Ἴσιδι repræsentantur.

Quomodo restaurandus Osiris.

Atque ex hoc discursu patet, quàm hæc concinnè & fidei nostræ mysterijs adaptari queant. Quid enim aliud Osiris indicat, quàm Solem illum æternum, intellectum primum Archetypon, vitam primam ac fœcundissimam, patrem illum maiestatis prorsùs immensæ, qui intelligendo seipsum, & in seipso tùm omnia, tùm perfectam totius sui, & omnium perfectionum notionem concipiendo, producit æqualem, plenam, perfectam, & consubstantialem sui imaginem, ac vitam, & quoad naturam indistinctam ideam, quod est Verbum Patris, & Sapientia æterna, repræsentata per Isidem. Vtriusque autem virtute consubstantiali producitur *Horus*, id est, admirabilis illa Mundi machina, absolutum pulchritudinis & perfectionis eminentissimæ exemplar. Quod Hebræorum secretiores Theologi in 1. Gen. confirmant, asserentes א per ב, hoc est, Aleph per Beth creasse Mundum, id est, pater per filium. Explicat ea clariùs Picus in Heptaplo suo in voce בראשית, quod mathematica quadam Cabalisticæ disciplinæ resolutionis methodo hunc efficit sensũ, אב בבר ראשית שבת ברא ראש אש שת רב איש ברית תוב id est, *Pater in filio principium, quietem, finem; creauit caput, ignem, fundamentum hominis magni* (subintellige Microcosmi) *fœdere bono*. Quibus nihil aliud insinuatur, quàm admirabilis ille trium Mundorum, Angelici, magni, & parui pulchra quædam analogia sibi correspondentium ordo, dispositio, ac concentus absolutissimus; Diuinæ Triados exemplar simillimum; dùm ad trinam hanc imaginem, tres in Mundo Angelico exhibet Hierarchias, in qualibet tres ordines. In maiori Mundo tria spatia, elementare, sydereum, empyreum, tribus qualitatibus, figurâ, luce, motu distincta. In quouis composito mixtoue,

Applicatio ad fidei nostræ mysteria

Hebræorum Theologi qui exprimant sacram Triadem. *Picus Mirand. in Heptaplo circa finem.*

Mundus ad SS. Trinitatis imaginem factus.

ue, materiam, formam, virtutum in omnibus menſuram, numerum & pondus, præterea principium, medium & finem. In Microcoſmo videlicet in teipſo, memoriam, intelligendi vim, & voluntatem; in ſcientijs, naturalem, rationalem & moralem facultatem; in qualibet Triadum ſerie, primum, Dei potentiam per Oſiridem repræſentatam; ſecundum, ſapientiam per Iſidem; tertium, amorem, Spiritum videlicet illum מרחפת על פני המים incubantem aquis, Ægyptiacè *Amun*, ac fœcundo illo Diuinitatis ſuæ flatu Mundum fœcundantem, adornantemque vtriuſque virtutem, quâ *Horus* productus eſt, commonſtrat. Sic *inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, conſpiciuntur*. Pater igitur æternus cum Filio ſuo æterna ſapientia ineffabili gloriæ maieſtate refulgens, cum maiori Mundo producto, minorem ſeu Microcoſmum hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creatum, ac omnibus gratiæ & naturæ talentis inſtructum, eius veluti præſidem introduxiſſet; ecce Typhon, qui iam ob ſuam in Deum rebellionem, omni gratiâ & luminis ſplendore priuatus, vnà cum aſſeclis ſuis & confœderatis Titanibus in abyſſum erat datus, inuidiæ, rancoris, & indignationis plenus, vindictæque repetendæ percitus œſtro, Oſiridis gloriam, nullis non machinamentis euertere pertentare cœpit. *Erat autem* (vt Apollodorus ſcribit) *Typhon formidandus vel ſolo aſpectu, horroris imago. Nunc enim inuſitatâ quâdam humanæ ſtaturæ formâ, ita vt omnium montium cacuminibus altior eſſe videretur, apparebat. Sed & caput ſæpè numero aſtra pertingebat, manu eius alterâ in Heſperum; alterâ in Orientem vſque pertingente. Ex his centum Draconum capita eminebant; in cruribus maximas viperarum ille ſpiras continebat; quarum volumina ad verticem ipſum vſque extendebantur*. Talis itaque Typhon humani generis hoſtis contra Oſiridem, & ſupremum Iouem ibat, hiſcè maleuolentiæ, inuidiæ, malitiæ, ac ſummæ peruerſitatis ſymbolis depictus, candentes in cœlum iaculans lapides, cum ſibilo virulento, & boatu horribili, magnam ex ore ignis procellam eructans, cùm fruſtra ſupremum Numen laceſſeret, fraudulentâ quâdam ac callidâ adinuentione, Oſiridem in arcam concluſum, poſt in fruſta diſcerpſit; quo facto in *Horum* quoque filium iram exercens, interfectum in mare proiecit. Sed quid ſibi hæc velint, videamus. Conditus eſt Oſiris in arcam, cum protoplaſti parentes maligni Typhonis perſuaſione inducti, legem diuinam tranſgreſſi ſunt: quo facto, teſte D. Auguſtino, è lucis filijs, tenebrarum filij facti ſunt, humanuſque intellectus, qui admirabili quodam gratiæ fulgore coruſcabat, in extremam ignorantiam, cœcitatem, errorumque caliginem delapſus, ac quaſi lethæo quodam intoxicatus poculo, cùm Dei, tùm omnium cœleſtium obliuionem incurrit. Porrò non ceſſauit hìc Typhonis ſæuities; corpus Oſiridis abſconditum, in partes diſcerptum, in flumen abiecit, Horum quoque interfecit, quo quidem nil aliud niſi idololatria ſignificatur, quâ genus humanum maligni ſpiritus ſuggeſtione infectum, à vera Dei cognitione cultuque declinauit, factumque eſt, vt ſimpliciſſima illa Dei entitas, natura ſiue eſſentia pluribus rebus attributa, veluti in partes diſtraheretur. Hinc alij Solem, Lunam, & reliquorum aſtrorum exercitum; alij homi-

Figura Typhonis.

Allegorica Typhonis deſcriptio.

nes virtute, ac rebus geſtis conſpicuos, alij beſtias & bruta animantia, reſque nomine indignas diuino honore proſequebantur. Alij denique, quicquid vel malignus Genius ſuggerebat, aut ſtolida phantaſia vnicuique perſuadebat, Dei nomine, & colebat, & ſacris placabat. Vndè diuerſi ritus & cœrimoniæ gentium, abominanda ſacrificia ac ſuperſtitiones penitùs ridiculæ, quibus Mundus, veluti ſerpentinis quibuſdam Typhonis ſpiris intricatus miſerè detinebatur, ac ſub potenti hoſtis tyrannide & dominatu incaſſum luctabatur, veluti ex equo Troiano profluxerunt. Hinc Regius Pſaltes cataſtrophen hanc olim contemplatus, plenus admiratione clàmabat: *Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum, omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt; non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Atque hìc eſt Horus ille proiectus in mare; tunc enim Horus, Oſiridis, & Iſidis filius proijcitur in mare, cùm Mundus humanus ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus; peccatis à Deo deflectens, in æſtuante terrenarum voluptatum Oceano ſubmergitur; dùm itaque Typhon tyrannidem dictâ ratione exercet, Oſiride diſcerpto, atque idololatriâ per Mundum vniuerſum diſſeminatâ; Horo itaque omni iniquitate ſubmerſo, æterna Dei ſapientia humanos miſerata labores, Iſis, inquam, illa cœleſtis, æternitatis ſuæ regiam derelinquens, in hunc Mundum, lugubri humanitatis noſtræ veſtimento induta venit, innumeris laboribus, perſecutionibuſque ſubiecta, partes Oſiridis, hoc eſt, gentes diuerſorum Deorum cultu diſſentientes, ad veri Dei vniuſque cognitionem, atque in vnius Dei, vnius fidei, ac vnius legis profeſſione inſignem aſciſcens recollegit; quâ diuinâ vocatione contigit, vt partes diſperſæ in vnum corpus veluti myſticum iterum coaluerint. Horum etiam à Typhone interfectum ad immortalitatem reuocauit, id eſt, Mundum peccatis ſubmerſum, verbo virtutis ſuæ ad vitam reuocans, priſtino nitori, coërcito extinctoque Typhone, reſtituit; quibus omnibus peractis, electis duodecim Apoſtolis Sacerdotibus, quibus certas de Deo Oſiride reſtituto, colendoque leges ſeruandas præſcribens, illa vndè venerat, in cœlum, cum Oſiride æterno Patre æternùm regnatura, poſtliminio remeauit. Atque totum hunc diſcurſum, ideò fuſiùs pertexuimus vt oſtenderetur, quomodo Ægyptij iuxtà archetypas has Dei vnius rationes, politicam ſuam adornârint. Sicuti enim Archetypus intellectus Dei, per ſapientiam ſuam omnia ligat, & per amorem vnit; ita Regem per ſalubria ſapientum & philoſophorum conſilia, per omnia regni membra in vnionem adaptare oportet; quod fit, ſi religionis cultus viguerit, ſi leges regni ad archetypas rationes conditæ, vnanimi mentium conſpiratione ſuſcipiantur ſeruenturque; quo quidem præſtito regnum in ſuo perſiſtet vigore, ſecùs, omnia per diuiſionem mentium, vnione diſſoluta, vltimæ ruinæ patebunt; Oſiris à Typhone, id eſt, rebellione, in partes diſciſſus in arcam concludetur; vndè regni interitum conſequi neceſſe eſt, vt in ſequentibus patefiet.

Iſis æterna Dei ſapientia

CA-

CAPVT VIII.

Sententiæ & hieroglyphica, quibus ad veram politicæ gubernationis rationem alludebant.

VT verò leges regni Ægyptij, æternæ rationis legibus astrictæ maiori cultu, ac veneratione ab omnibus reciperentur; atq; ob oculos perpetuò veluti mnemosynon quoddã versarentur; symbola quædam congrua in hunc finem templorum valuis, domuum superliminaribus, publicisq; vrbium locis exsculpta ponebant, quibus intuentes officij commonerentur, & ad perfectam legum obseruantiam excitarentur; adeòque nihil Dijs quicquam gratiùs se facturos existimarent, quàm si æternæ legi in omnibus sese perfectè conformarent. Symbola horum ex multis pauca adducam. Primò positum erat in more Ægyptijs, figuras canum templorum valuis insculpere; quibus quidem nihil aliud indicabatur, nisi curâ & vigilantiâ, qua præsides Regni instructos esse oportebat, ad omnem externam inuasionem, quà latratu, quà morsibus cohibendam. quod & Horus lib. 1. cap. 37. expressis verbis ostendit:

Canes insculpti in valuis templorum, quid denotent?

Ἐπιδέιπερ τὸν βελόμενον ἱερογραμματέα τέλειον γίνεδ, χρὴ πολλὰ μεγεταῦ, υλακτεῖν τε σιωπηχῶς, καὶ ἀπειγειῶδ μηδενὶ χαριζόμενον, ὥσπερ οἱ κυνες. *Qui quicunque voluerit, vt par est, absolutissimi Scribæ* (erant enim Scribæ ex genere Sacerdotali, & regni Consiliarij) *munere fungi, eum oportet multa meditari, assiduèque omnibus canum more allatrare, & ferum esse, nulliq; gratificari.* Sed hæc omnia fusiùs in Obelisci Lateranensis interpretatione, exponentur. Erat, teste Horo citato loco, hic sacrorum Canum mos, vt simulachra Deorum fixis semper oculis intuerentur; quo quidem nihil aliud indicabatur, nisi quos suprema regni cura premit, identidem in supremi Numinis prouidentia animum fixum tenere, nec vllâ ratione permittere, vt quicquam eiusdem honori contrarium eueniat; quod fiebat, si religionis cultus legibus præscriptus, incuriâ, aut hominum maleferiatorum, aut exterarum contrarijs ritibus imbutarum gentium furore, & insaniâ, pollueretur; siquidem animos regni & religionis contentione dissociatos ægrè coalescere posse optimè nôrant; & sicuti domus alicuius immunitas in canum ferorum vigilantiâ consistit, ita religionem, cui tota politicæ fabricæ structura meritò incumbit, vigili curâ & solicitudine præsidum substituram. Quæ omnia pulchrè quoque Regio sceptro, in oculi formam concinnato indicabantur; ita vt sceptrum supremam potestatem, oculos verò prouidentiam, vigilantiamque in cura regni tùm propagandi, tùm conseruandi, adhibendam signaret. Non secùs diuini Solis potestas vniuersi Mundi machinam solo oculorum intuitu peruidet, animat, fouet, conseruat.

Quid per sceptrum in oculi formam adaptatum indicant.

Inter cætera pronunciata politica præsidum superliminaribus inscribi solita, & hoc, teste Cæl. Rhodigino vnum erat: *Ichneumonem timet Crocodilus*: quo quidem aptè indicabant, nihil tam firmum, & robustum in rebus humanis esse, cui non vel ab inualido periculum immineat. Per Crocodilum intelligebant gubernationem politicam, tyrannidi Typhonicæ

Quid per Crocodilum significabant Ægyptij.

nicæ ſubiectam, quem remis veliſque, quiſquis regno cum pace & tranquillitate potiri velit, vitare debet. Eſt Crocodilus bellua ferox, humani ſanguini inſatiabili auiditate inhians; in fugientes audax, pauida in ſe perſequentes; ſomno tandem dedita, Ichneumonis contemptibilis animalis aſtutiâ perimitur. Rex iuſtitiæ, pietatis, & clementiæ ſemitas derelinquens, & perturbationum animi arbitrio viuens, ſubindè vel ex leui occaſione, offenſione, vel ſcandalo imprudentiæ commiſſæ, ſuccreſcente paulatim indignatione populi, tandem & ſuiipſius, & Regni iacturam facit. Regi igitur hoc ipſo, omnem vel leuiuſculam offenſionem, aut ſeuerius quid iniuſtè contra populum committere ſummô ſtudiô fugiendum innuebant; ſat importunè eum lædi, cuius fide opus habeas, exiſtimantes; & tametſi poſt datam offenſionis occaſionem remedia quærantur mitigationis, attamen ingenia odijs enutrita, nouo conciliata beneficio, veluti dimiſſam ab hauſtu lactis viperam in ſinum demittere, tutum minimè rebantur; ignem paulò ante extinctas faces facilè concipere, experimento compererant. Quæ parua initio putantur, latè manant incrementis.

Deſcriptio Crocodili.

Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo,
Quiſque mouet multas accipit amnis aquas,
Quem Taurum metuis, vitulum mulcere ſolebas,
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.

Ab hirundinibus murum, qui & indè chalidonius dicitur, contra alluuionis nocumenta conſtrui, Plutarchus tradit. Glaucus puer Bœotius cum agriculturæ operam daret cum patre, & dilapſum vomerem manu pro malleo vſus reſtituiſſet, coniecit parens ex eo, fortem fore, duxitque eum in Olympia, in quibus certauit; cùmque ab aduerſario, vt certaminis imperitior grauiter vrgeretur, exclamauit pater, ὦ παῖς τὸν ἀπ' ἀρότρου. *O puer iſtum ab aratro*, ſcilicet ictum inflige; hâc voce inflammatus adoleſcens, ingenti plagâ aduerſarium percuſſit, & vicit. Opportunum ſanè minimorum non deſpiciendorum exemplum. Hinc & in regio veſtibulo aries cum Elephanto inciſus ſpectabatur; Elephas tametſi robore ſummô, & ingenij dexteritate à natura ſit inſtructum animal, viſo tamen Ariete, mox in fugam naturali quodam diſſenſu ſe conuertit. Per Elephantem Regem notabant, per Arietem ſtoliditatem & inſipientiam, quam ſummô ſtudiô Regi vitandam eſſe, dicta ſymbola monebant: quæ & Horus l. 2. c. 81. hiſcè verbis confirmat:

Glauci pueri Bœotij Omen.

Elephantis natura.

Quid Aries cum Elephanto ſignificat?

Ἄνθρωπον Βασιλέα φεύγοντα μωρίαν, καὶ ἀφροσύνην βουλόμενοι σημῆναι, ἐλέφαντα, καὶ κριὸν ζωγραφοῦσι ἐκεῖνος γὰρ θεωρῶν τὸν κριὸν φεύγει. *Regem fugientem ſtultitiam, & imprudentiam ſignificaturi, elephantem cum ariete depingunt, hic enim viſo ariete fugit*; ſiquidem probè nôrant, eſſe minimis quoque rebus ſuam & vim, & aſtutiam, quibus potentium machinationes eludere valeant; exemplo hydræ & ranæ Niloticæ docti, quem contra inimicum potentiſſimum aliud natura non docuit reſiſtentiæ genus, niſi ſtipulam ori tranſuersìm impoſitam; hac enim hydra exterrita, ab eadem inſequenda mox deſiſtit.

Præ-

Præterea Reges Ægyptiorum vtplurimùm in publicis comitijs, vel etiam bellicis expeditionibus, capitibus nunc aſpidem criſpatô vertice ſublimem, modò Leoninum caput ferocibus oculis formidandum, iam canis, nonnunquam Ibidis ſimul, tùm ad reuerentiam, amorem, timoremque in ſubditis conciliandum, geſtabant; erantque politicarum virtutum, quibus Regem imbutum eſſe, decebat, occulta quædam ſymbola; ſiquidem Aſpis diuini Numinis præſidium, Leo fortitudinis, vigilantiæ canis, Ibis pietatis index. Hinc cum regnum delicto quodam graui præuaricatum eſſet, vel aſpidem, vel Leonem exhibebat, ceu commiſſi ſceleris vindices; ſi res iuxtà præſcriptas leges in regno probè gererentur, Ibidem, aut canem monſtrabat, veluti pietatis, indulgentiæ, vigilantiæ, & amoris teſſeram; atque adeò Regnum tandiù in ſua pace, tranquillitate, & beatitudine perſtiturum credebant, quamdiù Rex quadruplici virtutum, pietatis, vigilantiæ, fortitudinis, diuinique præſidij cuſtodia diuinitùs fuerit munitus. Hanc eandem ob cauſam, Syneſio teſte, Sphynges in Iſiacorum fanorum crepidine collocari ſolebant, vt Principes prudentiam ſibi cum fortitudine iungendam eſſe diſcerent; Sphynx enim τὸ συνδυασμὸς τῶν ἀγαθῶν σύμβολον, τὸ μὲν ἴχνος θηρίου τὸ δὲ φρόνησιν, ἀνθρώπου. *Combinationis bonorum Sphynx ſacrum eſt ſymbolum, robore fera, homo prudentia*. Huc pertinet illud Hori, gruis lapillum geſtantis, videlicet vigilantis prudentiæ omnia ſagaciter explorantis, & inſtabilitatem vitæ grauitate conſiliorum firmantis ſymbolum.

Aſpis, Leo, Canis ſymbolicè deſignabant virtutes Regias.

Si quod in Regno publicum ſcandalum exortum eſſet, Rex ſummâ ſollicitudine exorti mali cauſam ſeipſo inquirere conſueuerat; ſi culpâ id ſua ex defectu vigilantiæ accidiſſe comperiret, palàm ſuum confitebatur errorem, rectè exiſtimans, principem, dùm errata culpâ miniſtrorum tegit, bis peccare; ſacris itaq; expiatus cœrimonijs, magno animo ad poſterum cautiùs procedendum, ferebatur.

Princeps bis peccat, dùm errores ſuos Miniſtrorum culpa tegit.

Porrò vnica cura Regum erat, regnum quod tantô labore compararuerant, tot præcellentibus legibus ſtabilierant, vnione, concordia, & vnanimi mentium conſpiratione conſeruare; vbi enim diſſolutio per diſcordias ſuas in regno radices egerit, ibi regnum ruinæ proximum, vt fatiſcat neceſſe eſt; huius ſymbolum erat Ibis in medio ſerpentum coaceruatorum. Eſt autem huic aliti ita à natura comparatum, vt vnitos ſerpentes alicubi latentes noſtri crepitaculo primò terreat, territos ab inuicem ſeparet; atque in fugam conuertat, ac ſic, quos vnione coniunctos primò aggredi non audebat, diſſipatos atque in diuerſa diſtractos, mox conficiat, atque deuoret. Nil ſanè in rebus humanis animorum diſiunctione eſt pernicioſiùs, ex qua vnica, velut ex equo quodam Troiano omnes calamitatum Iliades proceſſerunt; cùm autem hanc vnionem ex diuerſis morum religioniſque inſtitutis procedere comperirent, omnem cum exteris Regibus nationibuſque conſuetudinem lege lata vetabant; ex hac enim hominum natura, ingenio, legibuſque diſcrepantium miſcella pernicioſam illam diſcordiæ, & diſcrepationis mentium, regnorum perturbatricem hydram vnicè naſci probè nouerant; nouerant & illud,

Ibis in medio ſerpentum denotat vnionem.

Cur Ægyptij excludebant à Regno exteras nationes.

Non

Non minor eſt virtus, quàm quærere pacta tueri ; non enim ſemper intenditur potentia cùm extenditur, neque ſemper ſtringit benè, qui multa amplectitur. Hâc curâ, & ſummâ ſollicitudine Ægypti regnum, nulli ſiue vrbium vaſtitatem, ſiue populorum frequentiam, ſiue denique rerum humano generi neceſſariarum vbertatem ſpectes, ſecundum, ſuum ab immemorabili tempore vigorem obtinuit; ad quod plurimùm momenti conferebat lex, quâ arcanorum regni præter Sacerdotalis ordinis proceres, nullos alios, conſcios eſſe, vetabatur, nec immeritò, cùm tunc conſilia principum verè tuta ſint, cùm tecta fuerint. Horum ſymbola erant rana ſeriphia, (genus id eſt ranarum mutum) vnà cum ſimulachro Harpocratis, qui digito labra premeret, nutuque ſilentia ſuaderet, præ foribus curiæ poſita : tantò ergò regnum firmiùs conſtitutum credebant, quantò maiùs foret in eius arcanis occultandis ſilentium. Non dicam hìc de innumeris alijs inſtitutis, quibus Ægyptij in Republica benè beatèque adminiſtranda vti ſolebant, ſed cùm hæc ſparsìm in hoc opere adducturi ſimus, Lectores eò remittimus.

Conſilia Principum ſunt tuta quando tecta.

Rana cuius ſymbolum fuerit?

Simulachrũ Harpocratis quid denotet.

Silentium armamentum regnorum.

Diſcent ex his, ni fallor, Reges & Principes, quomodò cum dignitate rebus publicis præeſſe & valeant, & debeant ; cognoſcent, quibus virtutibus potiſſimùm principem ad regni gubernacula rectè adminiſtranda, inſtructum eſſe oporteat ; videbunt, quid fugiendum, ne perdantur, quid amplexandum, vt ſeruentur. Diſcent & ex his, religionem vnicam eſſe totius gubernationis baſim, & fundamentum, quo nutante omnia nutare neceſſe eſt. Experientur continuas rerum humanarum periodos, quibus nihil ſtabile, nihil firmum, niſi in eo, qui rerum omnium centrum, requieſcere ſtudeant. Quòd cùm perſpicerent priſci philoſophi, vt ſapientiſſimus Solon, dici beatos crediderunt, ante obitum nullos, ſupremaque funera poſſe. Nam quotumquemque mortalium, vel inter ſupremos vel infimos putes, qui fortis fortunæ gyrum mirabilem, ſi vixerit diu, interdum non experiatur ? Quid aliud apud Poëtas deſignat Ixionis rota ? quid refluentes aquæ Tantali ? ambeſum Promethei iecur & ſuccreſcens perpetim ? quid, qui congeſtis montibus conati cœlum reſcindere, fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo ? qui ſaxum voluunt ingens, radijſque rotarum deſtricti pendent ? Cur adeò inter figmenta perſiſtimus ? in domum ſuam ſe quiſque recipiat, & vel fortunam priuatæ praxeos animaduertat : nonne vbique varietas ſumma, vel ex negotij ipſius inſtabili vultu, vel ex agentis animo, qui iuſtos tranſcendat limites rei, vel ex ſuſcipientis incertâ fluctuatione, quæ citò præſentium ſatur, captandis inhiat nouis aſſiduè, præteritorum oblita facilè, futurorum ſemper ignara, vix vnquam aureâ rerum mediocritate contentâ. Pulchrè igitur Euripides. Πολλαὶ, aiebat, εἰσὶ τὰς μορφὰς τῶν δαιμονίων. *Multæ ſunt dæmonum laruæ*. Quod fuſè Plautus : nam in hominum ætate multa eueniunt iſtiuſmodi, capiunt voluptates, mox rurſum miſerias : iræ interueniunt, redeunt rurſus in gratiam. Verum iræ, ſi quæ fortè eueniunt huiuſmodi inter eos, rurſum ſi reuentum in gratiam eſt, bis tantò amici ſunt inter ſe, quàm priùs. Atqui cùm tantam viderent rerum humanarum incon-

Monita Principibus.

Religio fundamentum Regnorum.

Solon.

Allegoriæ Poëticæ in conuerſione rerum humanarum.

Priuatæ praxeos viciſſitudo mutatur tribus ex cauſis maximè.

inconſtantiam, vt cuncta cunctis ferè in vita promiſcuè obuenirent, idcircò nnnc Deos cum homine tanquam pilâ ludere, nunc ſortes omnium, ceu iactu teſſeræ pendere ſunt arbitrati: imò de Dijs poſtremò, Deûmque prouidentia cœptum eſt dubitari. Nam ſi à caſu eueniant ſingula, prouidentiam tollas oportet; ſin prouidentiam ſtatuas, eidem ſæpè & abſona copulabis; niſi omiſſis diſputationibus, mentem captiuam fidei reddas, & in vnius paſsim conſenſus antiquiſſimi inuiolabili auctoritate perſiſtas: alioqui certè in Epicuri opinionem, ſublatis primis principijs transferemur, perluſtratoque rerum circuitu, & Mundum conceſſum diſputationibus noſtris, & vanos cum ſapiente dicemus omnes conatus hominum, etiam in ſapientia Mundi, vaniſſimam vanitatem. Nam ex errore paulatim in opinionem, & hinc in veriorem ſcientiam trahimur. Scientes denique, vbi nos cognouerimus, delapſi iterum, nihil nos ſcire penitus intelligimus, ſtatuentes propèmodum in non ſapiendo iucundiſſimam vitam, eumque felicem maximè rati, qui natus morienſque fefellit.

Fortunæ circuli in rebus politicis, familijs, regnis, & ciuitatibus.

Eatur verò ab hominibus ſingulis ad collectionem plurium; primò quidem ad viros atque familias, indè ad ciuitates, & regna, vel vſque ad abſolutiſſimam Monarchiam; ſuis cuique per vicem aſpirat Genius bonus, ſua viciſſim ex inſolentia peſtis, & expurgandæ fœci ſalutare diluuium; modò per ignem, & aquam, modò per epidemicos morbos, per bella, aut ſeditiones mutuas; ſic vt vix abſque certamine pax læta perduret; vt & quietem externam, interna diſſidia comitentur, pacemque domeſticam hoſtes extranei foueant; Mundus denique vniuerſus contentione non minùs, quàm amicitiâ viuat, & gubernetur.

Diluuia Mundi.

Magna igitur fit prouidentia Dei, vt cùm ex vbertate nimia, nimis increuerit vel hominum genus, vel luxus & inſolentia; conflictus illicô, & contentiones oriantur. Vndè mox ſumma annonæ caritas, & peſtilentia, quæ ſæpe tam crudeliter ſæuit, vt vniuerſam penè ditionem Orbis inuadat: cuiuſmodi duas ſub M. Antonio quondam viguiſſe commemorant, quæ penè humano generi παναλεθείαν minitari viderentur. Qualem & maiores noſtri referunt obtigiſſe anno Chriſti 1450. vix vt mortalium tertia pars ſuperſtes euaſerit. Atqui concupiſcentiæ hominum inſatiabili, terræque onuſtæ liberis & alumnis perditiſſimis, quodnam potuit dari vel remedium vel purgamentum maius? Id ſi vnquam, certè ex vſu fuit, nunc iſti ætati, quà nihil miſeriùs, prorſus eſt neceſſarium. Hâc enim cauſarum viciſſitudine, & mores, & ſtudia, reſque omnes humanæ optimè permutantur, delapſa etenim, ac quaſi neglecta vileſcunt omnia: at poſtquam attritis iterum ſumma recepta eſt inſtauratio, creſcunt in pretio ſingula, rurſuſque ad ſuum vigorem properant, aliquando denuò collapſura. Sed illæ fortunæ tam æſtuariæ vices, tyrannos proximè Regeſque potiſſimum vexant & perſequuntur. Hoc enim habet potiſſimum tyrannorum vita, vt quibus fidendum eſt, metuant ſemper, fidantque quibus nihil eſt fidei probæ; vndè hinc immeritis irrogatæ iniuriæ, hinc indignis erogata beneficia, amicos ex hoſtibus, hoſtes ex ciuibus faciunt: & per ambitionem, crudelitatem, luxum, auaritiam, turbatis ordinibus re-

Diluuij mundani neceſſitas.

Cauſæ viciſſitudinum maximarum in tyrannide.

rum, raptim è fastigio deturbantur: tandemque ad vsitatum perueniunt fabulæ finem, venenô, aut gladiô, aut fatis miserioribus occumbentes, iuxtà Satyrici dictum.

Ad generum Cereris sine cæde & vulnere pauci
Descendunt Reges, & siccâ morte tyranni.

Nemesis violentia. Videmus autem ex ipsa Nemesis violentia, peruersum populum iniquis tandem à Regibus castigari. Reges autem, cum vltra fas plebem diutiùs afflictârint, ab eadem denuò succensâ in rabiem, & vita quandoque, & Regni supremis viribus spoliari. Lege, te obsecro, Dauidis hymnos pulcherrimos præsertim 17. 33. 37. 73. 94. potissimùm verò 73. psalmo quam eleganter? *Vtique bonus est Deus Israel iis qui mundo sunt corde. Mei autem penè moti sunt pedes &c.* Hìc primò fastum improborum, & apparentem felicitatem verbis disertis exprimit. *Posuerunt in cœlum os suum &c.* Deindè & animi sui morsum, dùm peccatorum pacem contemplatur. Sed mox ab ipsa catastrophe rerum se consolatur: vbi sic ait: *Certè in lubrico posuisti eos &c.* Omnem verò humanæ vicissitudinis circulum accuratissimè pinxit psalmis 78. & 107. vbi Iudaica gens bonorum satura, Dei cùm obliuiscitur, in omnem calamitatem protinus ruit; afflicta, diuinam opem rursus implorat: quà consecutâ, denuò cultum diuini Numinis negligit, iterumque percussa & sanata, supplex & peruicax, à duris pœnitens, à prosperis insolescens, æui præsentis imaginem optimè repræsentat. Nos ferè totius conuersionis capita ita paucis complexi sumus.

Gentis Iudaicæ miræ vicissitudines.

Conuersionis humanæ capita.

Circulus Platonicus.

Pauperies pacem dat, opes pax, copia luxum:
Sed luxus bellum, bellaq; pauperiem.
Fons amor est odijs, vitæ mors, turba quietis:
Stant quæ deciderint, quæq; stetère, cadunt.
Et capti capiunt, & qui domuere domantur:
Fit victi supplex, qui modò victor erant.
Rege fero fera plebs punitur, plebe tyranni,
Sic fatum alternas versat in Orbe vices.

Sed plura in hanc sententiam libris diuinæ sapientiæ, & passìm in psalmis Dauidicis leges: quorum omnium fructus is longè vberrimus recensetur, vt vitam, moresque formemus, & in istis vtriusque fortunæ ludibrijs sanare ægrotum animum, amare proximum vnumquemque, & vitam inter conciues agere socialem, res nimis caducas spernere, cunctis verò operibus Deum auctorem præponere consuescamus; non autem, vt disputemus, quemadmodum de naturæ rebus philosophis datum est, neque vt Mundum trahamus in controuersiam, quo plures respiciunt hâc ætate; neque vt ferre duntaxat inter mortales videamur, & obfirmatis animis contra maiorum leges & placita, fenestram omni licentiæ, sub libertatis euangelicæ titulo recludamus; cuiusmodi verè Theologia sophistica hanc nobis chymæram peperit, cuius afflatu res omnes laborant, priuatæ & publicæ, peruersisque passìm ordinibus rerum, in Mundi antiquum chaos iterum præcipitamur.

Quare

CAPVT VIII.

Quare cùm hodiè & ſumma deorſum maximè fluant, & inferna ſurſum repere, præter honeſti ſpeciem moliantur; ea quoque, quæ ſupra naturam ſunt conſtituta, gyrum conſimilem facere, diuinæ iuſtitiæ conſentaneum fuit: aufertur enim & lumen mortalibus, & vnitatis robur, & per conſequens omnis ferè hactenus conceſſa felicitas, ijſque confertur, qui vitam in luctu ſupplices diu, & in profunda merſa caligine viluerunt. Luſtrabis hic omnem politici Mundi hiſtoriam: æterna quidem eſt Monarchiæ ſpecies: æternum ſanctæ religionis & fidei regnum: æterna apud mortales Chriſti Eccleſia; ſed tamen hæc ipſa propter materiæ ſuſceptricis ineptitudinem ſucceſſione temporis mutat & locum, tanquam per terræ ſegmenta demigrans, & ſubobſcuram cum noſtris moribus conuerſionis ſpeciem trahens; quod & in illo perpendes prauarum opinionum exortu, augmento, ſtatu, & declinatione, iuxtà totius viciniæ in Orbem continuum tractus, & ſæui contagij quandam verſatilem vim ceſſante minimè, donec prophana cum ſacris vndique, & ſumma cum infimis confuſa, penitùs in plenum circulum agitârit.

Primus iſtius calamitoſi ſæculi ſons.

Translatio fidei, religionis & Monarchiæ

Sufficiat interim nobis huius politicæ fructus longè vberrimos, vt noſmet noſſe, & gubernare diſcamus, aſcenſu quodam mentis veluti ex vmbra in lucem tranſlati; vt cùm multiplicem humanæ viciſſitudinis circulum perſpexerimus, nunc bono caduco malum conſitum, & malum bono aſſiduè cogitemus. Amamus hæc omnia tanquam oſuri; oderimus tanquam amaturi, læti in aduerſis, in felicibus ſucceſſibus anxij, nunquam tamen nec ſpe inani, nec nimiô metu, nec vllâ cupiditate tranſuerſi, ceu ruptis repagulis efferamur.

Fructus Politicæ,

SYNTAGMA III.

ARCHITECTVRA SEV THEOGONIA DEORVM, IN QVA

De Origine ſuperſtitionis & idololatriæ Aegyptiorum, cœterarumq; Orientalium gentium, potiſsimùm Græcorum, qui ab Aegyptijs eam veluti hæreditate quadam acceperunt, agitur.

CAPVT I.

De prima hominum origine, & primis idololatriæ inuentoribus:

Ouid. l. 1. Met.

ANTE mare & terras (& quod tegit omnia cœlum)
Cùm vnus adhuc eſſet naturæ vultus in Orbe,
Quem dixêre chaos: rudis indigeſtaq; moles
Nec quicquam niſi pondus iners, congeſtaq; eodem
Non benè iunctarum diſcordia ſemina rerum,
Obſtaretque aljs aliud; cùm corpore in vno
Frigida pugnarent calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.

Mundi rudimenta.

Cùm, inquam, immortales Dij (vt cum Poëtis loquar) propriâ felicitate contenti, nullâ adhuc rerum humanarum curâ tangerentur. Ecce poſt ſecula tandem felix illa illuxit dies, quo, vt Platonis verbis vtar, in diuino Deorum immortalium concilio concluſum eſt, vt Mundus ille indigeſtus, atque incompoſitus ab informi illa rerum omnium promiſcuâ confuſione ſquallentium תהו ובהו *tohu va bohu* vindicatus, lucem aſpiceret, formis ſplendeſceret omnigenis, atque in varias rerum facies abiens, propriæ felicitatis gaudiô perfrueretur. Concluſum eſt, & in opus deductum; Mundus itaque conditur, atque à rerum commixtarum confuſione ſolutus, mox in formam exurgit liberaliorem; virium, proprietatum, aliarumque qualitatum, quæ ſingulis creatis debebantur, diſtributionis officium prouidentiſſimo committitur Prometheo. Prometheus ſeu prouidentia diuina, vti omnia debitis ſuis formis inſtruit, ita omnes ſapientiſſimi Prouiſoris partes expleuit.

Mox cœlo terras, & terris abſcidit vndas,
Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aëre cœlum,
Quæ poſtquam euoluit, cœcoque exemit aceruo,
Diſſociata locis concordi pace ligauit,
Ignea conuexi vis, & ſine pondere cœli
Emicuit, ſummâque locum ſibi legit in arce;
Proximus eſt aër illi leuitate, locoque

Den-

Denſior his tellus, elementaque grandia traxit.
Et preſſa eſt grauitate ſui circumfluus humor
Vltima poſſedit, ſolidumque coercuit orbem,
Tùm freta diffudit, rapidiſque tumeſcere ventis,
Iuſſit, & ambitæ circundare littora terræ,
Fluminaque obliquis cinxit decliuia ripis,
Iuſſit, & extendi campos, ſubſidere valles,
Fronde tegi ſyluas, lapidoſos ſurgere montes,
Vix ita limitibus diſcreuerat omnia certis,
Cum quæ preſſa diu maſſâ latuere ſub ipſa,
Sydera cœperunt toto fulgeſcere cœlo,
Neu Regio foret vlla ſuis animalibus orba,
Aſtra tenent cœleſte ſolum, formæque Deorum,
Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus vndæ,
Terra feras cepit, volucres habitabilis aër.

Cœlo itaque terraque formis debitis iam imbutis, cœteriſque omnibus prudentiſſimè diſpoſitis.

Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cœtera poſſet.
Natus homo eſt, ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille Opifex rerum, mundi melioris origo,
Siue recens tellus, ſeductaque nuper ab alto,
Æthere cognati retinebat ſemina cœli,
Quam ſatus Iapeto miſtam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantûm cuncta Deorum,
Pronaque cùm ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Homo itaque ſolus ore ſublimi, ad cœlumque erecto intuitu præditus, diuinum animal naturæ iuxtà mortalis & immortalis confinium; ceu ſola cœleſtis planta in terris conſtituta (cuius radicem conditor hiſcè infernis ſedibus vinxit, comam verò atque perpetuò frondentem verticem ſupra anni & Solis viam, ſupra cœli extremam circumferentiam ad nunquam interituros ambitûs relegauit) hic, inquam, homo cum lucidiſſima illa Mundi lumina, ad quæ contemplanda, atque in ijs factorem laudandum creatus erat, curioſiùs intueretur, pulchritudine eorum paulatìm illectus, verâ & rectâ religionis ſemitâ derelictâ, eo dementiæ deuenit; vt ea, quæ ſui gratia condita eſſent, ſui veluti conditores crederet, & ſanctè veneraretur. Auxit dementiam hanc traditionum ſalubrium de Mundi origine à prædeceſſoribus factarum obliuio, quà inualeſcente nouas de Deo, de Mundo, de hominis productione, alijſque rebus opiniones imbibit, cùmque cœleſtis ille ignis præcipua humanæ mentis portio vigens,

Hominis productio.

Idololatriæ origo.

vigens, ad Numinis alicuius cultũ eum inſtigaret; mox verô derelicto Deo, ad faliorum Numinum, vnoquoque ex eius familia ſibi nouas idololatriæ rationes comminiſcente cultum prolapſus eſt; factumq;, vt corruptibilia ſimulachra pro Deo incorruptibili adorârit, rebuſq; externis contentus, cùm inſenſibile Numen intueri deberet, ad ſenſibilia, & terrena fuerit diffuſus. Atque huiuſmodi præuaricationem erroremque primùm Hebræi tribuunt Nepotibus Chami, Miſraim videlicet, Chuſio, Phuto & Canaano, qui per Aſiam & Africam vniuerſam in nouas colonias diffuſi, nouas paſsim Deorum colonias introducentes, noua & ridicula dogmata Mundo pepererunt; cuiuſmodi ſunt, Adamum è Luna prodijſſe, Prophetam inibi ex maſculo & fœmina procreatum, atque in hunc Mundum venientem, primùm cultum Lunæ docuiſſe. Verùm quoniam hæc opinio non ita obuia forſan multis eſt; viſum eſt, eam hic ex R. Moſe Ægyptio, vulgò Rambam, depromptam adducere; ſic enim dicit in More nebuchim.

Nepotes Chã primi idololatriæ inuentores.

Rambam l. 3. c. 19.

כי הם שארית אומות הצאבה כי הוא חיתח אומה שמלאה כל הארץ ותכלית מה שהגיע אליו עיון מי שהתפלסם בזמנים הם שידמה שחשם רוח חגלגל וכוכבים חם גופות וחבורא רוחם זכר זה אבוככה ערבי בפירוש השמע ולזה חאמינו חצאבה כולם קדמות העולם שחשמים אצלם חם אלוה וחשבו שאדם איש נולד מזכר ונקבה כשאר בני חאדם אלא שחם מגדלים אותו וחיו אומרים שהוא נביא שליח הלבנה ושהוא קרא לעבודת הלבנה ושיש לו ספרים חבורים בעבודת חאדמה וחשבו ששת חלק על דעת אדם אביו בעבודתו חירח ואמדו על אדם כי כאשר יצא מן חירח ועל מאקלים קרוב להודו יוצא ובכנם בקהלים בכל חביא עמו פליאו תמהם אילן של זהב צמיח בעל עלים וסעיפים ואילן של אבן בך וחביא עלח של אילן לח שלא ישרפחו חאש וחגיד על אילן שתחת צלו על עשרת אלפים איש ארכו בקומת אדם וחביא עמו שני עלין כל עלה חיו מתכסין בו שני אנשים וזה כל מה שמייחסים אליו חיא לרווק דעתה בקדמות חעולם עד שימשך אחר זה שהכוכבים ויחולוליח חם חאלוח:

Hoc eſt: *Iſti ſiquidem reliquiæ ſunt gentis Zabæorum* (à Zaba, è progenie Chami orto, & filio Chuſij, qui ſecundùm Iam Suph, id eſt, maris rubri ſinum ad ortum, & occaſum, atque ad dexteram & Aquilonem littora coluit ſic dictæ) *quia iſta gens totam repleuit terram. Finis autem & perfectio illius eâ ratione iſtis temporibus philoſophantis fuit? quod putaret creatorem eſſe cœli ſpiritum ſeu animam; ſtellas verò corpora eſſe ipſa ſubſtantia Dei informatas. Meminit huius prauæ opinionis quoque Abubacer Arabs in expoſitione de auditu. Et ideò quoque credit tota gens Zabæorum Mundi antiquitatem* (ſeu quod idem eſt, æternitatem) *quoniam cœlum eſt Deus iuxtà opinionem eorum. Et dicunt quod Adam primò natus eſt ex maſculo & fœmina ſicuti cæteri homines: ſed honorabant eum multum, & dicebant, quoniam è Luna egreſſus, Prophet a, & Apoſtolus Lunæ fuit, & quod prædicauit gentibus, vt ſeruirent Lunæ, & quod compoſuit libros de cultu terræ. Dixerunt etiam quod Seth contradixit opinioni patris ſui in ſeruitio Lunæ; narrauerunt etiam de Adam, quod quando egreſſus eſt de Luna, & de climate vicino Indiæ, ad clima Babylonis profecturus, multa mirabilia ſecum tulerit: ſcilicet arborem auri, quæ creſcebat cum ramis, & folijs: & arborem lapidum, & folia cuiuſdam arboris viridis, quæ non comburebatur ab igne; & dixerunt, quòd ſub ipſius arboris vmbra decem millia hominum continebantur; & altitudo arboris ipſius ad ſimilitudinem ſtaturæ humanæ.*

Zabæi primi putarunt Aſtra Deos eſſe.

Abubacer.

Miræ de Adamo fabulæ.

Adam Prophet a & Apoſtolus Lunæ.

Mira ſecum tulit de Luna.

næ. Attulit ſecum etiam duo folia, quorum vtrumque duos homines cooperiebat. Intentio verò eorum in loquendo de Adam primo, & de hominibus, quæ attribuuntur ei, fuit, credulitatem ſuam de antiquitate Mundi ſtabilire, & quod indè prouenit, cœlos & ſtellas eſſe Deos.

Atque hæc eſt de primæua hominum origine, & idololatria Zabæorum digna Lunaticis hominibus opinio; ex qua veluti ex Equo quodam Troiano omnia antiquorum philoſophorum de æternitate Mundi, de Mundorum pluralitate, de Aſtrorum vitâ & diuinitate, de Metempſichoſi denique, ac animarum reuolutione abſurda dogmata, ad omnem impietatem feneſtram aperientia prodijſſe videntur. Hinc Adamum eiuſque progeniem, & nepotes filiorum Dei nomine veluti aſtrorum æternorum, quæ ipſi Deos appellabant, filios indigitabant, quæ omnia confirmat Chronicon Alexandrinum:

Propagatio dogmatis Zabæorum de æternitate mundi.

Adami filij Dij ſunt dicti & Deorum filij.

Οὓς φησὶν ἀγγέλους Θεοῦ ὀνόμασιν τοὺς ἐπικαλεμένους τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Τοῦτος καὶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐνταῦθα προσηγόρευσεν. Ταῦτα μὲν ἡ γραφή. ὅτι δὲ ἕτοιμοι ἄγγελοι πρὸ τινὸς θεοὶ ὠνομάσθησαν. Et paulo poſt: Ἐντεῦθεν ἤρξατο ἡ κακομηχανία ἐν κόσμῳ γίνεσθαι. Καὶ ἀπαρχῆς μὲν διὰ τὸ Ἀδὰμ πρακτέον· ἔπειτα δὲ διὰ τὸ Καὶν ἀδελφοκτονίας. νυνὶ δὲ αἴτια δὲ ἐνεργοῦσι τὸ Ἰάρεδ, καὶ ἐπέκεινα φαρμακεία, καὶ μαγεία, ἀσέλγεια, μοιχεία, καὶ ἀδικία ἐκρημάτισεν. Ἀλλὰ καὶ τίνες τὸν Ἀδὰμ σὺν τῇ Εὐᾷ, καὶ τὸν ὄφιν γένεσθαι Θεοὺς προσηγόρευσαν. ἀλλὰ μὲν καὶ τὸν Καὶν, καὶ τὸν Σὴθ. *Quos*, inquit, *ſupra Angelos Dei inuocantes nomen Domini Dei nominârat, hos quoque filios Dei hic appellauit; atque hæc quidem ſcriptura. Hi verò Angeli apud quoſdam deinceps Dij vocati ſunt. Cœpit autem improbitas ab ipſo Mundi exordio per Adami contumaciam; mox per Cainum parricidia; deindè tempeſtate Iared, ſequentibuſque ſeculis veneficia, magia, laſciuia, & omne nefas regnarunt; quin & nonnulli Adamum & Euam cum ſerpente, Cainum quoque & Sethum Deos fuiſſe dictitarunt.* Horum porrò commentorum, & inanium deliramentorum cauſam ergo arbitror eſſe; quo primi illi homines cum proprio arbitrio relicti nullâ certâ lege ſcriptâ ante Moſis tempora tenerentur, cùmque proindè certæ quædam ſententiæ de Deo, de creatione Mundi, de diluuio, & ſimilibus rebus, ac mutationibus grauioribus, inter primos tantùm humani generis Patriarchas referrentur, factum eſt, vt ab eis veluti â primis hominibus acceptas, poſteri quaſi per manus alijs alij tradiderint; quibus poſteriora ſecula & homines, vti quique à primis remotiores fuêre, ita ſubindè alia, atque alia quoque haud abſurda affinxerunt, donec res ipſæ totæ in fabularum commenta abiêrint. Hinc diuerſitas illa opinionum originẽ habebat; indè maxima & relationum confuſio propè inextricabilis. Æthiopes enim, teſte Diodoro, primos homines in Æthiopia veluti in medio terrarum natos aſſerebant: cauſam in vicinitatem Solis omnium generabilium parentis conijcientes. Theodoretus ex relatione antiquorum primos homines in Arcadia natos aſſerit, iuxtà illud:

Chronic. Alexandr.

Ante Iouem genitum terras habuiſſe feruntur.
Arcades, & Lunâ gens prior illa fuit.

Diod. l. 1. Vbi primi homines nati ſint.

Theodor. l. 5. de affect. Græcor. Arcades primos mortaliũ nonnulli dicunt.

Cœlius verò & Mercator ex Ariſtide primam hominum genitricem terram aiunt, fuiſſe ſolum Athenienſe; Arabes, quemadmodum videre eſt

Quidam Athenienſe ſolum primorum hominum productor.

Ægyptij primos homines in Ægypto natos aiunt.

est in eorum Ceographia, hanc prærogatiuam Arabiæ felicis solo attribuebant. Ægyptij denique firmiter crededant, primos homines in Ægypto natos; causam huius assignabant, tùm aëris temperiem bonitatemq; vndequaue perfectissimam, tùm Nili fœcunditatem multas res naturaliter & suaptè spontè producentis, productasque benignissimè conseruantis; auxit opinionem eorum monstrosus ille Soricum seu agrestium murium

Murium miræ species.

in Thebano territorio prouentus, quorum aliqui superiori suâ parte murium speciem referentes animati, ab inferiori verò, Diodoro teste, informes, & ἀμόχθονες adhuc reperiebantur. Herodotus narrat, Psammeticum

Herod. l. 2. Euterp.

Ægyptiorum Regem, cum ingenti desiderio teneretur ad cognoscendum, quænam Mundi prouincia primos homines produxisset, illum sequenti

Psammetichi de prima lingua experimentia.

industriâ id inuestigare attentasse. Duos infantes recens natos ab omni humanæ vitæ consuetudine remotos, certo loco inclusos, & à capra alendos pastori cuidam commendauit, cum ea claustri custodia, vt omni eos accedendi aditu intercluso, nec videre, nec humanâ voce loquentem quenquam mortalium audire possent; sibi indubitanter persuadens, futurum, vt ætatem congruam nacti, eius prouinciæ, quæ primos homines Mundo dedisset, linguâ loquerentur; itaque post certam annorum reuolutionem infantes de cauea extracti, mox exporrectis brachijs identidem in hæc verba prorupêre: *Bec*, *Bec*: quas voces, vtpotè peregrinas,

Bec in lingua Phrygum quid?

cùm nullus astantium intelligeret; inuestigatione tandem factâ deprehensum est, Bec in Phrygum lingua nil aliud sonare, quàm panem; concluditaque Rex Psammeticus, in Phrygia primos homines fuisse productos. Tempus me deficeret, si singularum gentium, de huiusmodi prima hominum origine deliria hìc adducenda forent, quare; qui plura desiderat, consulat Berosum, Varronem, Eusebium, Hieronymum, Polydorum, Aristophanem, Pererium, Postellum, aliosque; nos his relictis ad ea nos, quæ primam idololatriæ originem concernunt, postliminio conferemus.

Omnes Mundi nationes Numen aliquod agnouerant.

Certum itaque, & indubitatum est, nullo vnquam tempore in hoc mundo extitisse populum adeò barbarum, nationem tam peregrinam, clima tam rude & impolitum, quempiam denique hominem adeò ferum, syluestrem, & ἄλογον, qui non, vel naturæ lege, seu rectæ rationis dictante lumine, vnum aliquod rerum omnium principium, Numen dico vniuersam rerum obtinens moderationem, certo & peculiari religionis ritu cœrimonijsque colendum agnôrit. Certum quoque statui debet, nullo vnquam tempore, aut sine Deo sacrificium, aut sine sacrificio religionem fuisse, omnibus, cum sacerdotio veluti nexu quodam inseparabili in vnum coëuntibus, adeò vt hominem religio, religionem sacrificium, sacrificium sacerdotium ἀλλήλοις comitari videantur, quod apparet tùm ex innumera propè religionum statìm ab ipso nascentis Mundi primordio, ad nostra vsque tempora deductarum multitudine; tùm ex falsorum simulacrorum cultu, diuersis temporibus, diuersisque gentibus, ac populis nullo non tempore, consueto; tùm denique ipsa Ægyptus maximè ostendit, quam præ cœteris omnibus gentibus eiusmodi falsorum Deorum cultui addictiorem fuisse, monstrant infinita propè Pantamorphorum Numinum

mon-

monſtra & portenta, quorum deſcriptionem in ſerie huius Syntagmatis exhibebimus.

Lact. Firm. diuinarum inſtitut. l. 2. c. 3.

Lactantius Firmianus oſtenſurus, quâ ratione introducta fuiſſet idololatria in Mundum, tùm potiſſimùm in Ægyptum omnis ſuperſtitionis veluti fontem, ait; Chamum Noëmi filium, cùm ob impudentiam in parentis verendis detegendis commiſſam, maledictionem incurriſſet; in Arabiam Ægypto finitimam profugiſſe, ibique primùm idolorum conſtructione totam circumiacentem viciniam infeciſſe; cùm verò immenſam hominum multiplicationem, anguſtiæ locorum non caperent, hinc indè in varias ſedes diſperſos, paulatìm inſulas, mare, omneſque Mundi partes repleſſe. Cùm verò à ſancta radice ſeiuncti eſſent, vnumquemque iuxtà arbitrium, ac voluntatem ſuam nouos ritûs, cœrimonias atque religiones conſtituiſſe, quæ ad Ægyptios potiſſimùm dimanarunt; Arabes verò idololatriam ante diluuium incepiſſe referunt. Nam inter cœteros mortales hoc improbô cultu maximè deditos fuiſſe notiùs eſt, quàm dici debeat, quem plurimùm delicioſa illius terræ conſtitutio promouiſſe videtur. Cùm enim in ædibus, ac tugurijs ſuis rarò ſeſe continerent, totam noctem ſub cœlo ſereno, ac nullis malignis impreſſionibus obnoxio, dormiendo conſumeret, è frequenti cœleſtium corporum aſpectu, atque tam conſtanti lege procedentium ſtellarum curſus, motuſque multiplicis ac varijs planetarum, Solis, & Lunæ contemplatione, in eam paulatìm deuenêre opinionem; Aſtra Deos eſſe, & rerum vniuerſi conſeruatores; quos variô ritu & cœrimonijs colebant, & venerabantur; id quod & Euſebius in Chronico ſuo quoque affirmat. S. Ioannes Damaſcenus verò idolorum fabricam Serucho Nepoti Chami aſcribit; *Seruch*, inquit, *primus idololatriam inuenit, cùm enim omnes cultum communi conſenſu conſtituiſſent, mos ſimulachrorum hominum generi ponendorum ortum habuit; vndè incipiebant primò coloribus certis adumbrare, & depingere viros alicuius nominis & famæ, poſteà celebriores, vti Principes, tyrannos, Reges, qui vel rerum geſtarum gloria, aut virtutum, operumque memorabilium gloriâ in hac vita eminuiſſent, poſitis ſtatuis cohoneſtare.*

Cauſa idololatriæ ex inſpectione aſtrorum.

Euſebius. Ioan. Damaſcenus.

Seruch idolorum primus faber. Progreſſus idololatriæ.

Ac primò quidem figuli è creta, argilla, ſimilique materia ſtatuas vitâ functorum fingebant; ſculptores verò figulina ſimulachra imitantes, è lapidibns efformabant. Fuſores denique eminentiori cultu digna reputantes ex auro, argento, ære, alijſque metallis fundebant; atque ſimpliciori plebi veluti Numina adoranda proponebant, teſtante Chronico Alexandrino:

Chronicon Alexandr.

Ἑλληνισμὸς ἀπὸ τῶν χρόνων τοῦ Σερὲχ ἐναρξάμενος καὶ διὰ τὴν εἰδωλολατρίας, ὡς ἐστοιχοῦντο τὰ ἔθνη καὶ τίνα δαιμονίαν, ὅτι τὸ μᾶλλον πολιτικώτερον ὅτι ἔθη, ἢ ὅτι θεμοὺς εἰδώλων τὰ πάντα τὴν ἀνδρώπων γένη. οἷς τότε ἐσιγήσαντες ἑπόιουν διὰ χρωμάτων διαγεάφοντες τὸν ἀρχὸν, καὶ ἀπεκάζοντες τοῦ πάλαι πρὸς αὐτοῖς τετιμημένους ἢ τυράννους, ἢ ἡγέμονας, ἢ τινὰς τὶ δεάσαντες ἐν βίῳ μνήμης ἀξιον, διὰ λιθῶν ἢ σώματος εὐφυΐας &c.

Græciſmus, inquit, *ſeu Gentiliſmus tempore Seruch cœpit per idololatriam, cum ſua quiſque ſuperſtitione quâdam ductus hominum ſecula ad politicam potiſſimùm viuendi rationem, & vſum, ſeu conſuetudinem, cultumque Deorum informaret, quibus tùm progreſſu, magiſtratus, & tyrannos, aut duces, aut ſi quid æuo*

memoriaue dignum facitaſſe viderentur, quod vel pugnam, vel corporis robur commendaret, pictura effigiabant. Poſteà verò temporibus Tharæ parentis Abrahæ per ſtatuas etiam & ſimulachra errorem idololatriæ propagarunt, dùm maiores ſuos per effigies ſuas coluerunt, fatoque functos primùm per figulinam expreſſerunt, mox cœteri artifices ſecuti primos; architecti quidem lapidem cædebant, argentarij verò & auri cælatores pro ſua quiſque materia ſimulachra fabricati ſunt: ærarij & ſculptores etiam pro ſuo ingenio artificij opus variabant; poſtremò fabri, & alij deinceps opifices. Ægyptij porrò, Babylonij, Phryges, Phœnices primi cenſentur idolorum fabricandorum inuentores; quæ ars poſtmodũ ab his ad Græcos tranſlata, ingentes progreſſûs habuit; nam mox Saturnum, Martem, Iouem, Apollinem, cum reliqua, quæ hoſcè ſecuta eſt falſorum Deorum, Dearumque turba, ſtatuis erectis, diuinis honoribus proſecuti ſunt; queîs conſentit id, quod Cicero aſſerit de natura Deorum ratiocinans. *Suſcepit autem*, inquit, *vita hominum conſuetudoque communis, vt beneficijs excellentes viros, in cœlum fama, ac voluntate tolleret.* Et indè ſubiungit ille: *Sicuti Deus fuit adoratus Hercules, indè Caſtor & Pollux, indè Æſculapius in Libero patre, indè alij, quales Reges potentiſſimi, qui ob nominis ſui celebritatem in omnibus prouincijs mundi celebrabantur.* Vltra hæc vnaquæque natio, ac populus priuatô cultu primum Vrbis alicuius fundatorem, aut ſingulari virtute præpollentem Principem, aut dominum proſecuti ſunt. Ægyptij itaque terram delicioſam incolentes, cùm ſolo intellectus naturalis lumine, inuiſibilem illam magni Dei eſſentiam comprehendere nequaquam valerent, conuerſis oculis, animiſque ad cœlorum ornamenta, motuſque eorum, & ad Vniuerſi naturam; cùm deprehenderent, omnes ſublunarium rerum mutationes, temporum diſtinctiones, ſimiliaque à duobus principibus aſtris Sole & Luna prouenire; hæc aſtra æternos Deos eſſe exiſtimarunt. Poſteaquàm verò crebrò repetitâ cœli inſpectione aduerterent quoque cœterorum planetarum harmoniam, in varia illa & admirabili ad Solem & Lunam configuratione elucceſcentem, eos veluti maiorum Deorum coadiutores eiuſdem diuinitatis participes in Numinum album retulêre. Leuantes poſt hæc oculos ſuos ad reliquum ſtellarum exercitum, & ad quaruor elementa, & ad Horoſcopos genios, eorumque Pantomorphum, præter innumeros minores Deos duodecim præcipuos, iuxtà ſignorum in Zodiaco obſeruatorum numerum conſtituerunt, quæ confirmat Herodotus:

Thare pater Abraham idololatra.

Babylonij. Phryges. Phœnices Idolorum propagatores.

Cicero de natura Deorum.

Sol, Luna Dij putati. Septem planetæ.

Quatuor elementa. Horoſcopij genij.

Herod. l, 2.

Δυόδεκα, inquit, Θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι, καὶ ἕλληνας ἀπὸ σφέων ἀναλαβεῖν· βωμούς τε, καὶ ἀγάλματα, καὶ νηοὺς θεοῖσι ἀπονεῖμαι σφέας πρώτους, καὶ ζῶα ἐν λιθοῖσι ἐγγλύψαι. *Duodecim Deorum nomina primos Ægyptios exiſtimaſſe, atque Græcos ab illis cœpiſſe, eoſq; primos aras, & imagines, & templa Dijs ſibi erexiſſe, animalia primos lapidibus incidiſſe.* Neque horum tamen ſolùm rationem extruendorum in Græciam Ægyptij tranſmiſerunt; ſed etiam ipſa nonnullorum Deorum nomina, vt idem Scriptor eodem in libro teſtatur: Σχεδὸν δὲ καὶ πάντα τὰ ὀνόματα τῶν Θεῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐλήλυθε ἐς τὴν ἑλλάδα. *Omnia ferè Deorum nomina* (ſubintellige Iunonis, Veſtæ, Themidis, Charitum, Nereidum, Bacchi ſeu Dionyſij, Herculis, Mercurij, aliorumque, quorum nomina paulò

12. Deos ab Ægyptijs acceperunt Græci.

poſt

post adducit) *ex Ægypto in Græciam commigrârunt*. Longum esset omnium nationum, ac populorum opiniones de Dijs hìc recensere, qui cùm religionis originem ab Ægyptijs accepissent, vel antiquam non retinentes Theologiam, derisérunt Magistros posteà, vel ipsi in peiores superstitiones inciderunt. Hanc igitur Deorum notionem cùm homines primùm habuissent, perspicerentque, quod Mundus prouidentiâ gubernaretur; neque tamen cuius, intelligere possent; rem diutiùs inuestigantes, & cognitionis desperatione capti, paulatìm à religione in superstitiones delapsi sunt: atque alij alios Deos introduxere, vti dictum est. Est enim ita à natura comparatum, vt cum nimio Deorum metu homines opprimantur, ad humilia & sordida quæque declinent, nihilque posse committi tam parùum putent; quod Dij maxima cum iracundia & supplicio non vlciscantur, hæc res fecit, vt ijdem Græci, qui Ægyptiorum, aliarumque nationum acceptas ab alijs superstitiones derisérant, in multò maiores opiniones posteà collapsi sint; nam & adulteros, & latrones, & ebriosos, ac sacinorosos homines, qui multò erant brutis impuriores, pro Dijs coluerunt; de quibus in sequentibus susiùs passìm dicemus.

CAPVT II.

De Deorum Aegyptiorum multitudine & varietate.

REctè & sapienter ait S. Ecclesiæ Doctor Ambrosius, errorem humanum idololatriæ causam fuisse, cui astipulatur Mercurius Trismegistus, errorem & incredulitatem proauorum suorum detestabilis Ægyptiorum idololatriæ fuisse originem, cui Ægyptus nullo non tempore immersa squalebat. Nam cùm animos suos non applicarent cum debita reuerentia, & consideratione ad veri Dei cultum, & ad religionem diuinam, desiderio nihilominùs alicuius religionis tenerentur, artem idolorum fabricandorum inuenerunt, sed cum ea animare nescirent, malis artibus, & diabolicis vsi coniurationibus, euocatisque dæmonibus, eos in ea constringebant, & vt plùs virtutis, & roboris ijs accederet, ijsdem diuersi generis animalia consecrabant, quæ sancta appellabant, adorantes in ijs animas illorum, qui vel virtutibus, ac rebus gestis claruissent, ciuitatesque eorum nomine intitulantes, quæ fuissent vel ab ijs, quibus animalia illa dedicabant, conditæ, vel salubribus legibus, ac institutis imbutæ. Horum in honorem varia quoque instituebant sacrificia, cuiusmodi ritus & cœrimonias elegantissimè sanè in sua philosophia Syra describit Mor Isaac Maronita, verba eius Syriaca sunt sequentia:

S. Ambros. ep. 1. ad Cor. c. 10. Mercur. ad Æscul. c. 13.

Idola dæmonibus animãt Ægyptij.

Mor Isaac Maronita in philosophicis tractat. c. 6.

ܗܘ̈ܠ ܕܠ ܐܝܬ ܠܗ ܡܫܚܠ ܘܡܫܚܠ ܕܚܫܝܫ ܥܡ ܠ
ܒ ܗܠ ܡܫܚܒ̈ܢ ܒ̈ܥܠ̈ܐ ܘܟ̈ܠ ܗܘ ܐܠܗ̈ܐ ܡܢ ܫܠ̈ܡ ܥܡ
ܐܠܗ̈ܐ ܕܩ̈ܕ ܫܠ̈ܡ ܐܠܗ̈ܐ ܗ̈ܠ ܕܗ ܗܘ ܡܠܐ ܡܠ
ܠ̈ܐ ܕ̈ܢ ܗ̈ܠ ܒ̈ܐ ܐܠܗ̈ܐ ܗ̈ܠ ܕ̈ܢ ܗ̈ܠ ܐ̈ܢ ܕ̈ܢ ܗ̈ܠ



Deindè adduxit tempus, & ſurrexerunt homines (è ſemine Chami) *corrupti moribus, quorum mens corrupta erat ab ignorantia, & opere dæmonum qui eos ſeduxerunt, ac arbitrati ſunt vnum pro alio, & exiſtimauerunt aſtra ſpiritu intelligentiæ prædita, libertatem habere ex ſe, & poteſtatem, & paulatìm errare eos fecit diabolus, donec exiſtimarent aſtra eſſe creatores, & factores, impoſueruntq; ſingulis ſideribus Dei nomen, varijs quoque cœrimonijs ea colebant, ante ea proſtrati & adorabundi; conſtituebant quoque ſub eorum nomine idola varia, quæ ſuper columnas ſublimes, & murorum ſeu parietum faſtigia collocabant, eorum figuras varijs modis repræſentantes; his quoque victimas & ſacrificia offerebant, incenſantes ante ea aromata; Diabolus verò certis temporibus loquens ex ſingulis eorum petentibus reſponſa dabat, futura prædicens, & abſcondita reuelans, & bonum nuncium de ijs, quæ in remotiſſimis locis fiebant, citò indicabat; inducebat quoque, in corda eorum cogitationes, quas alijs reuelabat; atque eiuſmodi plurimos ſeduxit vſque in hodiernum diem. Fuerunt autem hi ritûs proprij Ægyptijs, qui poſtea ad alios tranſmigrantes totum paulatìm Mundum infecerunt.*

Singulis ſideribus imponunt Dei nomina.

Diaboli fraus loquentis per idola.

Atque hactenus Mor Iſaac. Porrò Ægyptij potiſſimùm Solem & Lunam adorabant, illum Oſiridem appellantes, hanc Iſidem. Oſiris autem, & Iſis coniuges, Ægypti Reges potentiſſimi, cùm ob prudentiam maximam ac gerendarum rerum dexteritatem incomparabilem, in omnium oculis eſſent; contigit, vt ex applauſu hominum, & laruatâ, vilique populi adulatione, paſsìm iſte Soli, hæc Lunæ compararetur. Verùm cùm præteritis iam aliquot annorum luſtris, vita functis Oſiride & Iſide, eorum fama continuò creſceret; atque de eorum excellentia, ac illuſtri dignitate præconcepta opinio magis magiſque in animis hominum, ex ſe ad omne ſuperſtitionis genus propenſiſſimorum radicaretur, ſtultâ & ridiculâ quâdam opinione perſuaſi, Oſiridem & Iſidem, illum in Solem, hanc in Lunam transformatos, & ad cœlum terramque gubernandam aſſumptos putabant. Hinc inquit Macrobius: *Ægyptij, vt Solem eſſe aſſerant, quoties hieroglyphicis ſuis literis exprimere volunt, in ſceptro ſpeciem oculi exprimunt, & hoc ſigno Oſirin monſtrant, ſignantes hunc Deum eſſe Solem, regaliq; poteſtate ſublimem cuncta deſpicere; quia Iouis oculum Solem appellat antiquitas.* Acceſſit huic errori, & quod in ſuperſtitioſis mentibus magnum ſanè pondus habuit, malè intellecta monumentorum, à philoſophis, ſapientibus ac Sacerdotibus prædeceſſoribus eorum, de Sole, Luna, ſtellis, elementis, quæ ij cum Deo, Deorumque filijs immortalibus comparabant, lectio. Philoſophi enim quemadmodum, & Homerum feciſſe legimus, ſacras diſciplinas

Sol & Luna principales Ægyptiorum Dij.

Hieroglyphicum Oſiridis.

certis

certis fabularum, similitudinum, ac symbolorum tegumentis ad instillandam mentibus hominum maiori cum voluptate veritatem, inuoluere conati sunt; vt enim docerent supremum illud Numen, quod Deum vocamus, non cœlestes tantùm sibi sedes vendicare; sed & adeò omnia, quæ aut oculis metimur, aut intellectu percipimus, per hanc rerum vniuersitatem diffusum, suâ præsentiâ, ac maiestate replere, Deos innumeros quibuslibet rebus locisque inseruerunt; hinc ætheri Iouem, Iunonem aëri, mari Neptunum, terræ Cybelen præfecêre; qui iterum in varias sectas abierunt: ita vt alij Dij cœlestes, terrestres alij, alij aquatici sint crediti; & aquaticorum alijs, maris; fluuiorum alijs, alijs fontium cura fuerit commissa, vti & terrestribus. Rursus alij montani, alij syluarum, & pastorum præsides, alij agricolarum fuerunt, atque hi in planis locis plerumque habitare putabantur. Cœlestium alij summæ rerum humanarum præerant, alij consultores, alij tempestatibus, certisq; cœli regionibus veluti Ephori: alij loca tantùm inferna habitare, & sceleratorum supplicijs præesse fingebantur; verbo ἐπὶ μέρους ὁ μήρῳ ἄθεον· vt cum Maximo Tyrio loquar, adeò *nullus locus Homero Dijs vacuus* reperiebatur; Meminit huius πολυθεότητος Trismegistus ad Æsculapium his verbis:

Multitudo Deorum.

Maximus Tyrius.

Καὶ γὰρ δαιμόνων χορὸὶ περὶ αὐτὸν πολλοὶ, καὶ ποικίλαις τάξεσιν ἐοικότες οἱ συνοικοι, καὶ τῶν ἀθανάτων, ὑκ εἰσὶ πόρρω· ἔνθεν δὲ λαχόντες τιὼ τέτων χώραν τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορῶσι, καὶ πρηστῆρσι, καὶ μεταβολαῖς πνεύς, καὶ σεισμοῖς, καὶ πολέμοις ἀμυνόμενοι τιὼ ἀζέβειαν.

Dij Ephòros humanos agentes.

Etenim, inquit, *circa ipsum quamplures sunt Geniorum cœtus, varijs copijs conferendi, ac familiares, humanis Ephoros agunt; quæ autem à Dijs iubentur exequi pergunt, turbinibus, procellis, præsteribus, igniſq; mutationibus, terræ motibus, insuper esurie & bellis impietatem vlciscentes.* Et paulò post: *Sol autem est omnis generis conseruator & educator; & Mundi intelligibilis instar sensibilem Mundum amplectens, ipsum varijs formis, & formarum omnium ideis amplificans explet. Sub hoc enim applicatur Dæmonum chorus, quin etiam chori; permulti namque sunt isti, ac varij sub astrorum cuspides ordinati, cuilibet horum numero æquales; sunt autem istorum nonnulli ex bono & malo temperati, hi omnes rerum terrenarum facultatem adepti sunt, & rerum terrestrium tumultus, ac variam discordiam, in commune ciunt vrbibus, ac nationibus, & priuatim singulis.*

Sol Rex Deorum.

Huc vsque Trismegistus; è quibus patet, non Deos tantùm bonos singulis rebus affectos fuisse, sed & malos bonorum Antagonistas, quemadmodum apparet ex Iosepho Castilienſi Hebræo, qui plurimos huiusmodi Genios in porta lucis recenset, quæ quidem non, quod hic, aut vllus Hebræorum πολύθεϊαν credat; sed, vt, aut multitudinem Dæmonum, & Angelorum, aut vnius Dei multiplicem vim, & operationem exprimant, asserere solent. Verba eius sunt sequentia:

R. Ioseph Castilienſis in porta lucis.

כי מן הארץ ועד חרקיע אין שום מקום פנוי אלא הכל מלא חמונים מהם טחירים מהם בעלי חסד ורחמים ויש למטה במה בריאות שמאות מזיקות וכלם עומדים ופרחים באויר ואין מן הארץ ועד רקיע מקום פנוי אלא חמונים מהם לשלום ומהם למלחמה מהם לטבה מהם לרעה מהם לחיים ומהם למות

A terra ad firmamentũ vſque plena Dijs omnia

Id est, *Quòd à terra ad firmamentum vsque, non est ibi vllus locus vacuus, sed omne plenum formis; ex ijs aliquæ puræ & diuinæ, aliquæ plenæ gratiæ & mise-*

miſerationum, & ſunt infrà quædam ſpecies malæ, fœdæ, noxiæ, & omnes iſtæ ſtant & volant in aëre; & non eſt locus à terra vſque ad firmamentum, qui non plenus ſit Genijs, quorum aliqui ad pacem, aliqui ad bellum, ad bonum aliqui, ad vitam denique, & ad mortem alij ordinantur. Atque huiuſmodi Deorum numerum ad triginta millia excurriſſe ſcribit Heſiodus, qui omnes Iouis ſint miniſtri, & obſeruent quæ à ſingulis hominibus fiant, ſed audiamus verba:

30000. Deorum. *Heſiodus in Theogonia.*

Τεὶς χὶ μύριοι εἰσιν ὅπι χθονὶ πουλυβοτείρη
Ἀθάνατοι ζωὸς φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων
Οἱ ῥαφυλάσσουσίν τὲ δίκας, καὶ χέτλια ἔργα
Ἠέρα εσσάμενοι πάντη φοιτώντες ἐπ' αἶαν.

Millia triginta terras habitantia Diuûm
Sunt Iouis, hi obſeruant hominum mortalia facta,
Obſeruant pariter peragrantes faſque nefaſque
Aëris induti velamine.

Iambl. de ſapientia Ægypt. Triſmegiſtus. Pſellus l. de damon.

At Iamblichus & Triſmegiſtus & Pſellus, & reliquorum ſapientum complures non ſolùm 30000. Deorum ſeu Dearum eſſe cenſuerunt, ſed ijs vniuerſum aëra, & cœlos plenos eſſe crediderunt, qui latè per aëra vagarentur, & ad nidores ſacrificiorum accurrerent.

D. Auguſtin. in lib. de ciu. Dei.

Diuus Auguſtinus in præclaro illo opere, cui titulum fecit de ciuitate Dei, quoſdam ex dictis Dijs ab antiquis Romanis *Conſentes*, quoſdam *Selectos* fuiſſe appellatos; verba eius hæc ſunt: *Quis non ferat, quòd neque inter Conſentes Deos, quos dicunt in concilium Iouis adhiberi, neque inter Deos, quos Selectos vocant, felicitas conſtituta eſt? Ecce diſcrimen apertum inter Deos Conſentes & Selectos; Conſentes autem dicti ſunt, quaſi in eo quod gerendum eſt, conſentientes.* Appellantur à Cicerone alio nomine Dij Maiorum Gentium, quaſi inter omnes alios principatum obtinentes, ad differentiam illorum, qui Minorum Gentium dicuntur. Erant autem Conſentes ſeu Maiorum Gentium numero duodecim; mares ſex, & ſex fœminæ, quos Ennius hoc diſticho complexus eſt:

Dij Conſentes & Selecti.

Iuno, Veſta, Minerua, Cereſque, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Singulis menſibus ſinguli Dij præſunt.

Pomponius Lætus diligentiſsimus è Neotericis, antiquitatis indagator, ſcribit horum ſingulis ſuum Menſem olim ſacrum fuiſſe; nempè

Ianuarius	Februarius	Martius	Aprilis	Maius	Iunius
Iunoni	Neptuno	Mineruæ	Veneri	Apollini	Mercurio
Iulius	Auguſtus	September	October	Nouember	December
Ioui	Cereri	Vulcano	Marti	Dianæ	Veſtæ

Idque ad exemplum Chaldæorum, & Ægyptiorum, apud quos ſingulis Dijs (colebant enim & ipſi, vti dictum eſt, in præcedentibus, duodecim

Deos

Deos præcipuos) ſinguli menſes erant attributi, vti in Aſtrologia Ægyptiorum videbitur. His autem duodecim Dijs Conſentibus ſeu Maiorum Gentium, quemadmodum Cicero & Lactantius eos appellare maluerunt, additi erant Patricij, qui & ipſi magnos in Mundi adminiſtratione magiſtratûs gerere putabantur, veluti Ianus, Saturnus, Genius, Pluto, Bacchus, Sol, Luna, Tellus; vocabanturque iſti Dij Selecti. Erant ergò Dij inſigniores numero viginti; duodecim mares, & octo fœminæ; & inter eos, duodecim veluti principes. Coniungebant autem omnes illos viginti hoc modo: Iouem & Iunonem; Apollinem & Dianam; Mercurium & Mineruam; Liberum & Cererem; Saturnum & Tellurem; omnes illos propter officiorum communionem. Tùm Martem & Venerem Amaſios; deindè duos ignes, Vulcanum & Veſtam; & duo Mundi lumina, Solem & Lunam; Ianum verò Neptunum, Genium & Plutonem ſine fœminis relinquebant. Et hæc quidem de Dijs Conſentibus & Selectis; quos omnes ab Ægyptijs mutuaſſe in ſequentibus luculenter patebit: erant præterea Dij quidam Incerti & Ignoti; Incerti dicebantur, de quorum diuinitate adhuc ambigebatur; quales ſunt Panes, Syluani, & Nymphæ, de quibus Ouidius in principio Metamorphoſeos, ſub verbis Iouis.

Cicero de nat. Deorum. Lactant. l. 3. inſt. Chriſt. Dij Patricij.

2o. Dij principales.

Dij incerti & ignoti.

Ouid. l. 1. Met.

Sunt mihi Semidei, ſunt Ruſtica Numina Fauni,
Et Nymphæ, Satyrique, & monticolæ Syluani,
Quos quoniam cœli nondum dignamur honore,
Quas dedimus certè terras habitare ſinamus.

Ignoti autem non erant ijdem cum incertis; nam de Incertorum diuinitate dubitabatur quidem, ſed tamen eorum nomina non ignorabantur, ſicut Ignotorum. His ſacras aras referunt primò in agro Athenienſi erexiſſe Epimenidem Cretenſem, quarum & in ſacris Apoſtolorum Actis mentio fit. Non dicam hìc de Medioximis, Heroibus, Semonibus, Patellarijs, alijſque paſsìm obuijs apud Authores Numinibus; cùm ex his ſufficienter pateat, vix locum fuiſſe, in quem non aliquam Deorum coloniam ſtulta introduxerit antiquitas. Nôrant quidem ſapientiores, vnicum Numen eſſe ac Deum, rerum cunctarum Moderatorem, ac proindè πολυθεότητα veluti rem vnitati diuinæ inconſociabilem deteſtabantur. Sed homines imperitiores, ſuccedentibus ſeculis, allegoricos de Deo ſenſûs ad literam explicantes, in deteſtabiles errores lapſi, tandem πολυθεαν introduxerunt; acceſſit ſtupor mentis, quô perculſi fieri non poſſe, Deum ſolo intellectu, non autem viſu perceptibilem iudicabant; ac proindè Iudæos propterea irridere conſueuerant, quaſi incertnm Deum, vti nominat Lucanus, colerent; aut vt ait Petronius, *ſummas cœli aduocarent auriculas*; ac videtur Dauid non ſemel in Pſalmis conqueri, exprobratum ſibi eſſe, vbi Deus ſuus foret, quaſi nuſquam eſſet, qui ſub aſpectum non caderet. Quapropter cùm nihil Sole pulchriùs, nihil formoſiùs Lunâ, eos plerique gentium, vt in ſequentibus dicetur, tùm maximè Ægyptij tanquam Deos Oſiridem & Iſidem referentes coluerunt, ex quorum multi-

Medioximi. Heroes. Semones. Patellarij.

pli-

plicis virtutis consideratione postmodum magna illa Deorum πολυωνυμία & fabrica Numinum exorta est. Et quoniam inter Maiorum Gentium Deos, Osiridi suo principem locum Ægyptij tribuebant; ab eo auspicabimur. Verùm ante admonendus est mihi Lector, consueuisse subindè veteres, Dijs vtrumque sexum tribuere, quemadmodum Valerius Soranus hoc disticho testatur.

Dij Hermophroditi seu vtriusque sexus ab antiquis habiti.

Iuppiter omnipotens, Regum, rerumque Deûmque
Progenitor, genitrixque Deûm, Deus vnus & omnis.

Iuppiter genitor genitrixque Deorum.

Et Virgilius ita legente Macrobio:

Discedo, ac ducente Deo, flammam inter & hostes
Expedior . . . . .

Vt sit, Deo, pro Dea Venere, & Caluus antiquus Poëta, *Pollentemque Deum Venerem*; & Leuinus, *Venerem igitur almum adorans*; Lunum quoque & Lunam apud diuersos obseruo; quod sumptum videtur è Stoicorum dogmate, qui Numina dicebant vtriusque sexus, hoc est in agendo mares, in patiendo fœminas; hinc & Hermophroditos à quibusdam appellatos comperio, quod & infinitæ statuæ, fœminæ virilem sexum mentientes, & ècontra; quæ in hortis diuersorum hìc Romæ videntur, demonstrant; sed nos hisce veluti passìm tritis derelictis, ad altiora tendamus.

Lunus & Luna. Venus almus & alma.

CAPVT III.

De Osiride primo Numine Aegypti, de eius origine, ac πολυωνυμία, ex Aegyptiorum, Græcorum, & Latinorum placitis.

Vndè deriueetur Osiris.

DE Osiride eius etymo nominis varij variè senserunt. Plutarchus libro de Osiride & Isìde illud nunc ἀπὸ τῦ ὁσιᾶ καὶ ἱερᾶ, quasi diceres ὁσίερᾶ aut ὁσίᾳᾶ, id est, *Sacrosanctum*, nunc ab Ægyptiacis vocabulis oc & ipic quorum illud multum, hoc oculum, quasi diceres πολυόφθαλμον, seu multoculum significat, cum Diodoro, Horapolline, Eusebio, Macrobio, alijsque deriuat. Ego quantum ex antiqua Ægyptiaca lingua mihi colligere licuit, Osirin sanè nihil aliud significare conijcio, nisi Dominum sanctum ποcipic vt in Supplemento demonstrauimus, ignem vbique ardentem; qui tamen Hebraicam originem sectantur, dicere possunt, idem sonare ac אש, id est, ignem, & Græcũ σύρφν, quod æstuare significat, quasi diceres Essires, vel Esires ab Esch & Syrin compositum nomen; hoc vt credam me Abenephi Arabs mouet, qui Zoroastre & Osiride in vno Chamo confusis, illum Zoroastrem, hoc est, stellæ siue sideris figuram, siue absconditi ignis signum, quorum illud à nomine Hebraico צורא, & Græco ἀστὴρ, vel à Chaldaicis vocabulis סתר & צורא quod idem est ac ignis absconditus,

ditus, deducitur; Hebræi nomen Osiris ab Adris, quô nomine Henoch appellant, deriuant; quasi diceres Asiris mutato d in s, quod Chaldæis familiare fuit. Sed audiamus verba Abenephi: Adris, Osiris idem.

وكان حام لابن نوح وهو راس من الاولون الذي اوري العبوديه الاصنام وادخل في العالم الطلسمات وسحر الناس في الارض مصر واسمه ضور استير وادريس النبيه اعني ذا ريتعن بكل مكان ۞

Hoc est: *Et ipse fuit Cham filius Noë primus inter homines idololatriæ disseminator, & qui in Mundum telesmatum artem & Magiam introduxit, aliasque superstitiones exercuit, ob quas & Zoroaster, & Adris Propheta dictus est, quasi diceres, figuram seu simulachrum sideris, vel ignem vbique lucentem.* Astipulatur huic Gregorius Turonensis, qui ex Clemente Alexandrino probat, Zoroastrem nihil aliud significare, quàm stellam viuentem, & à Diogene Laërtio ἐσεσθύτης hoc est, sacrificator astrorum dicitur. Cùm autem Ægyptij Osiridem Solem esse credant, Sol autem veluti astrum viuens, igne suo omnia viuificet, non male sideris simulachrum, & ignem veluti lucentem Chamum seu Misraimum sub nomine Zoroastris & Osiridis indigitarunt. Sed quoniam de hisce nominibus in Obelisco Pamphilio fusiùs tractatum est, eò Lectorem remittimus. Alij quoque, ne hoc omittam, Osiridem sic dictum volunt à pelle nebride, quâ indutus fingebatur maculis variegata, ad varietatem astrorum tacitò significandam. Siue itaque Osiridem figuram seu formam astrorum, aut ignem vbique lucentem, siue πολυόφθαλμον dixeris, semper idem, nempè Solem indicaueris. Sol enim communicando lumen cœteris astris, verè forma eorum dici potest, in quantum ea luce & spiritu animat; ignem quoque vbique lucentem, Solem esse plerique antiquorum philosophorum crediderunt. Πολυόφθαλμος autem non incongruè dicitur, eò quod radijs suis veluti oculis quibusdam quicquid in hoc vniuerso comprehenditur, videat & perlustret, iuxtà illud Homeri: Greg. Turon. Alia Osiridis deriuatio.

Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Isidem porrò eius, hoc est Lunam, eius vxorem asserunt, de quibus ita Diodorus: *Hos Deos arbitrati, dicunt eos vniuersum circumire orbem, aut nutrire augereque omnia tribus anni temporibus motu continuô perficientes orbem, vere, æstate, ac hyeme; hæc inuicem contraria, annum conficiunt firmâ concordiâ. Quorum Deorum natura plurimùm conferat ad omnium animantium generationem. Cùm alter igneus, ac spiritalis existat, altera humida atque frigida, aër vtrique communis; ab eis itaque generari, atque nutriri corpora omnia, rerumque naturam à Sole & Luna perfici.* Cuius virtutes, ac perfectiones tot nominibus expressæ comperiuntur, vt Plutarchus eos non immeritò μυριονύμους, Homerus autem illum eandem ob causam Deorum omnium patrem, hanc matrem appellârit; atque hinc inextricabilis penè Numinum confusio, quâ Osiridem alij cum Baccho seu Dionysio, Mercurio, Pane, Neptuno, Ioue, Iano, Saturno, Cœlo confundunt; alij cum Hercule, Apolline, Platone, Horo, vnum faciunt; alij verò eundem esse volunt cum Nilo, Apide, Serapide, Hammone, Oceano, vti Hesychius: Giraldus denique Diodor. l. 1. c. 1. Osiris πολυώνυμος. Hesychius. Giraldus Synt. 1. de Dijs.

ex alijs proprio nomine eum Hyſirin, & Arſaphan appellat ; ecce Genealogiam Deorum omnium in vno veluti capite repræſentatam ; vndè porrò hæc polymorpha nominum congeries originem duxerit, variè ſentiunt authores ; Abenephius noſter, putat polyonomaſiam hanc è commixtione Ægyptiorum cum Hebræis, aut è multiplici Solis affectu deſumptam, Nam cùm Ægyptij poſt diſperſionem gentium Hebræis permixti, multa paſsim de primorum parentum rebus geſtis, vt de Adamo, Eua, & Serpente in horto voluptatis ; de Abelis & Caini diſſidio, de Gygantibus, de vniuerſali diluuio, de Noëmo, eiuſque nauigio, de turris Babylonicæ fabrica, de Enoch mirabiliter tranſlato, de tyrannide Nimbrod, de ſanctitate Abrahæ, alijſque ſimilibus primorum patrum virtutibus inaudiſſent; cùm præterea omnes eos, qui vel virtute, ſcientiâ, rerum geſtarum gloriâ, aut rerum humano generi neceſſariarum inuentione clarerent, Oſirides Ægyptiâ linguâ, quaſi bonorum omnium prouiſores dicerentur; factum eſſe arbitratur, vt apud Ægyptios Thebæos Adam & Henoch, de quo tanta ex Noëmo, & filijs ſuis perceperant, primi Oſirides ſint habiti, quos cùm rerum geſtarum gloria fulgidos ſequeretur alter veluti Mundi propagator Noë, eodem à poſterioribus Ægyptijs cohoneſtatus nomine, ſecundus Oſiris extiterit ; ſecuti deindè Cham, Miſraim, alijque Reges, qui prædeceſſorum præclarè geſta in vita ſua expreſſerant, ſinguli hoc nomine inſigniti, Oſirides ſunt dicti ; quorum quidem res geſtæ cùm à diuerſis diuerſimodè narrarentur, alijs plùs æquo eas exaggerantibus, fabuloſas narrationes miſcentibus alijs, quemadmodum in huiuſmodi occaſionibus ferè ſemper fieri ſolet, tota hiſtoria à vero recedens, in fabulas, & poëtarum commenta omninò abijt. Hinc Oſiris, & Iſis, in Adamo, & Eua, item in Noëmo, & vxore eius Nioba, quorum vterque humani generis propagator, ac rerum inuentor fuit, aptè repræſentantur ; hinc quoque Abelis, & Caini, Chami item ac Nimbrodi diſcordia, cum Oſiridis, & Typhonis, (quorum hìc fratrem ſuum, Titanûm ſeu Gygantûm ope fretus, ac inuidiæ æſtrô percitus interemit) contrarietate, paſsim promiſcuè confunduntur. In Setho denique iuſto & ſapiente Adami filio; in Iapheto ſeu Prometheo, Sole, & Ioue, Horus Oſiridis filius non inconcinnè exhibetur; ſed hæc meliùs in hìc adiecta tabella apparebunt.

Plures ſunt Oſirides.

ANALOGIA

Rerum à primis Mundi Patriarchis geſtarum, geſtis Oſiridis, Iſidis, Typhonis, Hori parallela.

Coniuges		Fratres contrarijs moribus		
Adamus Iared Henoch	Eua	Abel	Cain	Seth
Noëmus	Tellus seu Nioba	Sem	Cham vel Nimbrod	Iaphet seu Prometheus
Cœlus	Vesta	Saturnus	Mars vel Vulcanus	Sol
Osiris	Isis	Osiris secundus	Typhon	Horus

Fuerunt hi habiti				
Vrbium conditores,	Matres viuentium.	Filij Deorum	Malorum inuectores.	E sancto germine.
primi Agrorum cultores	primæ Hominum propagatrices.	Iustitiam appetentes.	Idololatriæ authores.	Paternarum virtutum æmuli.
Artium inuentores	Deorum Matres	Sanctitatem sectantes.	Bellorum amatores.	Iustitiæ amantes.
Legislatores	Bonorum largitrices.	Religionem propagantes.	Cædem spirantes.	Diuinitatem meriti.

Cùm porrò Ægyptij hæc & similia de primis parentibus percipe-rent, & vehementer veluti gesta humanarum actionum metam longè excedentia suspicerent ; nil faciliùs fuit superstitiosæ genti, quâm eos apotheosi quâdam exoticâ cohonestare, præsertìm cùm vt hæc facerent, magnum pondus in animis eorum habuerit, egregia illa primorum patrum sapientia, & rerum naturalium, quâ pollebant, cognitio , longaque vitæ productio ; Enochi quoque de hoc Mundo miraculosa translatio , similiaque quæ ipsis fabularum condendarum occasionem præbere poterant ; quæ omnia confirmabantur incantationibus frequentibus, ac magicis miraculis, quæ impia Chami progenies diuinitatem per se affectans vbique passìm edebat ; queîs ita Ægyptiorum animi percellebantur , vt eos veluti cœlestes Deos adorarent, ac rerum omnium moderatores sanctè venerarentur . Atque hinc prima illa Architecturæ Deorum fundamenta ; hinc origo Iouis, Herculis, Æsculapij, Bacchi , Neptuni, Iani , aliorumque Deorum, de quibus in serie huius Syntagmatis susè dicetur . Verùm ne quisquam hanc nominum analogiam, seu æquiuocationem à nobis confictam arbitretur, testes adduco Lactantium Firmianum, & Eusebium, qui eandem nobiscum asserunt ; queîs subscribit Archilochus Græcus Chro-

Vndè Deorũ origo.

Lactant. l. 2. c. 14. de orig. Euseb. l. 1. c. 2. præp. Euang. Archilochus.

Xenophon de æquiuocis.

nologus. Verùm inter alios maximè nobis aſtipulatur Xenophon, quiſquis ille fuerit, libro de æquiuocis, cuius verba cùm conſideratione (vt quæ nos ex infinitis tricis eruere poſſint) digniſſima reperiſſem, ea hìc ad longum apponere placuit. *Saturni*, inquit, *dicuntur familiarum nobilium Regum, qui vrbes condiderunt, antiquiſſimi. Primogeniti eorum Ioues & Iunones; Hercules verò Nepotes eorum fortiſſimi; Patres Saturnorum Cœli, vxores Rheæ, Cœlorum Veſtæ; quot ergò Saturni, tot Cœli, Veſtæ, Rheæ, Iunones, Hercules; idem quoque, qui vnis populis eſt Hercules, alijs eſt Iuppiter; nam Ninus, qui Chaldæis extitit Hercules, alijs eſt Iuppiter: & idem quod Ninus, qui nomine proprio Aſſyrius eſt dictus, à quo & Aſſyrij appellati ſunt.* Ex quibus patet, Cœlum dictum eſſe patrem Saturni, & terram matrem; vndè Ægyptiorum fabulæ de Oſiride & Iſide promanaſſe veriſimile eſt, vt benè notat Minutius Felix. Nam illi, qui vel virtute, ac rerum geſtarum gloria in hoc Mundo eminent, aut qui ſubitò ex ignotis parentibus in ſublimè emergunt; ſolemus è cœlo cecidiſſe, dicere; quod & probat Lactantius Firmianus authoritate antiquiſſimi Triſmegiſti, qui cùm diceret, admodum paucos extitiſſe, quibus eſſet perfecta doctrina; in his Cœlum, Saturnum, & Mercurium nominauit. Confirmat eadem Ennius in Euhemero, qui ait, primum in terris imperium habuiſſe Cœlum; hoc eſt, Saturni Ægyptij patrem. Cur verò Reges Deorum, Cœlorum, Stellarumque nominibus cognominati fuerint, idem Lactantius ſuprà citatus ait, ob nominis fulgorem, & ad æternã famam conſequendã id contigiſſe: nam Reges cùm eſſent potentiſſimi, parentum ſuorum memoriam nomine cœli, terræque celebrabant, cùm hi priùs alijs nominibus appellarentur: ſic Beroſus, Noam, ob præclarè geſta, dictum aſſerit à poſteris, Cœlum, Ianum, Chaos, Semen Mundi; Seruius verò, ait, antiquos Reges nomina ſibi plerumque vendicaſſe Deorum, rationem aſſignans Lactantius, adducit teſtem Ciceronem libro de natura Deorum. Nam cùm ante Cœlum & Saturnum nulli fuerint Reges ob hominum raritatem, ipſum Regem, totamque poſteritatem eius ſummis laudibus, ac nouis honoribus iactare cœperunt, & Deos credere, ob cauſas ſuperiùs indicatas; & hoc videtur clariſſimè demonſtrare Xenophon, cùm dicit: *Saturnos dictos, qui nobilium Regum vetuſtiſſimi condiderunt vrbes & populos, ac proindè non vnum, ſed plures fuiſſe Saturnos, quorum patres dicti ſunt Cœli: filij verò Ioues &c. Nomina igitur hæc fuerunt dignitatis & Deitatis cuiuſdam apud rudes priſcos, ob nominis celebritatem inuenta.* Deindè notat Xenophon, quod nomina iſta ſunt relatiua, vt Genitor & genitus; vndè Saturnus eſt is, qui à Cœlo & Veſta ſiue terrâ ſuit genitus; & qui ex Rhea ſeu Opi ſorore ſimul & vxore genuit Iouem & Iunonem. Iuppiter verò is eſt, qui è Saturno & Rhea genitus, genuit Herculem. Ergò iſta nomina ſunt magìs analoga, quàm æquiuoca, quia de pluribus poſterioribus dici videntur per habitudinem ad primum Cœlum, poſteriores Cœli; & ad primam Veſtam, poſteriores; & ſic de cœteris. Vndè ſubiungit Xenophon: *Nimbroduss & Saturnus, cuius filius Belus eſt Iuppiter Babylonius* (quæ & Diodorus notat) *ſimiliter Cameſes apud Ægyptios* (quem Hebræi Cham, Ægyptij Chem proprio nomine appel-

Minutius Felix in Octauio.

Lactant. l. 1. inſt. Chriſt.

Ennius in Ephemero.

Seruius 7. Æn. Lact. l. 2. c. 15. Cic. lib. de nat. Deorum.

Iuppiter è Saturno & Rhea genitus

Nimbrod Saturnus Babylonius. Belus Iupp. filius. Cameſes.

pellant) *eſt primus Saturnus, cuius primogeniti Oſiris & Iſis, Ægyptius nimirùm Iuppiter & Iuno* (quem nos ſuprà Miſraimum eſſe oſtendimus, & vxorem eius Rheam, ſiue Iſin. Item Oſiridis filius Lybius nomine, teſte Diodoro, Ægyptius fuit Hercules, qui robore corporis erat admirabilis, & gradu Oſiridi genereque proximus. *Pari ratione Apteras Cretenſis fuit primus Saturnus, qui Cœlo patri teſtes amputaſſe dicitur, & filius eius Iuppiter, Iunoq; primigenita. Alcæus quoque ex Alcmæna fuit Græcus Hercules, & ita de alijs: nam cùm relatiua eius nomina ſint, vt poſſint vni diuerſa conuenire, idem enim eſt, pater & filius reſpectu diuerſorum.* Idcircò idem eſſe poteſt, Cœlus, Iuppiter, Saturnus, & Hercules, quorum exempla ponit Xenophon. Quemadmodum igitur plures memorantur Cœli, Saturni, Ioues, Hercules, Rheæ, Tellures, Veſtæ, Iunones, quæ ſic dicti ſunt, ob facinorum, quæ perpatrarunt, ſimilitudinem; ſic plures Zoroaſtres, Oſirides plures, plures Iſides, Hori item, ac Typhones iuxta geſtorum analogiam, à fabuloſa antiquitate conſtituti ſunt. Iterum ſicuti M. Portius Cato, Ianum, & Saturnum Scytharum, & Aſſyriorum facit Noëmum, & Chamum filium; ſic Italorum Ianum, Saturnumque conſtituit Zapho filium Eſau, Ben Gorion dictus Ioſephus. Verùm quandoquidem ea hiſtoria nullibi apud Latinos, quantùm quidem cognoſcere licuit, extat, viſum fuit, eam hìc interſerere, vt quâ ratione hìc Ianus cum Iano Oenotrio, ſeu Aboriginum conciliari poſſit, faciliùs eluceſcat. Verba itaque Ioſephi Gorionidis ſunt, vt ſequuntur.

Oſiris.

Diod. l. 1. c. 2.

Apteras Cretenſis.

Alcæus & Alcmæna.

M. *Portius Cato lib. orig.*

Ben Gorion l. 1. c. 2.

בימים ההם ברח צפו בן אליפז בן עשו ממצרים אשר לכח יוסף בעלותו לקבור
את אביו בחברון ויוצאו בני עשיו לקראתו לשחק לו ותגבר יד יוסף עליהם וילכד צפו
בן אליפז וחבריו ויביאם מצרימה: ויהי אחרי מות יוסף ברח צפו ממצרים עם אנשיו
ויבאו אפריקא אל אגניאם מלך קדטיגניא ויקבלוהו אגניאם בכבוד גדול וישימהו שר
צבאו.

In diebus, inquit, *illis, Tſapho filius Eliphaz, filius Eſau fugit de Ægypto, quem Ioſeph, cùm iret in Hebron ad ſepeliendum patrem ſuum, cùm contumaciùs in eum inſurgeret, interceptum vnà cum ſocijs in Ægyptum duxit: Tſapho verò defuncto Ioſeph, ex Ægypto fugiens, in Aphricam ad Aganiam Regem Carthaginenſem ſe contulit, à quo honorificè exceptus, tandem præſes exercitus factus in Italiam penetrauit, vbi diuinos honores promeruit, Ianus dictus.* Quod Ioſeph hiſtoriæ ſeriem continuando ſequentibus verbis oſtendit, ſic autem dicit.

ויהי היום ויאבד לצפו פר בן בקר וילך לבקש את חפר וישמע את געית חפר
סביבות הדר וילך צפו וירא והנה בתחתית ההר מערה ואבן גדולה שומה על פיה וינפץ
את האבן והנה חיה גדולה אוכל השור ומחצי ומעלה כדמות חיש ומחציה ולמטה דמות
אדם ויחרוג צפו את החיה ויאמרו יושבי כתים מה נעשה לאיש אשר הרג החיה אשר
כלתה בחמתנו: ויועדו כלם לעשות לו יום אחד בשנה יום מועד ויקראו את שם היום
החוא צפו על שמו וינסכו לו נסכים ביום החוא ויביאו לו מנחות ויקראו את שם
החיה ההוא ואנוש אל שם החיה אשר הרג ויוסיפו עוד גדודי גונדלי לבא בארץ כתים
לשלול שלל לבוז בן כפעם בפעם ויאסוף ואנוש צפו לקראתם וינוסו לפניו ויבריחם
ויצל הארץ ממרוצה ויוסיפו עוד בני כתים וימליכו את ואנום צפו עליהם וילבו לכבוש
בני תובל ואיי חים עד סביבותיה וימליכו את ואנוש ויוצא ואנום בני מלכם בראשם
ויכבש ויקראו לו עוד צבו ואנום על שם החיה שהורגים על שם הכוכב אשר היום

עוברים

עובדים לו בימים ההם ושם חכוכב שבתאי זה מלך תחלח בבקע כנפניא בארץ כתים
ובנח לו חיכל גדול מאד וימלוך על כל ארץ כיתים ועל כל ארץ איטאלייאח וחיתים
אשר מלך יאנוס סאטורנוס כ שנים וימת יאנוס סאטורנוס ויקבד בעיר גבנה וימלוך
תחתיו יאנוס אחד חמשים שנח ויבנה גם חוא בבקעת כנפנייאה חיכל עצום למושבו:

Contigit igitur, vt Sapho deperditum quodam die vitulũ quærens, audiret in latere montis vocem vaccæ, aut vituli ſimilem: exiſtimans itaq; vocem deperditi vituli, eam inſecutus eſt, vſque dum ad inferiora montis peruentum eſſet: & ecce ſeſe in pariete montis offert ſpelunca quædam ingenti circumſepta ſaxo, quod cum eſſet amolitus, è veſtigio beſtia quædam in antro, viſu horrenda comparet: Beſtia verò, eo ipſe tempore boue deuorando occupata, ex media parte ſuperiori hircum ſylueſtrem, ex inferiori media, hominis referebat imaginem, quam Sapho mox inito prælio interfecit. Homines autem Cithim (hoc eſt Itali) opere Zapho comperto dixerunt: quid faciemus homini, qui belluam adeò nobis infeſtam interficiens omnes ab interitu vindicauit? & vnanimiter tandem concluſerunt, vt dies in anno eius nomini conſecratus, in memoriam facti celebraretur, offerentes ei libamina & ſacrificia, ac in Regem electum, cùm totam Italiam ab hoſtium inſultibus liberaſſet, Ianum appellarunt; exercitus verò Gundelorum denuò irrumpens in Italiam, omnem circa Regionem prædæ, & ſpolijs ſubijcere conatus eſt; Ianus verò ſe ei opponens totum in fugam conuertit, ac ſic totam terram ab inſultibus hoſtium liberauit; ob quam cauſam Ianum ſibi filij Cithim in Regem elegerunt; & expeditione noua facta contra filios Thubal, & inſulas circumiacentes, omnes paulatìm à Iano ſubiugatæ ſunt, eum Ianum Saturnum appellantes; Ianum quidem ob interfectam belluam hoc nomine inſignitam; Saturnum verò ob ſtellam, quam tunc temporis Numinis loco colebant Cithim שבטאי Sabtai nomine, quod idem eſt ac Saturnus; erat autem primò Rex tantum vallis Campaniæ, ſed Cethim poſteà templo in eius honorem ædificato, toti eum præfecerunt Italiæ; regnauit autem Rex Ianus (vndè à Iano Ianuenſes) Saturnus 50. annos, & mortuus eſt, & in ciuitate Gauanæ (forſan Genuæ) ſepultus, regnauit autem poſt eum Ianus alter totidem quot prior annos, ædificauitq; & ipſe in valle Campaniæ templum magnum & ſplendidum. Atque hucuſque Ioſeph Ben Gorion; cuius verba ideò hìc ad longum proferre placuit, quia ijs, quæ de Aboriginibus, & Ianigenis primis Italiæ colonis Petrus Leo Caſtella aſſerit, maximè conſentiunt.

De origine nominis Iani.

A Gundelorum irruptione Italiam liberat.

Ianus dicitur à bellua huius nominis interfecta.

Saturnus à ſtella.

Petrus Leo Caſtella.

Patet igitur ex his, ſicuti primi Aſſyriorum vrbium fundatores dicti ſunt Cœli, Saturni; Ægyptiorum Oſirides, hoc eſt, Cœli ſeu Saturni Ægyptij; ſic Italorum primos Reges Ianos denominatos eſſe; ſed vt ad Oſiridem redeamus.

Æquiuocationes nominum.

Oſiris itaque & Iſis, teſte Diodoro, à Saturno Vulcani ignis inuentoris filio, geniti, defuncto parente coniuges facti, toti imperaſſe feruntur Ægypto, eâ prudentiâ & moderatione, vt omnium in ſe oculos, animoſque conuerterent; nam præter leges ſaluberrimas Ægyptijs datas, agriculturam, vſum inſtrumentorum mechanicorum, armorum, vinearum item, atque olearum plantationem docuêre, literas quoque cœteraſque ſcientias, vti Muſicam, Geometriam, Aſtrologiam Mercurio adiutore introduxêre primi, eaſque ſummô ſemper ſtudiô coluêre.

Oſiris & Iſis filij Vulcani.

His itaque ſalubriter inuentis, Oſiris ad maiorem gloriam aſpirans, ingentem

gentem comparauit exercitum, omniumque rerum curâ Iſidi vxori commiſſa, Mercurium prudentiſſimum virum ei adiunxit in regno gubernando veluti adiutorem & Conſiliarium. Herculem quoque incomparabilis roboris, ac fortitudinis virum militaribus negotijs præficiens, ipſe rebus ſic prudenter conſtitutis, cum Apolline fratre Lauri repertore, ac duobus filijs Anube, & Macedone (quorum ille canem, hìc lupum inſignibus ſuis ferebant) in expeditionem proficiſcens, præter Pana (qui poſteà diuinos honores in Ægypto conſecutus eſt) ſecum quoque ducebat Maronem, & Triptolemum, quorum ille vinearum colendarum, hìc ſeminum terræ mandandorum rationem callebat; Oſiris etiam cum muſica ſummopere recrearetur, nouem ſecum Pſaltrias, quæ poſteà à Græcis Muſæ dictæ ſunt, vnà cum earum inſtructore Apolline, aſſumpſit. Satyros verò ad pſallendum, cantandum, atque ad animi remiſſionem conciliandam aptos ſecum in caſtris habuit. Non enim bellicoſus, aut prælijs, periculiſque deditus fuit, ſed otio, & hominum ſaluti; quô beneficiô pro Deo omnes eum gentes habebant; Æthiopibus agriculturam oſtendit, inſignibus in ea vrbibus à ſe ædificatis. Nilum quoque longè latèque, cum maxima hominum pecudumque iactura exundantem, per Herculem intra alueum coarctauit; vndè & fabula de Aquila (ſic enim ob velocitatem vocabatur) iecur Promethei depaſcente; erat autem Prometheus Rex iſtius territorij, quod tantopere à Nilo exundante deuaſtabatur. His peractis in Arabiam migrans, hinc ad Indos vſque peruenit; vbi rebus præclarè geſtis in ea æſtimatione fuit, vt indigenæ diuinos honores ei paſsim offerrent. Hinc diſcedens per cœteras Aſiæ prouincias, ad extremam vſque Europam penetrauit, omnia ea, quæ adinuenerat, docendo: tandem in Ægyptum remeans ob facinorum magnitudinem in Deorum cœtum adſcriptus eſt, factumque eſt, vt ſuccedentibus temporibus, cùm fama eius creſceret, nominum quoque creſceret impoſitio; nam à conditis vrbibus Saturnus; à ſupremo rerum dominio Iuppiter; à vini, oleique inuentione Bacchus ſeu Dionyſius; Hercules à ſumma fortitudine: ab orbis luſtratione Neptunus; à rebus inuentis Mercurius; Apollo à Muſicæ frequenti tractatione; & Ianus denique à politioris vitæ cultu vocitatus & περιλυσιμείας occaſionem præbuit; atque hoc ita ſe habere Vatum antiquorum teſtimonia oſtendunt; qui Oſiridem cum omnibus dictis nominibus confundunt. Ac primò quidem Saturnum cum Oſiride Orpheus in ſuo hymno confundit, quem cum ſtyracis ſuffimento concinit his verbis:

Oſiris exercitus ex varijs miniſtris.

Oſiridis geſta.

Iecur Promethei ab aquila exeſum, quid notet?

Ab effectibus variè denominatur Oſiris.

Ὃς νάϊς κὴ πανία μέρη κόσμοιο γένεσχα
Ὃς δαπανᾶς μὲν ἅπαντα, καὶ αὖξὶς ἔμπαλιν αὖτις.
Omnes qui partes habitas Mundiq; genarcha,
Abſumis qui cuncta idem, qui rurſus adauges.

Orpheus.

Virgilius cum Iano & Saturno eum eundem facit, cum hiſcè verſibus ludit. Virgil. 7. Æn.

Vitiſator curuam ſeruans ſub imagine falcem,
Saturnuſq; ſenex, Ianiq; bifrontis imago.

Tibul-

Tibull. l. 1. de Meſſala v. 26.

Tibullus quoque Oſiridem cum Baccho ſeu Dionyſio, & Saturno eundem eſſe ſequenti carmine manifeſtum facit.

Oſiris idem ac Bacchus.

Te canit atque ſuum pubes miratur Oſirim,
Barbara Memphitem plangere docta bouem,
Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitauit humum.
Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ,
Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hìc docuit teneram palis adiungere vitem,
Hìc viridem durâ cædere falce comam;
Illi iucundos primùm matura ſapores
Expreſſa incultis vua dedit pedibus:
Ille liquor docuit voces inflectere cantu
Mouit, & ad certos neſcia membra modos.
Bacchus, & agricolæ magno confecta labore,
Pectora triſtitiæ diſſoluenda dedit,
Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert,
Crura licèt durâ compede preſſa ſonent,
Non tibi ſunt triſtes curæ, non luctus Oſiri.
Sed chorus & cantus, ſed leuis aptus amor.
Sed varij flores, & frons redimita corymbis
Fuſa ſed ad teneros lutea palla pedes. &c.

Chenoſyris Oſiridis planta.

Idem igitur Dionyſius eſt & Oſiris; hinc enim & Chenoſyris hedera dicta eſt, hoc eſt, Oſiridis planta. Herculem porrò & Bacchum elegantiſſimè conſociat in quodam epigrammate Antipater, hoc triſtycho.

Herculis & Bacchi elogia.

Ἀμφότεροι Θήβηθε, καὶ ἀμφότεροι πολεμιςαὶ
Ἐκ Ζηνὸς· Θύρσῳ δ' ἅνὸς ὁ δὲ ῥοπαλῷ,
Ἀμφὶν δὲ σῦλαι σωτέρμονες εἵκελα δ' ὅπλα,
Νεβρὸς λέοντῃ κύμβαλα δὲ πλατάγη,
Ἥρη δ' ἀμφοτέροις χαλεπὴ Θεὸς· οἱ δ' ἀπὸ γαίης,
Ἦλθον ἐς ἀθανάτους ἐκ πυρὸς ἀμφότεροι.

Hoc eſt:

Ambo Thebani, gnati Iouis, ambo ſtrategi,
Hìc clauâ gaudens, Thyrſiger alter ouat.
Ambo triumphantes varijs armisque columniſque,
Hìc cerui exuuias, ille Leonis habet,
Vtrique æra crepant; Iuno graue Numen vtrique
E terra ad ſuperos ignis vtrumque tulit.

Oſiris ſymbolum Solis.

Mercurium verò alios Deos vnum conſtituere Oſiridem ſuprà diximus, & infrà dicemus; patet igitur hanc πολυωνυμίαν in vno Oſiride repræſentatam, nil aliud ſignificare, niſi vnius Solis multiplicem & variam virtutem,

tutem, quâm in inferiorem Mundum obtinet. Multa mihi hìc dicenda essent de alijs fabulis Osiridi affictis, & variâ eum repræsentandi ratione; sed quia hæc omnia suis locis reseruauimus, transeuntes, ad alia pergamus.

CAPVT IV.

De Isíde vxore Osiridis, ex mente Græcorum, & Latinorum.

TAnta est, ac tam diuersa Authorum de Isíde sententia, vt cui credendum sit, vix dispici possit, Græci eam filiam Inachi asserunt; vndè fabula de transformata à Iunone in vaccam Isíde, ob stuprum ei à Ioue illatum; fabulam Græcis verbis narrat Chronicon Alexandrinum, nos versam, latinis sic referimus.

Picus seu Iuppiter Occidentis Rex, cùm de Inacho inaudisset, pulcherrimam ei filiam virginem Io dictam, per emissarios raptam compressit, grauidauitque, & filiam ex ea genuit appellatam Lybiam; sed Io indignè ferens illatam sibi contumeliam, dedignataque porrò cum Pico Ioue consuescere, clàm omnibus, desertâque filiâ, ob ignominiam in Ægyptum profuga nauigauit, ingressaque regnum Ægypti ibi sedem fixit. Verùm cùm aliquantò post accepisset Hermen, seu Mercurium Iouis Pici filium Ægypto cum potestate regia præesse, metuens Mercurium, fugâ in Sipilum montem euasit; vbi Seleucus Nicanor Macedo posteà vrbem condidit, quam à filio suo Antiochiam magnam appellauit; profecta verò posteà in Syriam Io, ibi extincta est, vti literis consignauit sapientissimus ille Theophilus. Alij contra tradiderunt in Ægypto defunctam. Inachus autem pater Iûs ad eam inquirendam misit fratres suos & propinquos, nec non & Triptolemum cum alijs Archiuis, qui eam vbique vestigantes, tamen non reperierunt. Posteaquam verò Archiui didicerunt eam in Syria mortuam, illuc ventitantes aliquandiu ibi hæserunt, singulas domus pulsantes dixerunt. Salua sit anima Iûs, acceptoque per speciem quandam oraculo, visi sunt videre buculam humanâ voce secum ita loquentem: Hic ego sum Io. Exciti somno manserunt ibi admirabundi super vi somnij, secumque res pertractantes omninò censuerunt in monte Sipilo eam sitam, positoque ibi fano, sedes fixerunt, vrbemque condiderunt, quam Iopolim dixere, cuius ciues hodie apud Syros Ionitæ dicuntur. Ergò Antiocheni in Syria ex illo tempore, cùm Archiui Io quæritantes aduenerint, ad rei testandam memoriam, certo tempore, quotannis Græcorum feriunt ædes. Atque hactenus Chronicon. Chronicon Alexandr.

Hæc Io filia Inachi, etsi passìm cum Isíde confundatur, nos tamen eam non veram illam Isídem Ægyptiam Osiridis vxorem, sed Isídem Assyriam, vel Archiuorum esse asserimus; causam aperuimus in Syntagmate primo, cùm de Regibus Ægypti egimus. Quæ igitur fuerit illa tot Scriptorum monumentis celebrata Isis, aut vndè oriunda, magnæ sunt inter Authores concertationes: alij ex Æthiopia eam oriundam affirmant. Xenophon in æquiuocis Osiridem & Isídem Saturni liberos asserit, vti in præcedentibus ostensum quoque fuit: alij negant fuisse fratrem Isídis, Osiridem, quod Xenophon, Diodorus, Eusebius, & alij affirmant: Dio-

Lact. Firm. diuinarum inſtitut. l. 2. Minut. Felix in Octa.

dorus enim & Martianus Cappella, maritum, fratrem, & filium fuiſſe aſſerunt: Lactantius & Minutius Felix tantùm filium. Alij quoque eam cum Semiramide confundunt, vti Chronici Alexand. Author, verba eius ſunt:

Ἐγενήθη δὲ ἡ αὐτὴ ἀπὸ γιγαντογενοῦς ὀνόματι Κρόνος ὑπὸ Δάμνου τοῦ ἰδίου πατρὸς εἰς τὴν ὑπωνυμίαν τοῦ πλάνητος ἀστέρος. Ἐγένετο δὲ Σεμίραμις αὕτη, ἥτις πρώτη κατεδείξατο βασιλεύειν, καὶ ἄρχειν καὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων αὐθρώπων. Et paulò poſt; Ὅσις εἶχε γυναῖκα τὴν Σεμίραμιν τὴν καὶ Ῥέαν καλουμένην. &c.

Extitit autem è gygantæo genere proſatus Chronus ſeu Saturnus nomine ab errantis ſtellæ nuncupatione à patre ſuo ſic vocitatus; qui ad magnam potentiam aſpirauit, primuſque cœteris imperandi & regnandi artem oſtendit. Et paulò poſt: *Fuit huic vxor Semiramis apud Aſſyrios Rhea nominata.* Quæ omnia & ijs, quæ ſuprà in capite de Regibus Ægypti; & hìc ex Xenophonte adduximus, optimè quadrant: hæc enim ſi quiſpiam benè inter ſe contulerit, facilè, quomodò Oſiris frater Iſidis, quomodò filius, quomodò maritus ſit dicendus, colliget: pendent enim hæc omnia ab æquiuocatione nominum eorum, qui huiuſmodi fuerunt inſigniti, ex qua ſola illa, quam apud Scriptores inuenimus, inextricabilis penè nominum confuſio originem duxit, vti diximus, & alibi fuſiùs probabimus.

Iſidis veneratio.

Quicquid ſit, Iſis in tanta apud Ægyptios fuiſſe fertur veneratione, vt capitalis ad inſtar delicti eſſet, dicere eam fuiſſe hominem, ac proindè in omnibus templis, vbi ſtatuæ Oſiridis & Iſidis collocabantur: Statua quoque Hori ſeu Harpocratis filij ponebatur: vndè D. Auguſtinus referens in hoc authoritatem Varronis, ſubiungit: *Quoniam in omnibus templis, vbi colebatur Oſiris & Iſis, ſimulachrum erat, quod digito labijs impreſſo, admonere videretur, vt homines eos fuiſſe tacerent.* Plutarchus eam cum Luna eandem eſſe dicit, cum Macrobio, Euſebio, Luciano, alijſque innumeris, quibus aſtipulatur Abenephi, qui eam Lunam habitam his verbis indicat:

Cur Harpocrates Iſidi iuxta poſitus. *S. Aug. lib. de ciu.*

Abenephius.

وذكروا اهل الفلشه فارس ومصر ان اوسيريس كما ذكرنا اعماله هو يكمن الشمس وايسيس امراته هي القمـــــــ

Scribunt ſuper pergamenum Sole abſidem tenente, & Luna cum Cancro oriente, eum cuius amorem deſiderant, & imprimunt in eo hora Lunæ competente, & Ioue in ſummitate conſtituto, figuram Lunæ, & portant ſuper ſe, & dicunt, omnes eum amabunt vehementer vſque ad ipſa animalia, quæ amore tracta ſequentur eum. Ecce ſomnia Aſtrologorum Ægyptiorum.

Sed ad Iſidem reuertamur; Seruius eam Genium Nili exiſtimat, qui per Siſtri motum, quod dextrâ portare fingebatur, Nili acceſſum ſignificabat; per ſitulam verò, quam ſiniſtrâ tenebat, lacunarum affluxum oſtendebat, eamque prædictus Author ait, nihil aliud ſignificare Ægyptiorum lingua, quàm terram. Horapollo de ea ſic ſcribit: *Ægyptij annum ſignificare volentes, Iſim pingunt hoc eodem ſigno, Deum intelligi volunt; nam apud ipſos Iſis ſtella eſt, Ægyptiâ linguâ* Σώθις *appellata, Græcâ verò* ἀσεγκώων. Macrobius autem ait Iſidem cunctâ religione celebratam, quæ vel terra ſit, vel natura rerum ſubiacens Soli. Hinc eſt, ait, *quòd continuatis vberibus corpus Deæ omne denſetur, quia vel terræ, vel rerum naturæ alimento nutritur vniuerſitas.* Fuerunt, qui Deam Syriam eandem facerent cum Iſide; ſed hi ex Luciano de Dea Syria facilè redarguuntur. Apuleius Macrobio conſentiens, eam in elegantiſſima ſua deſcriptione de triumpho Iſiaco naturam rerum facit. *Necdum*, inquit, *ſatis compreſſeram, & ecce pelago medio, venerandos Dijs etiam vultus attollens emergit diuina facies, at de hinc paulatìm eius mirandam ſpeciem ad vos etiam referre connitar; ſi tamen mihi diſſerendi tribuerit facultatem paupertas humani oris; vel ipſum Numen eius dapſilem copiam eloquutilis facundiæ ſubminiſtrauerit. Iam primùm crines vberrimi prolixique & ſenſim intorti per diuina colla paſsìm diuerſi molliter defluebant. Corona multiformis, varijs floribus ſublimem diſtinxerat verticem; cuius media ſuper frontem planam rotunditas in modum ſpeculi, vel imò argentum Lunæ candidum lumen emicabat, dextra leuaq; ſulcis inſurgentium viperarum cohibita, ſpicis etiam cerealibus deſuper porrectis: multicolor byſſo tenui pertexta, nunc albo candore lucida, nunc croceo flore lutea, nunc roſeo rubore flammea; & quæ longè latèq; etiam meum confutabat obtutum; palla nigerrima ſplendeſcens atrô nitore, quæ circumcirca remeans, & ſub dextrum latus ad humerum læuum recurrens, vmbonis vicem deiecta parte laciniæ multiplici contabulatione dependula ad vltimas oras nodulis fimbriarum decoriter conſluctuabat; per intextam extremitatem, & in ipſa eius planitie ſtellæ diſperſæ corruſcabant; earumq; mediæ ſemeſtris Luna flammeos ſpirabat ignes, quaqua tamen inſignis illius pallæ perfluebat ambitus, indiuiduo connexu corona, totis floribus, totiſque conſtructa pomis, adhærebat; iam geſtamina longè diuerſa, nam dextra quidem ferebat æreum crepitaculum; cuius per anguſtam laminam in modum balthei recuruatam, traiectæ mediæ paucæ virgulæ criſpante brachio tergeminos ictus reddebant argutum ſonum, læuæ verò cymbium dependebat aureum, cuius anſulæ, qua parte conſpicua eſt, inſurgebat aſpis caput attollens arduum, ceruicibus latè tumeſcentibus; pedes ambroſios tegebant ſoleæ, palmæ victricis ſolijs intextæ. Talis ac tanta ſpirans Arabiæ felicis germina diuina me voce dignata eſt; en adſum tibi rerum natura parens, elementorum omnium Domina, ſeculorum progenies initialis, ſumma Numinum, Regina Manium, prima cœlitum Deorum, Dearumque facies vniformis; quæ cœli luminoſa culmina, maris*

Iſis Nili motus.
Siſtri motus quid?
Horapollo l. 1. c. 3.
Macrob.
Iſis multimammea.
Iſis natura rerum.
Apul. l. 11. metamorph.
Siſtrum.
Situla.

Varia nomina Isidis.

salubria flumina; inferûm deplorata silentia nutibus meis dispenso; cuius Numen vnicum multiformi specie, ritu variô, nomine multijugo totus veneratur orbis. Indè primigenij Phryges, Pessinunciam nominant Domini Matrem, hinc Αὐτόχθονες *Attici, Cecropiam Mineruam; illinc fluctuantes Cypri Paphiam Venerem; Cretes, sagittiferi, Dictynnam Dianam; Siculi trilingues, Stygiam Proserpinam; Eleusini, vetustam Deam Cererem, Iunonem alij, alij Bellonam, alij Hecatem, Rhamnusiam alij, priscâq; doctrinâ pollentes Ægyptij, cœremonijs me proprijs percolentes, appellant verô nomine Reginam Isidem.* Hactenus Apuleius, qui hoc loco tam luculenter omnem Isidis describit mysterioſum habitum, vt eius figuram aspexisse, omnia mysteria sub ea contenta visus sit comprehendisse. Figuram verò eius in sequenti facie contemplaberis.

Tot autem, & tam diuersis nominibus Isis non alia de causa insignita est, nisi vt diuersitas & varietas effectuum, quos in Mundo operatur, significaretur; hinc quemadmodum ex hic apposita imagine apparet, nunc Mineruam, Proserpinam, Lunam, Thetym, sicut Ouidius & Claudianus eam appellant; nunc Deorum Matrem, Venerem, Dianam, Cererem, Cybelem, Iunonem, Rheam, Bellonam, Hecatem, Rhamnusiam, Berinunciam, Πολύμορφον δαίμονα, alijsque nominibus, vti ex citato Apuleio, Martiano, Eusebio, Plutarcho, Diodoro, Giraldo videre est, prisci vocitarunt; vt proindè non sine causa in antiquo quodam marmore Capuæ hæc Isidis inscriptio legatur.

Inscriptio Isidis.

TE, TIBI, VNA, QVAE ES OMNIA, DEA ISIS.

Quam inscriptionem P. Ioannes Baptista Fachineus nostræ Societatis Sacerdos, non minùs ingenio, quàm eruditione præclarus, studiorum meorum consors, dùm illac transiret, eâ diligentiâ, quâ semper huic meo Oedipo profuit, descriptam mihi contulit. Quæ pulchrè sanè congruunt illi inscriptioni, quam Diodorus l. 1. c. 2. circa finem refert, quam cùm alibi retulerimus, superuacaneum esse ratus sum, eandem hoc loco repetere.

ISIDIS
Magnæ Deorum Matris
APVLEIANA DESCRIPTIO.

Nomina varia Isidis.

Isis
Minerua
Venus
Iuno
Proserpina
Ceres
Diana
Rhea seu Tellus
Pessinuncia
Rhramnusia
Bellona
Hecate
Luna
Polymorphus dæmon.

Ἴσις παράδειχνις πολύμορφος δαίμων.
Μυριώνυμος φύσις, ὕλη.

Explicationes symbolorum Isidis.

A Diuinitatem, mundum, orbes cœlestes
BB Iter Lunæ flexuosum, & vim fœcundatiuam notat.
CC Tutulus, vim Lunæ in herbas, & plantas.
D Cereris symbolum, Isis enim spicas inuenit.
E Byssina vestis multicolor, multiformem Lunæ faciem.
F Inuentio frumenti.
G Dominium in omnia vegetabilia.
H Radios lunares.
I Genius Nili malorum auerruncus.
K Incrementa & decrementa Lunæ.
L Humectat. vis Lunę.
M Lunæ vis victrix, & vis diuinandi.
N Dominium in humores & mare.
O Terræ symbolũ, & Medicinæ inuentrix.
P Fœcunditas, quæ sequitur terram irrigatam.
Q Astrorum Domina.
R Omnium nutrix.
S, M } Terræ marisque Domina.

Ἀνεφὰ Θεῶν Μήτηρ ταύτη πολυώνυμος ΙΣΙΣ.

Interpretatio Statuæ Isidis multimammeæ, siue Cybeles Græcanicæ.

PORRÒ Ægyptij posteriores, vel potiùs Græco-Ægyptij, vt nihil arcanum omitterent, magnæ Deorum Matris simulachrum aliô hieroglyphicorum apparatu adornabant; cuiusmodi passim hìc Romæ, tùm in diuersis Principum Musæis, tùm hortis spectatur; quale est quod sequitur.

Statuæ descriptio.



Fœmina est turritô vertice, veluti triplicis coronæ diademate fastigiato, capillitiô velôque vndatim diffuso spectabilis; cuius pectus binis simulachris, corymbo inclusis, quorum vtrumque vna in manu palmę ramum, altera lauream tenent coronam, supra quorum capita Cancri & Capricorni figuræ eminent. Porrò simulachrum manibus extensis, veluti ad benefaciendum profunduntur; brachia quadruplici leonum accubitu grauantur; venter pectusq; multiplici vberum, mammarumque protuberatione turget; fœmora tibiæque conico vase triplici animalium serie induuntur; prima series hinc indè duo idola Ægyptia; deindè tria ceruina capita binis floribus, & Apibus stipata continet; secunda, turbinatorum fœmoralium series binos dracones, quibus intermediant tria bouina capita, exhibet; tertiam seriem bina leonina capita, quibus tria pariter vitulina capita intermediant, subiunctis binis hinc indè apibus, constituunt; totum denique simulachrum extremorum pedûm lineô vestitu tectorum nuditatem pandit. Exhibuimus symbola, modò restat, vt latentem eorundem sensum paucis quoque enucleemus.

Quid notet turritus vertex.

In Isidis itaque simulachro, turritus vertex, trinâ turrium contignatione insignitus, indicat tres politices species, tùm politicam viuendi rationem, quam Isis primùm mundo introduxisse, tùm præsidium quô vrbes munire credebatur; iuxtà illud Lucretij.

Mura-

Muraleſq; caput ſummum cinxêre coronæ,
Eximijs munita locis quod ſuſtinet vrbes,
Quo nunc inſignis per magnas prædita terras
Horrificè fertur diuinæ Matris imago.

In editis enim, & excelſis locis vrbes ponére antiquis mos erat, non tàm diluuij metu, qui diù mortalium mentibus inſedit, quàm vt difficilior hoſtibus acceſſus foret.

Siue denique faſtigiato vertice firmamentum, ſiue duodecim ſigna Zodiaci, quas veteres & etiamnum Arabes برروج *berugs*, id eſt, arces vocant, quod influxus in œconomiam totius naturæ, per duodecim ſignorum Deorumque ijs præſidentium arces peragantur; quæ ſi de Cybele quoque intelligas, perindè eſt, omnia enim magnæ Deorum Matri Cybeli συνώνυμα Iſidi applicari poſſunt; capillitio lumen, velô occultam eorum operandi rationem denotante. Atque hoc verum eſſe ſymbola pectori inſculpta ſimulachri apertè indicant. Quid enim aliud binæ imagines palmis laureâque inſignitæ cum ſignis Cancri & Capricorni denotant? niſi vti nos in Aſtrologia hieroglyphica expoſuimus, Herculem, & Apollinem, qui ſunt metæ ſignorum cuſtodes, id eſt, tropicorum Cancri, & Capricorni, quorum virtute victrice, & ſolaris caloris æſtu totius vegetabilis naturæ, per corymbum floribus & fructibus in circulum diſpoſitum, aptè denotatæ incrementum ſignificatur; cui robur addunt quaterni Leones Mophtæi, quo operatrix magnæ Matris potentia veluti roboratur & ſuffulcitur: vndè ab antiquis à quatuor Leonibus in quadriga vehi fingitur. Atque hinc rerum omnium abundantia, & alimentorum vbertas, quæ aptè ſanè per mammarum protuberantium congeriem exponuntur; omnia enim, vt ſuprà oſtendimus, magna Mater Iſis fouet, nutrit, animat; & profuſâ quâdam liberalitate, quæ per manuum extenſionem notatur, inferioribus Mundi membris communicat neceſſaria ad viuendum auxilia, vti ſuprà ex Macrobio oſtendimus.

Quid duæ ſtatuæ?

Quid corymbus?

Quid Leones

Sequitur fœmorale in modum turbinis deorſum gracileſcens, tribus veluti zonis diſtinctum, quo tergeminus inferior Mundus indicatur; per duas prominentes Ægyptiacas ſtatuas indicatur genialis tutela, in omne vegetabilis naturæ penuarium; atque hoc pacto Diana vocatur (cui ideò Ceruus ab antiquis dicatus eſt, & tria ceruina capita luculenter docent, vndè & triceps, & tergemina dicitur) & dominium ſuum exerit in ſyluas, prata, hortos, influendo. Nam, Homero teſte, Diana per iuga montium vagabunda gaudet telis, & capreis; ac fugacibus Ceruis delectatur, vnde & ab Elæis ἐλαφιαία dicitur. Sunt, qui vetuſtam philoſophiam ſecuti, ſagittas eas, quæ Ceruum aſſequantur, hieroglyphicè radios ſolares indicare velint, quorum ſcilicet repercuſſu cornua ipſa pro loci, vbi Luna eſt, conditione & appareant & obducantur. Nam & Lucretius tela hæc ita interpretatur, *Non radij Solis, neque lucida tela diei*. Porrò Apes Regiæ tutelæ ſymbolum ſunt, quâ Diana omnia fouet, & protegit vegetabilia, ea non ſecùs ac apes luſtrando, libandoque. Sequuntur deindè

Quid turbinatum fœmorale.

Tria capita ceruium.

tria

3. Capita bouina.

tria capita bouina, Dianam ſiquidem magnam Deorum Matrem Taurionem appellatam reperio, tauris enim opitulari putant ; dicitur & Ταυρόπολος vt apud Apollodorum, & à cornuum figura ταῦρος· ταυρῶ verò apud Taurios ; ταυρόπολος dicitur, vel ὅτι ὡς ταῦρος πείθει πάντα, vel quia Taurum à Neptuno in Hyppolitum immiſſum, œſtro affixo per vniuerſam terram exagitauerit. Nos veriùs dicimus ſecundùm Ægyptiorum mentem, Iſidem hanc, ſiue Dianam Ægyptiam ſic vocatam, quod in bouem transformata, ſub eo varia humanum genus beneficia docuerit, vti agriculturam, mellificium, quod & apes adiunctæ ſat ſuperque docent ; de quibus plura vide lib. 3. Obeliſci Pamphilij, in hierogrammatiſmo de Boue. Appingitur hiſcè tribus bouinis capitibus vtrinque Draco, ſymbolum vigilantiæ in res ſuæ fidei commiſſas, quam Iſis, dùm gramina & plantas vitali accubitu fouet, Draconis officium præſtare videtur: non neſcio quoſdam alios Draconem hortorum cuſtodem pto radicibus arborum accepiſſe, quod tortuoſæ ſint, vti Dracones, & in terram adactæ ; perindè ac anguium genus in terræ viſceribus plurimum deliteſcant ; ita verò Draconis ſpeciem hanc plantis operam præſtare ; radicibus enim aut cæſis, aut exſiccatis plantas etiam aufferri neceſſe eſt. Nonnulli à viſu, quem acutiſſimum habent Dracones, Plinio teſte; Iſidi autem eadem de cauſa dicatur, quia πάντα ἀθρεῖν, καὶ βλέφειν, καὶ πάντα νοεῖν, quod factũ nonnulli tradunt, prudentiamque indè interpretantur ; eſt enim Iſis, Plutarcho teſte, nihil aliud niſi prudens naturæ progreſſus, vt quæ omnia perſpiciat, & ante omnes intelligat. Sequuntur denique alia tria bouina capita, quæ videlicet, arationis per boues iuxtà tripartitũ anni ſpatium factæ, ſumma in re frumentaria commoda declarant ; à βῶ, quod idem eſt, ac nutrio ; bos enim obtinuit, cum labore ſuo in terra exercenda continuò nos paſcat ; hunc etiam βέβαιον Græci felicem agriculturam vocant, quibus βαιὸς agricultura eſt, & bouis etiam epithethon. Deflexit hic mos ab Ægyptijs, & Græcis ad Romanos, qui bouilla capita exemptâ pelle, purgataque carne, pro labore & tolerantia monimentis ſuis inſculpere ſolebant, à boûm laboribus ſimilitudine deſumptâ ; quia verò in laborum tolerantia fortitudo neceſſaria eſt ; hinc tria capita bouina, leoninum vtrinque caput ſtipat. Verùm vt totum hierogrammatiſmum paucis complectar, indicabant Ægyptij Hieromanthæ per ſimulachrum Iſidis ſiue Dianæ Ægyptiæ magnæ Matris Deorum, ſupremum Numen ; ſiue Iſidem archetypam prout in quadruplicem Mundum influit, & capite quidem turrito, Mundum archetypum ; per Genios pectori impreſſos, Mundum Genialem ; per mammarum multitudinem, Mundum ſiderium ; cuius ſtellæ ſunt veluti vbera quædam, quę fœcundũ influxum omnibus inferioribus largiantur: per fœmorale conicum trizonium, elementarem Mundum, tribus veluti zonis inanimatorum, vegetabilium, & ſenſitiuorum diſtinctum ; quibus omnibus vitam, nutrimentum, neceſſariaſque ad ſe conſeruandum facultates, ac ſubſidia confert : cùm enim Iſis idem ſit, ac prudens naturæ progreſſus, vti Plutarcho placet, quo omnia Mundi loca perambulet, id aptè per pedûm detectorum nuditatem ſignificatur. Atque hæc ſunt, quæ de ſimula-

Quid Dracones ?

Bouis ſignificatum.

Anacephalæoſis dictorum.

mulachro propoſito exponenda duximus; quare ad intermiſſum nobis filum reuertamur.

Diodorus aſſerit, Ægyptios Iſidem quoque, vtpotè inuentricem plurimorum ad morbos pellendos medicamentorum; medicæ arti plurimum fauentem credere; eamque immortalitate quoque potitam gaudere hominum ſanitate, atque in eorundem valetudine reſtauranda continuò & præcipuè occupari; adeò vt vel in ipſo ſomno, tùm ad Numinis præſentiam, tùm ad beneficentiam ſuam erga homines commonſtrandam, diuina quædam aptaque morbis curandis media auxiliaque ſuggerat; eoſque, qui monitis eius obtemperent, præter opinionem eorum, à morbis etiam irremediabilibus, curari; addit omnes eos, qui vel viſu, vel aliâ quauis corporis parte languerint, eius Deæ implorato Numine, in priſtinam reſtitui valetudinem; ab ea quoque medelam ad aſſequendam immortalitatem, aiunt, inuentam; nam Horum filium à Titanibus interfectum, ac in aquis repertum, non in lucem ſolùm reſtituit, ſed & immortalem effecit, qui Oſiride patre inter Deos tranſlato Regni gubernaculum vltimus Deorum tenuiſſe fertur.

Iſis erga homines beneuolentia;

Hunc Horum cum Apolline quidam non malè confundunt. Horus enim Apollo medendi, diuinandique artem à Matre Iſide edoctus, multum hominibus, tùm oraculis, tùm medelis attulit vtilitatis. Iſis itaque rerum geſtarum gloria celeberrima, eam ſucceſſu temporum famam eſt aſſecuta, vt maiori in honore cultu & veneratione ab Ægyptijs, quàm ipſe Oſiris ſit habita; ac proindè ſumma ab vtroque beneficia recepta Columnis inſcripta æternitati commendarint Ægyptij, quas inſcriptiones è Diodoro depromptas hîc apponere placuit. Eſt autem monumentum Iſidis ſequens.

Horus cum Apolline confunditur.

Diod. l. 1.

Ego Iſis ſum Ægypti Regina à Mercurio erudita; quæ ſum vxor Oſiridis. Ego ſum mater Ori Regis; quæ ego legibus ſtatui, nullus ſoluere poterit. Ego ſum prima frugum inuentrix. Ego ſum in aſtro canis refulgens. Mihi Bubaſtis vrbs condita eſt. Gaude, gaude Ægypte, quæ me nutriuiſti.

In Columna Oſiridis hæc ſcripta dicuntur.

Mihi pater Saturnus, Deorum omnium Iunior. Ego ſum Oſiris Rex, qui vniuerſum Orbem vſque ad deſertos Indorum fines peragraui; ad eos quoque profectus ſum, qui arcto ſubiacent vſque ad fontes Iſtri. Et iterum alias quoque Orbis vſque ad mare Oceanum partes: ſum Saturni filius antiquior, germen ex pulchro & generoſo ortum, cui non ſemen fuit; neque vllus eſt in Orbe, quem non acceſſerim, locus, docens omnes ea, quorum inuentor fui.

Atque hæ inſcriptiones apprimè ijs, quæ ſuprà commemoratæ ſunt, congruere videntur.

Fertur denique Iſis præter inuentionem tritici & hordei, leges quoque ſtatuiſſe, quibus iuſtitia æquè omnibus ſeruaretur, vi atque iniuria, timore

Iſis inuentrix tritici &c.

timore pœnæ ſublatis, vndè & à priſcis Legiferaſeu Legum inuentrix dicitur, quod & inſcriptionis ante adductæ verba confirmant; alijs etiam appellatur τιθήνης, id eſt, Nutrix, & παδεχὴς, id eſt, Suſceptrix, vt ex Platone Plutarchus recitat; quod totius generationis ſuſceptrix crederetur; atque hinc factum videtur, vt Iſis, & ob fruges, & ob leges inuentas, cum Proſerpina & Cerere paſsim ſit confuſa, iuxtà illud Poëtæ.

Prima Ceres vneo terram dimouit aratro,
Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris,
Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus.

Sed vt plura paucis comprehendamus, ſciendum, quod quemadmodum in Oſiride tota Deorum genealogia repræſentatur; ſic & in Iſide Dearum; Oſirim tamen conſiderando per modum principij actiui, & per modum principij paſſiui, Iſidem. Iſis itaque in ſapientia & legibus ferendis Minerua; à fœcunditate quam præſtat, Venus; ab aëre, cui dominatur, Iuno; à dominio in ſubterranea, Proſerpina; Ceres ab inuentione frugum; à præſidio ſyluarum, & vim, quam in omnes feras obtinet, Diana; ab influxu, quo terram continuò beat, Rhea; Bellona à tempeſtatibus, quas ſuſcitat, & à vi ſua domitrice rerum. Πολύμορφον denique δαίμον, eò quod in omnes ſe formas tranſmutet, & quod Deorum omnium titulos gerat, non immeritò Deorum omnium Matris nomen eſt conſecuta. Multa nobis de Iſidis rebus geſtis in regno, de legibus ſtatutis, de eius apotheoſi, de myſtica ſignificatione fabularum ei affictarum, ſed quoniam vbique de ea in hoc opere paſsim dabitur dicendi materia, ſingula ſuis locis reſeruauimus.

CAPVT V.

De Serapide, & Apide ex mente Græcorum.

EA eſt Deorum, Dearumque omnium, non tàm re, quàm nomine à diuerſis effectibus impoſito differentium ſimilitudo, vt vnum aliquem è Dijs, Deabuſque deſignantes, omnes alios veluti concatenatos aſſignaſſe videamur: id quod & ſuperiùs ſatis oſtendimus, & inferius pleniùs, cùm de myſtica & allegorica Deorum ſignificatione tractabimus, oſtendemus.

Serapis, Pluto. Quæ cùm ita ſint, Serapis nihil aliud erit, niſi Oſiris ille ſubterraneus, quem Plutonem Poëtæ appellant; liberiùs id pronuncio, cùm nullus ex antiquis habeam mihi non aſtipulantem. Plutarchus enim eum cum inferorum Deo Plutone paſsim confundit; Archematus Eubæus præter Serapim, alium Plutonem non agnoſcit, ſicut nec Iſidem præter Proſerpinam; queis cõſentit Porphyr: vndè & inter ea nomina, quæ ἐπαγγέλματα Græci dicunt, reponitur, cuius etiam ſymbolum eſt, Cerberus ille triceps, dæmon perniciosiſſimus, terræ, aquæ & aëri dominans. Tacitus eum ob

præ-

præclaras in re Medica inuentiones, cum Æsculapio eundem quoque asserit, non malè; Serapis enim, quem & Osiridem subterraneum, seu Plutonem, aut Ditem patrem interpretantur; cum metallis, lapidibus, radicibus, alijsque subterraneis diuitijs præsit, virtutem earum rerum corroborando; certè quicquid ad valetudinem hominum curandam conferre potest; eius distributioni & curæ commissum esse, nemo dubitat veterum; nec sine causa statua ipsius ex omnibus mineralibus ideò conflata cernebatur, vti paulò post demonstrabimus. Hinc quoque Porphyrius apud Eusebium, non malè malignorum spirituum principem Serapidem esse dicit, & ex eiusdem Eusebij sententia Ioannes Baptista Leo, *Serapin*, ait, *primùm symbola edidisse, quibus dæmones expellerentur, docuisseque, qua ratione dæmones assumpta brutorum figura insultarent, maximè verò eum apparere cornibus arietinis*; vndè & Diodorus eum cum Ammone eundem esse, & cum Dionysio, ac Ioue Ægyptio, qui arietinis cornibus referebantur, indigitare videtur. Denique Heraclides Ponticus oraculum, quod Serapidis fuit celeberrimum, Plutonis fuisse scribit, cuidam enim Regi Ægypti consulenti, quisnam se esset beatior, ita respondisse fertur.

Serapidis ira tua.

Iupiter Ammon.

Principio Deus est, tùm Verbum, his spiritus vna est;
Congenita hæc tria sunt, cuncta hæc tendentia in vnum.

Ruffinus alios Serapidem Iouem putare dicit; eò quod capiti modius superpositus ostendat, eum mensurâ, modioque omnia moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præbere; vel Nili virtutem eum etiam alios putare, cuius opibus, & fœcunditate Ægyptus pascatur. Plutarchus iterum cum Diodoro eum alio in loco, Deum esse dicit, totius Vniuersi motus Authorem, Græca verba illius sunt:

Statua Serapidis.

Κυριώτερον δὲ τοῦτο τὸ σέβας, καὶ τὸ σεβὰς τιμὴ τῷ παντὶ ἅμα κίνησιν.

Subiungit autem, Sacerdotes idem sensisse, qui Apin & Osiridem eundem asserebant. *Nos*, inquit, *docentes, Apim esse animam Osiridis*. Cui congruit oraculum à Serapide Nicocreonti Cypriorum Regi datum, cùm sic dicit:

Εἰμὶ θεὸς τοίῳ δὲ μαθεῖν, οἵαις κ' ἐγὼ εἴπω
Οὐρανίῳ κόσμῳ κεφαλὴ, γαστὴρ δὲ θάλασσα,
Γαῖα δὲ μοὶ ποδές εἰσι τὰ δ' ἔατ' ἐν αἰθέρι κεῖνται,
Ὄμμα δὲ τηλαυγὲς, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Sum Deus, inquit, *talis ad discendum, qualem & ego dico*
Cœlestis ornatus caput, venter verò mare,
Terra autem mihi pedes præstat, at aures in æthere sunt;
Oculusq; eminùs splendens lucidum lumen Solis.

Quæ verba sanè ad instar ἀναικεφαλαιώσεως esse possunt, omnium eorum, quæ de Serapide hucusque diximus, adeòque facilè cum Pane confunditur; cùm facillimè explicent, quâ ratione tanta nominum impositio vni Deastro quadrare valeant; dùm capite Iouem, ventre Neptunum, terra Plutonem, Ditem Dionysium, aliaque stygia Numina; auribus Mercurium,

Origo Serapidis.

curium, Apollinem oculis luculenter referat. Reſtat vt de origine Serapidis aliquid dicamus, in qua aſſignanda, magnam quoque inter Authores diuerſitatem reperio. Cornelius Tacitus Serapidis imaginem, à Ptolomæo Lago per ſomnium monito, ex Ponto Alexandriam adductam, & in templo magnificentiſſimè eius nomini conſecrato, ait, collocatam: Plutarchus tamen in hiſtoria variare videtur. Euſtathius cum Tacito conuenit, qui & Ptolomæum ex dæmonis apparitione monitum ſcribit; quod eſt contra Gorionidem, qui multò ante tempora Ptolomæi Lagi, Serapidis ſimulachrum in Ægypto fuiſſe aſſerit: nam & Rege Ægyptiorum Nectanebo fugâ elapſo, Ægyptij dicuntur Serapidis oraculum conſuluiſſe, verba Gorionidis ſunt:

Gorionides.

ואנשי מצרים בראותם כי נפקד ארוניהם וילכו אל צלם מצלמי תועבותיהם ושמו
סאראפים ויזבחו ויקרבו לפניו קרבנות וישאלוהו חכמיהים במלכם:

Viri verò Ægyptij cum vidiſſent Regem eorum nullibi comparere, abierunt ad ſimulachrum Serapidis, & obtulerunt ſacrificia & victimas, interrogantes de Rege eorum Nectanebo &c. Cùm verò Nectanebus, quemadmodum ſuprà oſtendimus, Synchronus fuerit Dario & Artaxerxi, queîs poſterior multò Ptolomæus Lagus; veriſimile eſt, ſub eo Serapidem non primùm in Ægyptum tranſlatum; ſed multò ante ibi cultum fuiſſe; alij porrò, Statuam Serapidis, è Seleucia vrbe Syriæ, non ex Ponto aſportatam volunt; alij non Alexandriæ, ſed Memphi collocatam arbitrantur. Nymphodorus, Apim Taurum mortuum in Soro, quod latinè arcam dicimus, poſitum, Sorapim primò, ac deindè Serapim appellatum fuiſſe contendit, quæ reſpondent etymo Ægyptiaco, nam vt in Supplemento oſtendimus, Σωρὰπ· Σωρὶ ciſtam, ἀπ bouem ſignificat, vt ex Theſauro linguæ Ægyptiacæ patet. Sanctus Auguſtinus verò, *His*, inquit, *temporibus Rex Archiuorum Apis nauibus tranſuectus in Ægyptum cùm ibi mortuus fuiſſet, factus eſt Apis, omnium maximus Ægyptiorum Deus*. Ex quo patet Apidem & Serapidem paſsim, ſicuti hic, ita apud alios etiam Authores confundi; cur autem Apis poſt mortem Serapis ſit appellatus, Varro docet. *Quia arca*, inquit, *in qua poſitus erat, Græcè ſeu Ægyptiacè dicitur* Σορὸς, *vndè* Σοραπις, *quaſi Arca Apis, deindè vna litera mutata* Σάραπις *dictus eſt; ille autem Bos, quem penè attonitâ veneratione Ægyptus in eius honorem alebat, non Serapis, ſed Apis vocabatur, quoniam eum ſine arca viuum venerabatur*. Suidas verò proſequens hiſtoriam, ait, Serapidem, Theophilo Epiſcopo Alexandrino Theodoſij magni tempore ſublatum, aliquos Iouem ſeu Oſirim, alios Nilum dixiſſe, iuxtà illud Martiani Capellæ in philologia ſua:

S. Auguſt. l. 15 de ciuit. Dei.

Te Serapin Nilus, Memphis miratur Oſirim;

Nilum autem dictum, eò quod modium haberet in capite, & πῆχυν, id eſt, cubitum ſeu menſuram aquæ; quo quidam habitu in varijs hinc inde Muſæis Romanis conſpicitur. Abenephius Suidæ, & R. Abenezræ, alijſque conſentiens dicit, Ioſephum ob Ægyptum à fame liberatam, ſeu ob ſomnij de ſeptem vaccis interpretationem, à poſteris Apim dictum; verba eius Arabicè ſic ſonant:

Serapim nonnulli Ioſephũ volunt eſſe.

وقال

وقال يوسف للملك اقمني على كنز الارض واكون حفيظ امين واقامه الملك على
كل خزاين الارض ودوسف صار الملك في المصر واسمه افيـــــــــــــــس ۞

Et dixit Ioſeph Pharaoni, conſtituas me ſuper theſaurum terræ, quoniam fidelis ego cuſtos ero, & conſtituit eum Rex ſuper omnia repoſitoria terræ, & factus eſt Ioſeph quaſi Rex totius Ægypti, & vocauerunt eum Apis. Verùm alij dicunt, teſte Suida, Apim hominem fuiſſe beatum, & Regem in Memphi ciuitate Ægypti, qui facta fame, Ægyptijs, ex proprijs facultatibus nutrimenta præbuerit; eò verò defuncto templum conſtituerunt, in quo Bos nutriebatur, ſymbolum gerens agriculturæ, & quaſdam habens coloris notas; eſt autem in lingua Ægyptiaca Apis nihil aliud niſi Bos. Quæ omnia ab Hebræis & Chriſtianis interpretibus Ioſepho adaptantur, quem & ad condendum frumentum prodigioſas illas pyramidum moles in hunc finem exſtruxiſſe Genebrardus vult. Giraldus & Martianus arbitrantur, nomen Serapis hilaritatem, & lætitiam ſignificare Ægyptiacâ linguâ, & proindè hilaria feſta Ægyptios appellare Σάῤῥει, eò quod communi vrbium plauſu & tripudiô peragerentur; ſed & Βραίζοντες quidam Serapis, à שרפים Seraphim deducere conantur; dicunt enim ſimulachrum Serapidis fuiſſe ad ſimilitudinem Seraphinorum, quos in templo poſuiſſe Salomonem legimus, conſtructum; ſed hoc nos ipſorum coniecturis relinquimus. Theraphim quoque idola Laban Serapides fuiſſe ſuſè demonſtrabitur in Pantheo Hebræorum cap. de Theraphim. Nobis quoque non diſplicet Varronis, Plutarchi, Luciani, aliorumque opinio, quæ Serapidem ab arca bouinam ſpeciem referente, in quam Oſiridem agriculturæ inuentorem ſeu Apim, (quod nomen Ægyptiacâ linguâ bouem ſignificare diximus) poſt mortem coniectum, & ab Iſide diuinis primùm honoribus cultum, ſic appellatum exiſtimat; eſt enim hæc & hiſtoriæ, & traditionibus Ægyptiorum congruentior. Cœterùm quâ ratione Apis, Serapis, Epaphus, Buſiris, Oſiris, inter ſe concilientur, quouè tempore prima bouini cultus fundamenta iacta ſint, diximus in Syntagmate primo, capite de Regibus Ægyptijs, Dynaſtia paſtorum. Reſtat iam, vt de imagine Serapidis aliquid etiam dicamus. Macrobius in Saturnalibus: *Calathum*, inquit, *eius capiti affingunt, & ſimulachrum ſignum tricipitis animantis adiungunt; quod exprimit medio, eodemque maximo capite Leonis effigiem. In dextra parte caput canis oritur manſuetâ facie, pars verò læua ceruicis, rapacis lupi capite finitur, eaſque formas animalium Draco connectit, volumine ſuo capite redeunte ad Dei dexteram, quâ compeſcitur monſtrum.* Qui ſolem hinc interpretantur, ex capite Leonis, tempus præſens indicari volunt: quod eius conditio inter præteritum futurumque actu præſenti valida ſit feruenſque? præteritum ex lupi capite conijciunt, quod animal ſit oppidò obliuioſum, obliuio autem de præterito eſt; futurum ex adblandientis canis effigie, quod eſt indicium ſpei, quæ nobis ſemper adblanditur; ſpes verò ſemper de futuro eſt. Quid verò ſerpens ſibi velit, Cyrillus manifeſtat: *Temporis*, inquit, *ſignum ſerpentem pingunt, eò quod in longitudinem porrigitur, & multis complicatur ſpiris, quæ ſunt multæ dierum annorumque ſeries, taciteq; proſerpit; nullo edito ſtrepitu, iuxta illud Maronis:*

Apis quis?

Σάῤῥει Ægyptiacè gaudere ſignificat.

Quid Theraphim Laban?

Serapis idem eſt ac Arca Bouis.

Figura Serapidis.

Atque

Atque in se sua per vestigia labitur annus,
Et alterius non incelebris.
Labitur occultè, fallitq; volubilis ætas.

SERAPIDIS
MACROBIANA DESCRIPTIO.

Typus Serapidis hìc physicè expositus, ad alios sensus anagogicos, ethicos, mysticos, pari analogia applicari potest.

Explicatio symbolorum Serapidis.

A Calathus, fœcunditas Nili.
B Nuditas iuuenilis, reflorescentiam post exundantionem Nili notat.
C Mensura incrementorum Nili.
D Temporis Author Serapis.
E Tempus præteritum.
F Præsens per canem adblandientem.
G Futurum per lupum obliuiosum.
H Temporum succeffio.
M Solis motus per humidum.

Verùm ea quoque causa esse potest suppressæ caudæ, quod tempus aut à præterito, aut à præsenti, aut à futuro considereretur; quæ omnia incerta nobis sunt; præteritum siquidem intueri minimè, neque mente quidem concipere possumus; futurum longè minùs, quod nondum sit, & finis eius prorsùs incognitus; præsens verò cùm sit instabile, velocissimèque transcurrat, vix percipi potest. Sed hoc potiùs Græcorum, quàm Ægyptiorum figmentum est; vndè nos hac descriptione derelictâ, quæ proprie eius imago fuerit, scrutemur. Serapim spiritum seu harmoniam Mundi interpretantes Ægyptij, simulachrum eius ex omnibus Mundi rebus constituebant. Erat autem simulachrum tam grande, vt vtrinque Alexandrini templi latera contingeret, de quo sic Beroaldus in Apuleium.

Statua Serapidis mira ärte facta.

Apud Alexandriam templum fuit Serapidis opere fornicario constructum & mirâ arte visendum: in quo simulachrum Dei ita erat vastum, vt dextrâ vnum parietem, alterum lævâ perstringeret: quod ex omnibus metallorum lignorumque generibus compositum ferebatur. Erat etiam dolo & arte composita fenestella, ab ortu Solis ita aptata, vt radius solaris per eam directus, os & labra Serapidis illustraret, ita vt inspectante populo, osculo salutatus à Sole videretur. Meminit huius Serapæi templi Ammianus quoque. *His*, inquit, *accedunt alijs suffulta vestigijs templa, inter quæ eminet Serapæum, quod licèt minuatur exilitate verborum, atrijs tamen columnarijs, amplissimis, & spirantibus signorum figmentis, & reliqua operum magnitudine, ita est ornatum, vt post Capitolium, quo se venerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitiosius cernat.* Cur autem ab Ægyptijs perpetuâ constitutione seruatum sit, vt nunquam Saturni templa, aut Serapidis intra oppida admitterent, causa erat: vt veluti peruigiles, & excubitores Deos extra pomærium, & in suburbijs sedes habere sinerent, tanquam illorum numine & fauore validis sepți præsidijs forent; proque aris sociisque, ac Deorum templis, & solo in quo nati essent, excubarent, illorumque ministerio & opera ab hostili incursu & clandestinis insidijs se tutos adnotarent.

Ammianus Marcellinus l. 6.

Cur Saturni & Serapidis templa extra vrbem.

De Apide.

BOuem verò, quem Apim Aegyptij appellant, sic Plinius describit: *Bos*, inquit, *ab Ægyptijs Numinis vice cultus Apis vocatur, ac candicanti macula in dextro latere, ac cornibus Lunæ κερατοειδές, siue crescentis insignibus, nodum sub lingua habet, quem Caitharum appellant. Hunc Bouem certis vitæ annis transactis* (vltra quos nefas est eum viuere) *mersum in Sacerdotum fonte enecant; interim luctu alium, quem substituant, quæsituri, donec inueniant, derasis capitibus lugent, inuentus deducitur à Sacerdotibus Memphim; sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos, auguria populorum; alterum intrasse lætum est; in altero ominosum portendit: Responsa priuatis dat, è manibus consulentium cibum capiendo; Germanici Cæsaris manum auersatus est, non ita multò post extincti. Cætera secretus cum se proripit in cœtus, summoto strepitu lictorum, grexq; puerorum comitatur, carmen in eius honorem decantantium; intelligere videtur, & adorari velle; hi greges repentè lymphati futura præcinunt. Fœmina bos ei semel in anno*

Plinius.

Apis descriptio.

Germanici Cæsaris manum auersatus Apis.

anno oſtenditur, ſuis & ipſa inſignibus ; quanquam alijs ſemperq; eodem die & inueniri eam, extinguique tradant ; Memphi eſt locus à Nilo , quem à figura vocant phialam, omnibus ibi annis auream pateram argenteamque mergentes , diebus quos habent natales Apis, ſeptem nimirum ; mirumq; eſt, neminem per eos à Crocodilis attingi : octauo poſt horam diei ſextam, redire belluæ feritatem. Hæc ferè Plinij verbis recenſuimus.

Cœrimoniæ in Apidis inquiſitione.

Diodorus Siculus : *Ægyptios mortuo Api magnificeq; ſepulto, quærere per Sacerdotes ad id muneris deſtinatos alium vitulum ſimilem priori : quo inuento populus luctum finit ; Sacerdotes, quibus ea imminet cura, primùm in ciuitatem Nili vitulum perducunt, in qua eum 40. diebus nutriunt , deindè in nauim contectam, habitaculum aureum habentem, introducentes, & in Memphim, vt Deum ducentes in Vulcani fano collocant. His diebus*, inquit, *ſolæ mulieres Taurum vident, reliquo tempore eius faciem videre prohibentur ; cauſam verò bouis tantô ſtudio culti dant eam, quod anima Oſiridis in eum tranſmigrârit primô , deinceps ad poſteros transfuga.* Alij verò Oſiride à Typhone interfecto, Apim ferunt eius membra collecta in bouem ligneum corio bouis albo circumtectum conieciſſe, ideòque ciuitatem Buſiridem , vti in præcedenti Syntagmate meminimus, appellatam. Porrò Apis, Herodoto teſte, ab Ægyptijs, à Græcis Epaphus appellatus, ab Æliano dicitur magnus & pollens, ab antiquis ex vacca, quæ fulgure afflata concepiſſet, procreatus. Habet verò Apis hæc ſigna. *Toto corpore eſt niger , in fronte habens candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ, cantharum in palato, duplices in cauda pilos* , ita Herodotus in tertio; ſed Aegyptij, teſte Aeliano, hiſcè non aſſentiuntur : nam 29. notas huic boui ſacro aptas, & conſentaneas, tot nimirùm, quot dies menſis Lunaris periodicus dies, attribuunt, eumque ſic paſsìm exprimunt, vt ex Bembina tabula patet.

Cur Apis ſub ſpecie Bouis eglatur.

Alia deſcriptio Apidis.

FIGVRA APIDIS
E TABVLA BEMBINA.

Ex Herodoto, Plinio, Diodoro.

Cornua Lunæ.
In palato cantharus.
Figura T. in fronte.
Quadratum candorem in pectore.
Lunæ ſplendor & motus.
Figura aquilæ in dorſo.

Varie-

Variegatus Apis, varia facies Lunæ.
Periapta seu fascinum.
Symbolum cœli.

- - - - - *Pubes*
Barbara Memphitem plangere docta bouem, Tibull.
Et comes in pompa corniger Apis erat. Ouid.
- - *aut quo se gurgite Nili*
Mergat adoratus trepidis pastoribus Apis. Statius.

Pomponius Mela Apidem populorum omnium, & potissimùm Aegyptiorum Numen ait, *Bouem esse nigrum certis maculis insignem, diuinitus & cœlesti igne conceptum, cauda linguaque dissimilem, alijs rarò illum nasci, nec coitu pecudis, sed fulgure conceptum: denique quo nascitur, genti maximum festum esse*. Epiphanius recitat, Cambysem & Ochum Persarum Reges, ob vel percussum, vel interfectum sacrum Bouem temeritatis pœnas dedisse: quô Apidem vulnerârat; propriô gladiô læsus calamitosa morte interijt, alter non absimili fine decedens; vterque, Herodoto teste, vltionis diuinæ ob irreuerentiam erga Deos commissam, exemplum extitit.

Non coitu sed fulmine concipitur.

Porrò notandum, duos fuisse Boues Aegyptijs sacros, vnus Memphitis, de quo iam diximus; alter Heliopolitanis Mneuis nomine, qui sepio quodam nutriebatur, cuius Ammianus Marcellinus meminit. *Inter animalia ab antiquis consecrata, Mneuis* (seu Μεσατεθικὼς Neumis) *& Apis reponuntur: Mneuis quidem Soli, Apis verò Lunæ dedicatus*. Cui Ælianus subscribit dicens, *Et Veneri Vraniæ vaccam sacram custoditam in Præfectura Hermopolitana*. Qualia verò Mneuis Solaris, Apis Lunaris in Astronomicis mysteria indicârint, in Obelisco Pamphilio dictum est. Vnum hìc præterire non possum aduersione dignum, nempè hunc Bouis cultum, seu vt meliùs dicam, hanc μοχαλάξιαν detestabilem, ita animis hominum fuisse insitam, vt electus etiam à Deo populus huiusmodi bruti cultus contagione infectus, eis aras exstruere, ac libamina offerre non sit verecundatus. Nam vt rectè Pererius: *Viderat superstitiosa gens Hebræa, Ægyptiorum in Bouis cultu solennitates, dûm in Ægypto commorans, ijs adhuc commisceretur, vidit & causam tanti cultus, nimirùm bonorum terrenorum indè redundantiam; quare dùm duriora in deserto subirent; eos sibi subitò Deos, qui inopiæ remediari possent, quales ipsi cum Aegyptijs Apides existimabant, asciuere*. Sed de hoc posteà in ἰδωλομανίᾳ Hebræorum. Emanauit stupidi Dei huius cultus non ad Israëlitas solùm, sed & in viciniores paulatìm regiones diffusus, totum Orientem peruasit: testantur id satis Persarum, Assyriorum, Gymnosophistarum,

Duo boues Ægyptijs sacri.

Vnde vituli cultus in deserto.

aliarumque gentium, neſcio quid bouinum affectantia Numina, quæ ita cœcos mortalium animos oppleuêre, vt maior adhuc Orientis pars etiam poſt ſalutis & veritatis æternæ aduentum, hoc improbô cultu corrupta videatur. Nam & in Regno Mogorum, Bengala, Sumatra, Maldiuis, alijſque maris tractibus, huiuſmodi Apides paſsim adhuc erectos videas; eoque deuenerunt ſuperſtitionis, vt deceſſurus quiſpiam ex hac vita, bonam ſortem non ſe ſortiturum exiſtimet, qui caudam vaccæ non ſtringendo, deceſſerit. Quæ omnia tradit Ioan. Maraccius Societ. noſtræ Indiarum procurator αὐτόπτης, in relatione de rebus Indicis; ſed de his ſatis, ſuperque; nunc ad alia.

Ridicula cœrimonia Indorum.

CAPVT VI.

De Ammone ſeu Ioue Aegyptio.

DIuerſitatem nominum Deorum ab euentis diuerſis exortam, ſicuti alia omnia Deorum nomina, ſic etiam Apis, & Hammon ſatis ſuperque oſtendunt; qui quidem nihil aliud ſunt reipſa, quàm Oſiris ſeu Chamus, qui diuinitatem affectans, incantationibus & præſtigijs in varias ſeſe animalium formas, potiſſimùm autem in Bouis & Arietis transformando, vti in præcedentibus probauimus; ab Ægyptijs rei nouitate attonitis Apis ſeu Bos, à Lybibus vero Hammon à nomine Chami, à quo non multum diſcrepat, appellatus eſt; ſic ſentiunt poſt Beroſum, Genebrardus, Pererius, & Cornelius commentarijs in Geneſin. Græci verò Hammonis nomen ab arena, quod Græcè ἄμμος dicitur, deriuant, quod & Plinius innuit; cùm de Ammoniaco ita ſcribit: *Ergò Æthiopiæ ſubiecta Affrica, ammoniaci lachrymam ſtillat in arenis ſuis, indè etiam nomine Ammonis oraculo, iuxtà quod gignitur arbor.* Cui conſentit Sext. Pomp. qui ita ſcribit: *Hammo cognominatus, quia in arena putatur inuentus; cui cornua affiguntur arietis à genere pecoris, inter quod inuentus eſt.* Alij quoque ex Arabum Scola eum dictum eſſe volunt à vocabulo Arabico الحمل *Hammel*, quaſi dicas, arietem. Sed quoniam certiora dicere videntur Aegyptij, quæ ipſi tradant, etiam afferamus: *Amun*, aiunt, *Iouis eſt nomen*; quod etiam Plutarchus notat in libro de Oſiride, & Iſide; & notat Iamblichus, hoc nomen Amun in Ægyptia lingua nil aliud ſignificare, niſi vim quandam Numinis, arcanas latentium rationum vires in lucem agentem. Cui congruit aſſertio Manethonis, eô nomine arcanum, occultumque ſignificari tradentis; Hecatæus verò vocem ſuiſſe, ait, Deum inuocantium; eaque vti ſolebant, cùm præcipuè incognitum arcanumque vocabant, quâ ratione factum eſt, vt Deum illum ſummum rerum conditorem, vti abditum arcanumque, eâ voce Ammun appellarent, quod & hieroglyphicis literis, eâ, quæ ſequitur, ratione, exprimebant, quarum interpretatio ſequitur. Vndè & primi Ægyptij eum per figuram aliquam incognitam, vmbilicum, aut neſcio quid circulare, aut ſphæricum affectantem, vti in libro tertio fuſè probabimus, referebant.

Plin. l. 12.

Etymon nominis Amun.

Amun nomen quid?

Amun

Amun latentium vires in lu-
Agathodæmon & caloris mundani, rerum per aſcenſum tuò promo-

rationum arcanas cem agens Elementi humidi quo generationes deſcenſumq; perpe-uentur;

Diodorus Siculus Ammonem Regem Lybiæ prodidit, qui Rhream Cœli filiam duxerit vxorem, & Amalthæam adamârit, filiumque ex ea Dionyſium ſuſtulerit, & quæ apud ipſum cœtera leguntur. Hyginius verò ſic fabulam narrat ex Hermippo. *Quo tempore Liber Africam oppugnauerit, deueniſſe cum exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulueris Ammodes eſt appellatus: itaque cùm in maximum periculum deueniſſet; quod iter neceſſariò facere videbatur, acceſſit eò, vt aquæ maxima penuria eſſet; quo facto exercitus ad defectionem maximam venire cogebatur; qui quid agerent dùm cogitant: Aries quidam fortuitô ad milites eorum errans peruenit, quos cùm vidiſſet, fugâ ſibi præſidium parauit. Milites autem etſi puluere, & æſtu preſſi, arietem ſequi cœperunt, vſque ad eum locum, qui Iouis Ammonis templo poſteà conſtituto eſt appellatus. Quo cùm peruenissent, Arietem nuſquam inuenire potuerunt; ſed quod magis erat optandum, magnam aquæ copiam eo in loco nacti ſunt, corporibuſque recuperatis, Libero ſtatim renunciarunt, qui gauiſus, adeòs fines exercitum duxit, & Iouis Ammonis templum cum Arietinis cornibus ſimulachro facto conſtituit; Arietem inter ſydera figurauit, ita vt cùm Sol in eius fuerit ſigno, omnia naſcentia recrearentur, quæ Veris tempore fiunt, hac re maximè, quod illius fugâ Liber recreauit exercitum. Prætereà duodecim ſignorum principem voluit eſſe, quod ille optimus exercitui fuerit ductor.* Sed & Leo, qui res Ægyptias conſcripſit de Ammonis ſimulachro ait: *Cùm Liber Ægyptum, & reliquos fines regno teneret, & omnia primus hominibus oſtendiſſe diceretur; Ammonem quendam ex Africa veniſſe, & pecoris multitudinem ad Liberum adduxiſſe, quo faciliùs & eius gratia vteretur, & aliquid primus inueniſſe diceretur. Itaq; pro beneficio ei Liber agrum dediſſe exiſtimatur, qui eſt contra Thebas Ægyptias; & qui ſimulachra faciunt Ammonis, cum capite cornuto inſtituunt, vt homines memoria teneant, eum primum pecus oſtendiſſe. Qui autem Libero factum voluerunt aſſignare, quod non petierit ab Ammone, ſed vltrò ad eum ſit adductus, ſimulachra ei cornuta faciunt, & Arietem memoriæ cauſæ inter ſidera fixum dicunt.* Herodotus libro ſecundo ait, quod Iuppiter cùm nollet ab Hercule cerni, ab eo tamen exoratus, id commentus eſt, vt amputato arietis capite, pelleque villoſa, quam illi detraxerat, indutus, ſeſe ita Herculi oſtenderet, atque indè factum, vt Ægyptij Iouis ſimulachrum arietinâ facie confingerent, & ab Aegyptijs, Ammonios, aiunt, accepiſſe. Ab alijs Ammon traditur in bello

Hygin. in lib. fabul. nom. Aries.

Exercitus Liberi in Lybiam.

Herodotus l. 2

galea vſus eſſe, cuius inſigne fuerit arietis; vndè & fabula orta ſit; ſunt qui ipſum tradant, cornua in vtroque tempore paruula habuiſſe, ac propterea Dionyſium ipſius Ammonis filium eodem fuiſſe aſpectu; cognominatus eſt & eâdem ratione κερατοφόρος, hoc eſt, corniger; vndè Pheſtus Poëta Græcus.

Ζὰς Λιβύης ἄμμων κερατοφόρε κλυθὶ μαίτι.

O Lybiæ vates exaudi corniger Ammon, Iuppiter.

Lucanus. Statius. Pherecydes. Euſtathius.

Sic & Lucanus cornigerum appellauit, & Statius. Fuerunt, qui Ammonem, Arietem Frixi, & Helles putarent, vt Pherecides prodidit. Euſtathius in Dionyſium de ſitu Orbis, conſimilia Herodoto ſcribit. Seruius Grammaticus, ideò eum arietinô capite ait confingi, quod eius eſſent inuoluta reſponſa. Hebræus Scriptor R. Ioſeph Ben Gorion ei attribuit cornua bouina, & barbam caninam, facie nec iuuenem, nec ſenem, rectum ſtaturâ. Cùm enim Olympias vxor Philippi Macedonum deſideraret videre Deum illum, cuius congreſſu eſſet genitura filium, quemadmodum ei Nectanebus prædixerat; ſic eum Nectanebus deſcribit:

ויאמר אליה נקתניבור דעי כי אחד מן האלוהות הגדולה אשר אמרתי לך כי יחשק במלכה הוא יחשק בך וידרשך לאלוהות אליו והוא יעזרך בכל אשר תרצי: ותאמר המלכה מי הוא האלהים הזה ומה תארו: ויאמר שמו האלוה אמון החזק: ונקרא בשם זה כי הוא יחזק ויעזר כל הנשענים עליו: ותאמר הודיעני תמונתו וצורתו כי יבוא: ויאמר אלוה האלוהות הזה הוא איש בינוני בקומה לא זקן ולא בחור ובמצחו קרנים כקרני השור וזקן כלב וממנו יולד לך בן:

Gorionides c. 6.

Hoc eſt: *Et dixit ad Reginam Nictanebus: ſcias quòn vnus de maioribus Dij, de quibus tibi dixi, amplexabitur te, & ipſe quæret te, & adiuuabit te in omnibus, quæ deſideras. Et dixit Regina; quis eſt iſte Deus, & quæ forma eius? & dixit, nomen illi Deo eſt Ammon fortis, & vocatur hoc nomine, quia ipſe confirmat & adiuuat omnes confidentes in eum. Et dixit illa: Oſtende mihi ſpeciem, & figuram eius, qui veniet; & ille dixit ad eam: Vir eſt rectus ſtatura, non ſenex, nec iuuenis, & in fronte eius cornua, ſicut cornua bouis, & barba eius ſicut barba canis, & ex illo naſcetur tibi filius.*

Ammonis figura.

Alexander magnus adit Ammonis oraculum.

Ferunt, Alexandrum cùm intellexiſſet Perſeum, & Herculem ad Ammonis oraculum aſcendiſſe, & ipſum eò aſcendere voluiſſe; cœterùm cùm incumbente validiùs auſtro repulſus fuiſſet, diùque per arenas erraſſet, tandem duobus coruis iter commonſtrantibus ad deſtinatum locum perueniſſe; Iouiſque Sacerdotem Regi blandientem, eum Ammonis filium vocaſſe; & ambitioſum Regem hâc compellatione ita fuiſſe delectatum, vt poſteà non aliter, quam Ammonis filius & dici, & haberi voluerit. Quod Olympias mater admodum ægrè tuliſſe memoratur; cuius extat apud Gellium epiſtola ad filium de hoc argumento ſcripta, vt ne pergeret, ipſam Iunoni inuiſam reddere. Cur autem Olympias ægrè ferre potuerit hanc Alexandri compellationem, facilè ex ſuperiùs Gorionidis citatis verbis liquebit; erat enim Alexander filius Nictanebi, qui Olympiadem ſub aſſumpta figura Ammonis compreſſerat; vndè meritò ſibi timebat Iunonem coniugem Hammonis Iouis, ſub cuius figura falſò & per dolum malignum fuerat vitiata. Sed vt eò reuertamur, vndè digreſſi ſumus;

Alexander ambit vocari Ammonis filius.

sumus ; Formam Ammonis quadratæ figuræ fuisse Pausanias testatur in Arcadicis, & Arietinis cornibus insignem ; alij per Arietem integrum, alij arietinâ pelle indutum, vti in sequenti figura apparet .

Pausanias in Arcadicis.

A Ammon arietinis cornibus.
B Mitratus.
C Tetragonus Hermes.
D Pellis.
E Instar vmbilici pingebatur.
F Integrô ariete referebatur
G Pelle seu exuuijs arietis .
H Et in statura hominis extendentis manum ad dandũ parati.

Sed audiamus Pausaniam : Ἐστὶ δὲ ἄγαλμα Ἄμμωνος πρὸς τῇ οἰκίᾳ τοῖς τετραγώνοις Ἑρμαῖς εἰκασμένον, κέρατα ὅτι δὴ κεφαλῆς ἔχον κριοῦ. Et paulò post; Ἐστὶ καὶ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα καὶ τοῦτο Ἑρμοῦ τετραγώνου τέχνῃ. εἰσὶ δὲ ὑποκαθαβαίνοντι ὀλίγον θεοὶ, παρέχον δὲ καὶ ἕτοι χεῖμα τετράγωνον. *Est autem ante domum eius situm Ammonis simulachrum, quod eadem quæ Hermæ quadrati figura, Arietis cornua capite præfert; est & Apollinis simulachrum eodem quo quadrati Hermæ opificio elaboratum, pauxillum descendentibus Dijs sese ostendunt è quadratis lapidibus, Ergatæ, id est, operarij cognomento. Minerua inter eos Ergane & Agyieus* (quasi compitalitium dicas) *Apollo*. Alij porrò donant eum præter cornua arietina, veste adhuc lanitia, vti Martianus Capella: *Ammon*, inquit, *apparuit cum arietinis cornibus & vestimento lanitio, ac sitientibus fontis vndam exhibuit*. Sidonius quoque ei mitram tribuit, vt in Hendecasyllabo ad Felicem:

Pausanias in Arcadicis.

Non

Non hìc Cyniphius canetur Ammon
Mitratum caput eleuans arenis.

Alij eius ſimulachrum fuiſſe manibus repandis & ingentis ſtaturæ; & in finibus orarum, aut in vijs publicis collocatum, cuiuſmodi ſtatuas paſsim Hermas vocant; Meminit huiuſmodi idolorum Geographiæ Arabicæ Author verbis ſequentibus:

Geographia Arabica p. 1, clim. 1.

ان هذا الاقليم الاول مبدوه من جهة المغرب من البحر الغربي المسمي بحر الظلمات وهو البحر الذي لايعلم في خلفه وفيه هناك جزيرتان تسميان بالخالدات ومن هذه الجزيرتين بدا بطلميوس باخذ الطول والعرض وهاتان الجزيرتان فيما يذكر في كل واحدة منهما صنم مبني بالحجاره وطول كل صنم منها مايةذراع وفوق كل صنم منها صوره من نحاس يشير بيدها الى خلف وهذه الاصنام فيمايذكر ست احدهـا صنم قادس الذي بغربي الاندلس ولايعلم احدشيئا من المغمور خلفـــــــــــــــ

Hoc eſt ad verbum: *Incipit hoc clima primùm ex parte Occidentali, à mari Occidentali, quod appellatur mare obſcurum ſeu tenebroſum, & illud eſt mare, de quo non ſcitur quid poſt ipſum, & ſunt in eo inſulæ bonitatis* (intellige fortunatas) *& ab his inſulis incipit Ptolomæus longitudinem ciuitatum; memorant autem in hiſcè inſulis idola quædam eſſe ex lapide fabricata, & longitudo vniuſcuuſq; ex ijs centum cubitorum eſt, & ſupra vnumquodque horum figura, ſeu aliud ſimulachrum ex ære, manibus repandis, ſeu retrotortis; Dicunt autem huiuſmodi idola ſex eſſe; vni ex ijs in manu vas quoddam habens oras acuminatas, & nemo ſcit quicquam de habitationibus, quæ ſunt poſt dictas inſulas.* hactenus Arabs.

Statua prodigioſa.

Certè huiuſmodi Ammonis ſtatuas non Lybicam tantùm, ſed & totam Africam, & inſulas Oceani ei circumfuſi peruaſiſſe, hiſtoria Indica abunde teſtatur, in qua non infrequenter huiuſmodi ſimulachrorum mentio fit; quod & Æthiops quidem de ſimilibus à me conſultus affirmat, dùm ſic Æthiopicè ſcribit, verba latinis literis exhibeo, cùm characteres Æthiopici defuerint. Aſma ſalacha amneia chama aſabe lacha vchutat imlachta achzia, baEtiupia taamzu be aſma abahinhe tadamaru maſla achzab vamgobramu tamaharu vagabra imlachta vaſagadu bagolfa. vaamalchatihomu baamſala lahamu, vacharugata, vachalabata, varaaſu bazunon baEtiupia baBarnagaſch baraas anbas, vacharugata ſamahomu, Amun. vaalaba lach aſma Salumun vaZaba, vatafazumu baalimlachta, Amun, varachuſata medor Etiopia bamogbihomu.

Verba Æthiopica.

Hoc eſt: *Quoniam à me petijſti tibi dicere aliquid de Dijs Æthiopum. Noueris quòd Patres noſtri* (ſic enim legitur in noſtris Annalibus) *cum gentilibus & paganis paſsìm commiſcerentur, inceperunt diſcere opera eorum; & fecerunt ſibi Deos priuatos, & adorauerunt eos, ſculpturam manu hominis perfectam. Erant autem idola eorum ad ſimilitudinem animalium, vituli, arietis, canis, aliorumque. Et ego adhuc multa in Æthiopia in Barnagaſch huiuſmodi vidi; erant autem magna ex parte referentia caput Leonis & Arietis; nomen eorum, Amuna; & dicitur a prædeceſſoribus noſtris, quod Salomon & Saba quoque in ijs præuaricati ſunt; & prodierunt ab antiquis Magis Ægypti.* Hüic conſentiunt Pigafettæ, Hondij, Mercatoris, aliorumque omnium propè, qui Æthiopiam

hoc

hoc ſeculo deſcripſêre, relationes, qui & circa partes Cyrenaicas plurima adhuc monumenta antiquorum Deorum videri tradunt; ad quæ veluti ad oracula in neceſſitatibus refugerent, reſponſa accepturi de futuris rerum euentibus Aethiopes. Quæ apprimè concordant cum ijs, quæ hucuſque de Ammonis ſimulachro diximus: Fuit enim illud oraculum vnum è maximis, antiquiſſimis, & famoſiſſimis, quæ vnquam fuerunt; cuius originem tradens Herodotus: *Hæc*, inquit, *Thebis è Sacerdotibus audiui; Antiſtites Dodonæorum aiunt, geminas Thebis Ægyptijs columbas nigras aduolauiſſe, vtramque nigram, vnam quidem in Lybiam, alteram ad ipſos; quæ fago inſidens, humanâ voce elocuta ſit, eo loci Iouis oraculum condi debere, & ſe interpretatos eſſe, quod ipſis annunciaretur id eſſe diuinitus, & ob id ſe ita feciſſe. Eam verò, quæ ad Lybios abijſſet columbam, iuſſiſſe illos, vt Ammonis oraculum, conderent, quod & ipſum Iouis eſt.* Locus verò huius celebris Ammonis à Strabone deſcribitur. *Fuit quoque*, inquit, *vltra Cyrenem in extimo ſinu apud Garamantes, Iouis Ammonis auguſtiſſimum & antiquiſſimum oraculum in vaſtis ſolitudinibus & campis torridis, ſiccitate ſterili ac nudo ſolo; ad quod Sole exurente, æſtu fragrantiſſimo per immenſas arenarum moles, vaſtamq; planitiem calore & ſiti infeſtam, vix iter cuiquam tolerabile fuit; ſiquidem ventus eas ſicut fluctus nunc huc, nunc illuc agitare, & campos veluti maria infeſtare ſolet; nubes enim pulueres vehit & fœdâ tempeſtate vexat; poſt quæ, nemus frequenti ſyluâ, oleaq; & proceris arboribus, fontibuſq; paſsim manantibus amœnum, in medijs arenis, & ſitu arido, haud plùs quadraginta ſtadiorum, oraculi ſepta claudebat, vltrà verò latè deſerta Regio, veſtigio humano inacceſſa; circà verò Ammonij paſsim loca incolunt. Ipſe verò Ammon hircinô capite & pelle amictus, multis cœrimonijs colebatur. Hunc Sacerdotes, cùm reſponſa petunt; auratô nauigio vectare, & patrium carmen cantare, eoq; propitiato, petentibus reſponſa dare ſolebant; quæ non verbis, ſed nutu, ſignifq; ſubobſcuris ab Ammone edebantur. Quod quidem ad tantæ maieſtatis faſtigium, vt illuc poſt Cambyſem, Alexandrum Macedonem per ingentes æſtûs penetraſſe, miraculo fuerit.* Multa mihi hìc dicenda forent de ſacrificijs, & myſterioſis Actionibus, cœrimonijſque, queîs Ammonem illum ſuum Arietinum colebant; ſed quia illa omnia alijs locis reſeruauimus; ad alia tractanda ſtylum conuertamus.

Ammonis idola adhuc in Æthiopia videntur.

Duæ Columbæ conditrices oraculorum.

Strabo l. 17. Celebre Fanum Ammonis in deſerto Lybiæ.

Deſcriptio oraculi Ammonis.

CAPVT VII.

De Canopis, Horo, Harpocrate, Mithra, alijſque Aegyptiorum Numinibus.

CANOPVS.

CAnopus iuxtà Plutarchum, Gubernator ſeu Temonarius fuit Oſiridis nauis, quam Græci Argos vocant. *Imperatorem*, inquit, *nominant Oſirin, & Gubernatorem Canopum, cum quo ſtella idem nomen habeat; & nauim, quæ Argo dicitur Græcis, inter ſidera relatam, in honorem nauis Oſiridis, non procul ab Orione & cane ferri.* Eſt autem Canopus ſtella primæ magnitudinis

Plin. l. 6. c. 22. tudinis, omnium fixarum maxima & fulgidissima, teste Plinio, vbi vocat Canopum astrum ingens & clarum. Europæis autem est incognitum ob

Canopus Europæis inuisum sidus. vicinitatem, quam habet ad polum antarticum. In insula Rhodo in Meridiano constitutum, horizontem radere videtur; verba Plinij sunt: *Nec Canopum cernit Italia. Canopus quartam ferè partem signi vnius, supra terram eminere Alexandriæ intuentibus videtur. Eadem à Rhodo terram quodammodo ipsam stringere.* Alij volunt Canopum fuisse Menelai cuiusdam supremi

Canopus Nauclerus Menelai. Græcorum Archistrategi Nauclerum; hunc cùm ab expugnatione Troiana, vnà cum Helena in patrios Lares remearet; casu in vnum de Nili brachijs ventorũ impetu coniectum incidisse; exscensione verò in paruam quandam ei vicinam insulam, serpentibus, alijsque venenosis bestijs

Canopus morsu serpentis obit. refertam factâ; Canopus nescio, quò casu ab Hemorrhoide virulento serpente morsus, breui post ibidem extinctus est. Menelaus itaque cùm eum summô amore prosequeretur, acerbèque casum viri calamitosum ferret, sepulchro eodem in loco magnificentissimè exstructo, summis eum honoribus affecit. Ciuitatem quoque eius nomine insignitam, iuxtà ostium Nili, quod eius nomine Canopicum posteà appellatum fuit, ædificauit: quam posteà Alexander Magnus ita ampliauit, vt vnam quasi vrbem, cum vicina Pellæa constituere videretur. De quo Virgilius:

Virgilius.

Nam qua Pellei gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.

Strabo l. 17. Strabo quoq; inter alia, peculiarẽ huius facit mentionem, verba eius sunt. *Ab Alexandria terrestri itinere 120. stadijs distat Canopus, sic dicta, à Canopo Menelai ductore ibidem morsu serpentis extincto.* Cornelius Tacitus, Germanici

Cornel. Tacitus in Germ. Cæsaris. Cæsaris euntis in Ægyptum ad antiquitates perlustrandas, recensens iter, hæc dicit inter cœtera: *Nilo subuehebatur orsus ab oppido Canopo; condidêre id Spartani, ob sepultum ibi Rectorem Nauis Canopum; quâ tempestate Menelaus Græciam repetens, diuersus ad mare, terramq; Lybiam delatus.* Hunc itaque Canopum, siue is Osiridis, siue Menelai Nauclerus extiterit, certè maximam superstitiosæ genti fabularum, & commentorum materiam præbuisse, apparet ex attonita illa veneratione, & sedulo stolidoque, quo eum nullo non tempore prosecuti sunt, cultu; qui eò excreuit, vt post Osiridem, Serapidem, & Isidem, Nauclerus Canopus, etiam inter maxima Aegyptiorum Numina fuerit relatus. Colebatur autem potissimùm in ea vr-

Schola Canopica celebris. be, quam in eius honorem extruxerat Menelaus, & à nomine eius Canopus dicebatur; in qua templum quoque magnificum ei dedicatum conspiciebatur. Erat quoque, teste Clemente, hoc in loco Schola totius Ae-

Clemens Alexandr. l. 6. stromat. gypti celeberrima, fons & origo omnis Theologiæ Aegyptiacæ; docebantur hìc literæ sacræ, quas ἱερογλυφικὰς vocant; Sacerdotes initiabantur; mysteria sacra nullo loco accuratiùs tradebantur, ac proindè ab omni ho-

Idola Canopica & eorũ figura. minum genere, maximè à Græcis frequentabatur. Idola verò Canopi, quæ colebant Aegyptij, erant forma nunc Hydriæ, turbinata superficie in basin euntis, nunc pueri reticulatâ veste inuoluti; nunc Hermæ for-

ma,

ma, omnibus tamen in hoc conuenientibus, vt in turbinatam ſuperficiem deſinerent. Originem verò cultus horum idolorum Canopicorũ Suidas, & Ruffinus recitant, ijſdem penè verbis, quæ ſunt: *Ferunt aliquando Chaldæos ignem, quem ipſi Numinis loco adorabant, circumferentes, cum omnium prouinciarum Dijs habuiſſe conflictum; quo ſcilicet, qui viciſſet, hic eſſe Deus ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum Dij æris, & auri, argentiq, aut ligni, vel lapidis, vel ex quacunque materia conſtabant, quæ per ignem procul dubio corrumperetur; ex quo fiebat, vt ignis locis omnibus principatum teneret.* (Quæ omnia pulchrè exhibentur in gemma quadam, vt ſequitur, ex Muſæo Ste-

Suidas verb. Canop. Ruffin. l. 11. Eccl. hiſt.

Chaldæi:

Τὸ πῦρ πάντων τῶν Θεῶν Νικητής.

Ægyptij:

Τὸ ὕδωρ πάντων τῶν Θεῶν Νικητής.

phanonij olim extracta.) *Hæc cùm audiſſet Canopi Sacerdos, callidum quiddam excogitauit. Hydriæ fieri ſolent in Ægypti partibus fictiles vndique crebris & minutis foraminibus patulæ, quibus aqua turbida deſudans defœcatur, ac peruia redditur. Harum ille vnam cerâ foraminibus obturatis, deſuper etiam varijs coloribus pictam & aquis plenam, vt Deum ſtatuit, & amputatũ ex ſimulachro veteri caput, quod Menelai eſſe dicebatur, deſuper poſitum diligenter adaptauit. Adſunt poſt hæc Chaldæi, itur in conflictum, circa Hydriam ignis extinguitur; Sacerdotis fraude, Canopus Chaldæorum Deorum victor oſtenditur; vnde ipſum Canopi ſimulachrum, pedibus perexiguis, ac vix comparentibus; attracto collo, & quaſi ſugillato, ventre tumido in modum hydriæ cum dorſo æqualiter terete formatur.* Cui fidem faciunt antiquiſſimæ Statuæ in Romanis Gazophylacijs adhuc ſuperſtites, quarum figuræ & myſteria fuſè ſuo loco enucleabuntur; Sequens verò Statua conſtans marmore albo ex Cimeliarchio Domini Gerardi Reinſt, Senatoris & Scabini Amſtelædamenſis, ab eruditiſſimo Berthodo Nihuſiomihi tranſmiſſa, ſub alia forma exhibetur.

Origo cultus Canopici.

Pars anterior.

Pars posterior.



Per appositum itaque hoc loco vas, nil aliud intelligetur, nisi vrna Canopica seu Niliaca, quàm mysticam quandam in formam, formæ Numinis Canopici conuenientem, ad mysteria, quibus dictum humidæ substantiæ præsidem signabant, insinuandæ, data opera adaptant, vti tùm ipsa Canopi figura eidem inserta, tùm hieroglyphicorum inscriptio quam tomo III. interpretati sumus, satis, superque docet.

Et tametsi paulò ante recitatam historiam Goropius Becanus tanquam fabulosam, nulloque veritatis fundamento nixam sine vlla causa rideat. Ego tamen quantum ex obseruatione variorum colligere licuit, hanc historiam Canopicis mysterijs maximè congruam inueni, quicquid dicat Goropius, cùm vel ipsa vasorum forma, ac ratio illa colendi, eam quasi tacitè asserere videantur. Cùm enim eô honore Aegyptij, Nili aquas prosecuti sint, qualẽ decere videbatur Deum tanta beneficia præstantem; certè verisimile est, vnumquemque Aegyptiorum in domo sua saltem vasculum aliquod habuisse, quo exceptas sacri Nili aquas veneraretur; eaque vascula fuisse tam vsitata, vt ex hac occasione in sacrorum symbolo-

Nilus vt Deus colitur in vasculis.

rum

rum numerum etiam fuerint relata; nam tria vaſcula Nili ſymbolum fuiſſe ſuprà diximus. Habitis itaque vaſis, nihil faciliùs fuit, quam accedente dolo, & aſtutia Sacerdotum Canopicorum, aqueum illum Deaſtrũ ſuum eâ, quâ citauimus callidâ inuentione ſuper alios Deos extollere, & victorem facere omnium; imò Abenephius Arabs luculenter docet, idola Canopica, quæ in multas mammas protuberantia efformabant, myſticis rationibus ideò ſic diſpoſuiſſe, vt intro receptis aquis per vbera refuſis, eum inſinuarent, qui veluti vberibus quibuſdam omnia nutriret; verba eius Arabicè ſic ſonant: Canopi multimammes.

ولهم الصنم اسمه كنوفيس اوكنوف وكان الصنم بمثل الاذا ويعد ان ممدوا بالما
ويتنزل من الفروع الذين به وكان علامة النسخة الطب——————————ع

Et habent ipſi idolum quoddam Canupis nomine, & eſt in modum vaſis tumidum, & quando aquis plenum fuerit, aqua per vbera, quæ in eo effinxerunt, refunditur, & indicatur eo fluxu, proceſſus naturæ omnia nutrientis. Fuiſſe autem Canopos olim multis vberibus effictos, teſtatur nummus antiquus ex Gazophylacio Franciſci Menedrij, in quo Canopus apparet, mammis turgidus, & reticulato indutus tegumento, cuius imaginem præoculis habeto.

Certè Iſis iſta multimammea, quam in præcedentibus explicauimus, quæq; in pluribus locis Romæ viſitur, nihil aliud referre videtur, niſi Canopum aliquem ſimiliter μαστοδέα, ſeu mammatum; cum ei totius Canopi deſcriptio facillimè accommodari poſſit. Nam vt Canopus in turbinatam ſuperficiem deſinit, vberibus tumet, varijs picturis hieroglyphicis forinſecus exornatur. Ita Iſis habitu ſuo proximè accedit ad Canopica myſteria; In nullo denique differunt, niſi quod hic, Græcorum fuerit figmentum; alter Canopus, inquam, Aegyptiorum; per hanc, magnam illam omnium matrem; per illum, magnum illum omnia nutrientem Oceanum, quem & Nilum dicunt, indigitantes. Eſt enim Canopus idem apud Aegyptios Numen, quod apud Græcos Neptunus, ſeu Tethys. primum aſſerit Abenephius Arabs hiſcè verbis: Canopus mammatus. Canopus quod Neptunus.

وسجدوه مثل الله الذي ملكوه على البحار وعلى النهار وكادوا يسمونه بسم النهر
فيـــــــ

omnis boni ſcaturiginem, tantô honore proſecutos fuiſſe. Vocauerunt autem idola huiuſmodi Canopos ab Oſiridis Temonario, qui cùm alter quaſi Neptunus mari dominaretur, & in humidis inſuper vitam ageret; facilè poſt mortem cum Oſiride, cuius miniſter erat, confuſus, à gente ſuperſtitioſa diuinos honores meruit.

HARPOCRATES.

Duplicis generis Canopi.

SVnt autem duplicis generis Canopi, quorum illi, qui figuram eius, quem ſuprà litera B ſignauimus, referunt, teſte Goropio, in Scholis Ægyptiorum ponebantur, vnà cum Harpocrate; per hunc inſinuantes, ſtudioſos literarum ſilentij obſeruantes eſſe debere; per illum ſymbolicè totum id, quod homo ab infantia vſque ad extremam ſenectutem debeat facere, indicabant; verba Goropij Becani ſunt: *Hìc Canopus haud aliter in ſcholis Ægyptiorum pingebatur, quàm Harpocrates; & vt hic Deus paulatìm ex hominum ignorantia euaſit, ita & Canopus in errorum materiam tractus, varias vulgò præbuit fabulas.* Hinc ego arbitror, Laurentium Pignorium virum cœteroquin omni antiquitatis genere eximiè verſatũ, huius tamen generis Canopos, cum Harpocrate ſeu Oro Iſidis filijs, confundendi occaſionem accepiſſe, non alia de cauſa, quàm ſimilitudine idolorum deceptum. Cœterùm Canopos ab Harpocratis ſtatuis maximè diuerſos eſſe, ex ſequentibus patebit. Pingebantur enim varijs modis Harpocratis ſtatuæ, non ſecùs ac Canopi; ita tamen, vt Harpocrates omnes, à Canopis in eo diſtinguerentur, quod hi craſſioribus ventribus tumidi, in turbinatam dein ſuperficiem deſinerent, vti ex imaginibus eorum ſuprà relatis liquet; illi verò inſtar imberbis pueri, & nudi, aut ſuper lotũ reſidentis, vt hìc; ſemper digito prementis labra, aut etiã infantis faſcijs inuoluti, vti ex appoſitis hìc imaginibus apparet, efformarentur. Verùm Canopicarum imaginum typum, vide III. Tomo, iuxtà omnem diuerſitatem exhibitum.

Gorop. l. 8. hieroglyph.

Fuit autem Harpocrates Deus ſilentij apud Ægyptios in ſumma veneratione: ita vt nunquam ab Oſiride, & Iſide abeſſet; pingebatur duplici ratione; primò imberbis puer, nudus, qui dextræ indice digito os ſignabat, digito ſilentia ſuadens. Siniſtra verò deorſum extenſâ ſuſtinebat Cornucopiæ, ſurſum ad aures pertingens, frugibus refertum, inter quas eminebat Nux pinea; Dei verò caput mitra redimiri videbatur, quæ aliquantum in altum erecta deſinebat in duas quaſi volucres, vti in figura ſequenti videbis.

Altera ratio pingendi non differebat à ratione depingendi Canopos, puer nimirùm, reticulatâ veſte indutus, vel potiùs inuolutus faſcijs quibuſdam cum lituo, gnomone & baculo vpupæ capite inſignito, vt in figu-

ra

ra apparet. Fuit verò Harpocrates filius Oſiridis, & Iſidis, quem Plutarchus ſcribit poſt mortem Oſiridis ex Iſide genitum vnà cum Helitomeno, imbecillemque natum membris inferioribus; alibi tamen idem Author negat puerum fuiſſe imperfectum, neque aliquod leguminum exiſtimandum; ſed Deum iuuenilis adhuc, imperfectæ, atq; inarticulatæ orationis præſidem & moderatorem; ex quo digito ori admoto ipſum effingebant, vtpotè ſilentij & & taciturnitatis ſymbolum; huic quoque menſe Meſori, id eſt, Auguſto, legumina offerentes, ita canere ſolebant Ægyptij.

Plutarch. in lib. de Oſiride & Iſide.

Γλῶσσα τυχὴ, Γλῶσσα δαίμων.

Hoc eſt: *Lingua fortuna, lingua dæmon.*

Natum autem Harpocratem circa Solſtitium hybernum, aſſerit Plutarchus, lentibus & frugum primitijs cultum. Sed & Perſeã arborem ei dedicatam, quod eius arboris frondes, linguæ; fructus autem cordi ſit ſimillimus. Sacra porrò, quæ huic Deo puero in ciuitate Buto fieri ſolebant, ſanè maximè ridicula, S. Epiphanius narrat; nam Sacerdotes illum nutrire ſimulabant inſtar nutricum; in omnibus verò templis, vbi colebatur Iſis, & Serapis, vti ſuprà diximus, ſimulachrum erat digito labris impreſſo, quod multi interpretantur, tacendum eſſe, illos itidem mortales fuiſſe. Figmentum hoc porrò totum Ægyptiacum fuit, quod digito labris impreſſo, ſilentium ſignificaret de Dijs immortalibus habendum, in quos ne licentioſi loquendo ſimus, à Platone etiam monemur legibus. Alias Harpocratis ſigillum in annulis geſtari ſolitum à veteribus ea de cauſa tradit Plinius, vt ſilentium de agendis rebus indicarent. Angeronæ autem effigies obligato, obſignatoque ore fuit apud Romanos; vt ſilentio prætereundum innuerent, in cuius tutela Numinis vrbs Roma eſſet, quodque proprium illi nomen: ob eam nimirùm ſuperſtitionem, ne tutelares Dij ſacris quibuſdam auocarentur deuouerenturque. Hinc Valerium Soranum neci traditum conſtat, quod arcanum hoc propalare auſus eſſet. Eaque de cauſa Plinius de Roma loquens ait: *Cuius nomen alteri dicere, arcanis cœremoniarum nefas habetur*. Vide, quæ de hiſcè alibi vberiùs tractauimus.

Cur tutelaris Romæ nomen propalare nefas fuerit.

Atque ex hoc capite Harpocrates quoque Ægyptiorum in omnibus paſsim templis, adytis, ſacrarijs, alijſque locis ponebatur; ſilentium indicens.

Quiq; premit vocem, digitoq; ſilentia ſuadens.

Ouid. Met.

Silentia, inquam, eorum ſacrorum, quæ tunc peragebantur, varijſque cœremonijs, adiuratione dæmonum quoque adhibita, & prouocatione Geniorum, inſtituebantur. Verùm, inquit Martianus, *inter ſacrificandum quidem puer ſtabat, ad os compreſſo digito ſalutare ſilentium commonebat*. Et in 7. *At tunc oborto terrigenis muſſans tibi puer ille piceus, iuſſus monere ſilentium*.

Martianus Cappella in Philet.

Vbi

Vbi notandum piceum illum puerum sic appellatum à coloratis Ægyptijs:
Ausonius. ab Ausonio vocatur Sigaleon, ἀπὸ τῆ σιγάω, καὶ λεῶς.

At tua Sigaleon Aegyptius oscula figet.

Sed de Harpocrate, eiusque mysterijs, & quid silentium eius, quid symbola cum quibus depingitur, quid statuæ eius, & amuleta significent, alibi fusè dicetur.

HORVS.

HOrus & Harpocrates apud Authores passìm pro ijsdem sumuntur, cùm vterque silentij Deus, ijsdem symbolis insignitus comperiatur. qui error indè exortus esse videtur.

Tradunt Ægyptij Deum, & Harpocratem digito ad labia appresso, coalitoque in lucem editos; sed qui intentionem Ægyptiorum benè perpenderit, facilè videbit, Horum cum Harpocrate confundi nec posse, nec deberi, nec Horum silentij Deum esse; cùm vterque & imagine, & symbolis, & significatione mysticâ maximè differant. Imò ijs, quæ vni congruere nequaquam possunt, distinguantur; illum enim Scriptores vegetum & sanum; hunc debilem & imperfectum membris; illum silentij suasorem, hunc vocis & Musicæ maximum commendatorem asserunt; quæ quantum differant, quis non videt? Addo Horum Apollinem passim ab Ægyptijs vocari, quod pluribus ostendit Plutarchus in Isi & Osiri. Vndè & eò nomine Sol etiam ab ijsdem vocatus, teste Macrobio, & Censorino; à quo & Horæ dictæ diei partus, & annitempora. Videtur tamen Plutarchus Horos duos constituere, primum quidem antiquiorem, ob tenebras cœcum, qui Arueris dictus, natus secundo die, cùm necdum Mundus esset perfectus; sed & Mundi simulachrum erat, & effigies quædam; alterum autem Horum perfectum & absolutum; cuius simulachrū in vrbe Copto tradunt fuisse; quod alterâ manu Typhonis pudenda contineret. Hunc, Diodorus ait, Isidis filium esse, per Titanum insidias interfectum, inter aquas repertum, à matre ad vitam reuocatum, ac tandem immortalitatem consecutum esse. Hunc etiam Apollinem interpretatur, medendique atque diuinandi peritissimum; vndè & manasse videtur Hermionensium ille ὅρι@. Apollo, id est, Terminorum præses, quem, teste Pausania, olim colebant.

Macrob. Censorinus in l. de die nat.

Diod. l. 1. c. 2.

Hori Sacerdotes, scribit Epiphanius, & Harpocratis, capite rasos, idola eorum gestare, circumcursantes, & faciem pulticulis oblitos, ea in ebullientem lebetem demittere; & ferre impudenter seruile, ac detestabile puerile signum, & cœtera, quæ ridet idem D. Scriptor. Sed & alia plura de hoc Horo Apolline produntur, quæ ad occultam rerum interpretationem, & naturæ pertinere credebant; quæ alibi proferemus; hìc enim sufficiet declarasse tantùm, Horum Osiridis & Isidis filium allegoricè consideratum nihil aliud esse, quam omne id, quod ex Sole & Luna generatur

Epiph. l. 4. hær.

generatur in Mundo; quemadmodum in toto hoc opere passim dicetur; quod & imagines eius abundè testantur; quæ semper vel sub forma pueri stantis, vel lactentis, velfascijs veluti inuoluti, indiscretis pedibus efformabantur; quas tanta in veneratione habebant, vt nulla domus, nullum compitum, nullum templum ijs vacuum reperiretur; has collo philacteriorum loco portabant; has loco Penatum habebant, & Larium. Hunc Horum veluti interceſſorem & placatorem apud Osiridem, Isidemque frequentibus votis, & sacrificijs interpellabant; hoc genios Mundi trahi arbitrabantur. Cùm itaque imagines, seu idola Hori tantam obtinerent virtutem, mirùm non est, Sacerdotes ea tàm stolidis & ridiculis ritibus, quales erant, ea Nutricum ad instar applicare pectori, & simulatâ lactatione reficere, alijsque, quæ passim apud Authores leguntur, cœremonijs ea sibi deuouere. Idola autem iuxtà eam diuersitatem, quâ hìc videntur, ab Ægyptijs apparabantur,

IMAGINES HORI.

Itaque Hori imagines omnes nescio quid puerile sapiunt; infantes sunt fascijs inuolutæ, & indiscretis pedibus, quo statu Deorum simulachra apud Ægyptios fingi, testatur Heliodorus; huiusmodi sunt Icunculæ fictiles A. B. E. quas passim in thorace conditorum funerum, ex Ægypto ad nos aduectorum Aromatarij reperiunt: vt suspicari liceat, Herodotum, de funeribus Ægyptiorum loquentem, religione aliquâ impeditum, Ori nomen consultò reticuisse. Huius farinæ quoque fuisse Theraphim idola Labani (quæ Rachelem patri furatam esse sacræ paginæ docent) è Rabbinorum traditionibus alio loco ostendetur. Inuasit & huiusmodi idololatria quoque Basilidianorum, seu Gnosticorum impiam Scholam: in qua piceo illo Sigaleone nihil penè erat sanctiùs; huius idola varijs symbolis & arithmanticis notis insigniebant; his adolebant, ab his responsa petebant; & sexcentas huiusmodi superstitiones exercebant, quæ quia ab Epiphanio

Heliod. l. 3. Æthiop.

R. Elias Thisbites. R. Eliezer.

Idola Basilidianorum seu Gnosticorum

reci-

recitantur, nolo illis repetendis hìc esse longior: hoc vnicum addam, tantam fuisse horum idolorum similitudinem, vt vix à Canopi, aut Harpocratis imaginibus distinguerentur; quæ & causam dedit, vt Canopos, Harpocrates, Horos etsi diuersissimos, promiscuè tamen passìm Authores sumerent pro ijsdem; quæ ideò hìc repetere placuit, vt si quandoque apud Authores ea confusa reperias, id idolorum similitudini ascribas.

MYTHRAS.

Mythras idē quod Misraim

MYthras seu Mytrius Persis idem est, quod Ægyptijs Osiris, seu Sol primus eorum Deus, vt ait Hesychius; quod nomen non malè à Mythraim, qui primus fuit Ægyptiorum & Persarum Rex, & incantationibus diuinos honores consecutus, Zoroaster dictus est; vti suprà deducitur; quamuis alij à vocabulo μυδάω, quod candefactum lapidem significat, id nomen deducant; quæ significatio tamen non multum discrepat à significationibus nominis Osiridis & Zoroastri: (quorum illud ignem vbique ardentem, hoc stellam viuentem, quæ omnia Soli optimè congruunt, significat.) Ex quo patet, Mithram, Osiridem, Mythraim, Zoroastrem eundem esse; nam Mythras, vt Osthanes, & ab eo Lactantius

Figura Mythræ.

Grammaticus, in antro colebatur, cuius simulachrū fingebatur Leonis vultu, habitu Persico cum tiara, qui ambabus manibus, reluctantis bouis cornua retentabat; quô significabatur, Lunam ab eo lumen recipere, cùm incipit ab eius radijs segregari; ipsa enim indignata sequi fratrem, occurrit illi, & lumen subtexit, obscuratque; ideòque in antro esse dicitur,

Mythras Sol Leonis vultu, quid?

quia ecclipsin patitur Sol, id est Mythras; ideò Leonis vultu, quia Sol Leonem signum principale habet; vel quod, vt Leo inter animalia, ita Sol inter sidera excellit; Luna verò, quod Tauro propiùs adhæreat, vaccâ, siue, boue figurabatur; quæ omnia quam simillima sunt Ægyptiorum mysterijs de Osiride, & Iside, imò eadem omninò Statius ostendit cùm canit in primo Thebaidos:

Stat. 1. Theb.

- - - - - - seu te roseum Titana vocarî
Gentis Achemeniæ ritu, seu præstat Osirim,
Frugiferum, seu Persæi sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mythram.

Et Claudianus quoque, cùm ita canit:

Claudianus.

- - - - - - defixæq; hospite pulchro
Persides, arcanum suspirauere calorem,
Thuris odoratæ cumulis, & messe Sabæa,
Pacem conciliant aræ penetralibus ignem,
Sacratum rapuere adytis rituq; iuuencos,
Chaldæo statuere magi: Rex ipse micantem,

Incli-

Inclinat dextrâ pateram, ſecretaq; pellis,
Et vaga teſtatur voluentem ſydera Mythram.

Huc alludit quoque ſimulachrum in Villa Ludouiſia, & Burgheſia, nec non ad orientalem Palatij S. Marci plagam muro inſertum, cœteriſque paſsim locis obuium, vbi Mythras Tauri inſidens proſtrati dorſo, pectus pugione transfodit. Sol enim Aprili menſe, in ſigno Tauri conſtitutus terram tumentem aperit, eiuſque genitalia ſemina, caloris ſui augmento producit in propatulum; in oppoſito verò ſigno Scorpionis eadem, viribus amiſſis, in terræ penetralia denuò frigus recondit; quod Scorpius Tauri teſticulos complexus demonſtrat; animalia verò Serpens & Canis ſanguinis guttas ex Tauri vulnere lambentes, nutrimentum terrigenis animantibus conceſſum indicant, vide figuram hìc appoſitam.

A Signum Tauri in Aprili, ſeu Terra.
K Mythras, Sol.
M Vis Solis penetratiua eliciens genitalem humorem.
N } Terreſtrium ani-
O } malium nutrimentum.
Q Vis confortatiua Solis.
R Vis genitalis abſcondita.
S Sole in Scorpione conſtituto, vis genitalis frigore comprimitur.
T Sole in Scorpione exiſtente, calor minuitur, vnde corruptio.
X Sole in Tauro, igneus
Y calor inualeſcit ad
Z generationem vegetabilium.

Mythræ quoque huius Strabo meminit, & Suidas, item Martianus ad Solem. *Memphis*, inquit, *veneratur Oſirim, diſſona ſacra Mythram*. In Perſidis montibus Zoroaſter primus antrum floridum Mythræ dicaſſe fertur propè fontes: ex quo poſteà manſit religio, vt vbicunq; is coleretur, antrum, vel ſpecus ſimiliter eius, templi loco ſtatueretur.

Strabo.

Zoroaſter primus Mythræ templũ dicat.

Scribit D. Hieronymus ad Athletam. *Ante paucos annos propinquus veſter Gracchus nobilitatem patritiam ſonans nomine, cùm præfecturam gereret vrbanam, nonne ſpecum Mythræ, & omnia portentoſa ſimulachra ſubuertit?* Por-

Porphyr. phyrius quoque in Commentario antri Nympharum ex 13. Odyſſ. *Primum*, inquit, *Zoroaſter apud Perſas, vt narrat, qui Mythræ hiſtoriam multis voluminibus ſcripſiſſe traditur Eubulus, naturalem ſpeluncam in proximis Perſidis montibus conſecrauit in honorem rerum omnium Authoris parentiſq; Mythræ, vt per ſpeluncam quidem Mundum ſignificaret fabricatum à Mythra; per alia verò quædam intus congruis interuallis diſpoſita, elementa & plagas Mundi deliniaret.* Et paulò poſt ſubiungit: *Mythræ verò congruum aſſignare locum ad æquinoctia; quapropter gladium fert arietis, quod Martium animal eſt, inuehiturq; Tauro Venereo, quod ſcilicet, vt Taurus, ſic & Mythras generationis dominus ſit.* Eubulus deſcripſit hiſtoriam Mythræ

Hæc ibi Porphyrius philoſophus. Scribit Origines Adamantius libro ſexto contra Celſum de Mythriacis ſacris; ipſius Celſi verba afferens in hunc modum: *Hæc quidem Perſarum diſciplina oſtendit & Mythræ ſacra, quæ apud hos ſunt; & in his duplex circumactio ſtellarum prætenditur, fixarum, errantiumque, & per has animæ tranſitus; cuius in rei argumentum ſcala erigitur altior, in ea ſeptenæ ſunt portæ ex plumbo prima, ſecunda ex ſtanno; tertia ex ære; è ferro quarta; quinta è numiſmatis corio; ex argento ſexta; ex auro demùm ſeptima conſtat. Primam Saturni eſſe ſtatuunt; plumbo, aſtri tarditatem ſignificante; Veneris ſecundam, cui & ſtanni cùm ſplendorem, tum molliciem comparant. Tertiam Iouis, vt æreis gradibus ſolidiſſimam. Mercurij quartam, operum enim omnium & negotiorum tolerantiſſimum, lucraque facilitantem callidum ſemper & eloquentem Mercurium dicunt. Martis quintam, ob inæqualem admiſtionem & variam. Sextam Lunæ, argenteam. Solis ſeptimam, quæ aurea ſit perindè atque aſtrorum hæc imitetur colorem & cœli.* Origines l. 6. contra Celſum

In ſacris Mythræ circumactio ſtellarũ.

Scala ſeptem portarum. Singulæ portę ſingulis planetis comparantur.

Hæc è Celſo Origines. Porrò à Mythra Mythriaca ſacra dicuntur apud Lampridium in vita Commodi; quæ qualia eſſent, cùm explicare Crinitus ſatagat; mihi cauſa fuit, vt hiſtoriam altiùs multò repeterem: Suidas: *Mythram*, inquit, *exiſtimant Perſæ eſſe Solem, cui & multas conſecrant hoſtias; neque quiſquam eius ſacris initiari poteſt, niſi per quoſdam gradus conuitij, quibus oſtendat ſe & ſanctum eſſe, nec perturbationibus affici.* Suidas.

Quorum & Tertullianus meminit, & D. Gregorius Nazianzenus in priore in Iulianum Cæſarem oratione; quo in loco, qui Græcè eius collegit hiſtorias: *Mythras*, inquit, *id eſt, Sol, cui celebritates fiunt, & imprimis à Chaldæis, cui Deo, qui volunt initiari, duodecim contumelijs afficiuntur.* Et per verbera, calorem, frigus, & alia huiuſmodi; vndè à Theologo, inquit, hæc contumelia vocatur ἔνδειξις κόλασις: quod ſcilicet iuſte eâ pœnâ afficiuntur, verba hæc ſunt: *Neque Mythræ apud nos cruciatus, & iuſta ſupplicia his, qui talibus ſacris initiantur, perſuadentur.* Mythræ meminit, & Procopius. Hæc igitur ipſe ſacra Mythriaca eſſe puto, quæ homicidio Commodus Cæſar, vt eſt apud Lampridium, polluit. Scribit Duris in 7. hiſt. apud Athenæum. Perſarum Regibus vno tantùm die permitti, vt ebrij ſiunt; quo Mythræ Deo ſacra fierent. Eſt & apud Dionem in hiſtor. Tiridatem Regem Neroni dixiſſe, ſe perindè ac Mythram eum adoraturum. Xenophon in œconomico, ita Cyrum iurantem inducit. *Iuro*, inquit, *tibi, ò Lyſander per Mythram, quem nos omnium Deorum maximum habemus.* Diuus etiam Epiphanius contra Marcionem agens: *Dixit*, inquit, *quidam proprius ipſorum Poëta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ,*

Greg. Nazian. l. de corona. 12. Contumeliæ perferendæ, vt quiſquam ſacris eius initietur.

Duris in polyhiſt. apud Athenæum.

Dion.

Xenophon.

Epiphan. lib. contra hæreſ. 3. cont. Marc.

stiæ, ventres pigri: per quæ verba Epimenidem indicat, veterem philosophum, & templi Mythræ, siue Solis apud Cretenses Sacerdotem. Hæc quidem Epiphanius; quibus ex verbis colligimus, non apud Persas solùm & Chaldæos; sed & alibi etiam Mythram cultum fuisse; quin & Mythræ quoque templum fuisse Alexandriæ, & sacra summô cultu exhibita; sed de Mythra hæc sufficiant, qui plura de eo desiderat, consulat Obeliscum Pamphilium, vbi multa & rara, forsan haud ita passim cognita de eo inueniet.

CAPVT VIII.

De Typhone.

CVm de Osiride, Iside, alijsque Dijs Ægyptiorum hucusque dictum sit, nonnullaque non nisi incidenter de Typhone attigerimus, seorsim de eodem hoc loco tractandum duxi. Diodorus è Titanibus Typhonem ortum esse asserit. Plutarchus eum non aliorum more, sed è latere matris, vulnere adacto prosilijsse; fratremque fuisse Osiridis, & Isidis, in libro de Osiri & Isi fusè tradit. Alij eum cum Nimbrodo, ob vitæ, morumque peruersissimorum similitudinem, confundunt. Quidam Typhonem Regem Ægypti fuisse putant, hominem inhumanum, ob cuius crudelitatem vniuersa penè Ægyptus deuastata, & euersa fuerit; vocatum autem Typhonem à Draconis crudelissima natura; vel quia more Draconis Ægyptum popularetur; aut etiam, quia è sanguine Draconis & Serpentis genitus putaretur; alij Draconem insignem fuisse Typhonem commemorant, sic dictum, ob singularem veneni efficaciam, quâ omnia combureret, faceretque vt contacta arescerent. Non desunt, qui dicant Typhonem terra percussa à Iunone procreatum, metuque Iouis in Ægyptum profugisse, vbi cùm æstum ferre non posset, in lacum mersum interijsse; quam fabulam multi ad res naturæ totam detorserunt. Nam, vt Strabo tradit, vniuersum tractum à Cumis in Siciliam vsque & Ætnam, & insulas Liparas & Puteolanum, Neapolitanum, Baianumque agrum, Pithecusasque insulas, quasdam profundas, & in vnum coeuntes sub se habere cauernas, quæ in Græciam quoque porrigerentur, in quibus multa vis inesset sulphurea. Idcircò cum ventis spirantibus subterraneis, terræ motus fierent frequentes in ijs locis, & flammarum, feruentiumque aquarum profluuia, igniſque exhalationes, & cineres cum fauillis atrocius emitterentur, fabulati sunt antiqui serpentem illum, siue Ægypti tyrannum perpetuo supplicio damnatum, sub ijs locis iacere, qui quoties moueretur, ignem ac cineres eructaret; & ex commotione humerorum, Epomæum natum; sunt, qui vim ventorum non subterraneorum quidem; sed è sublimi loco spirantium esse Typhonem crediderint, qui & orientis & occidentis plagam manibus pertingeret, capite sideribus ipsis illato. Sed audiamus Hesyodum.

Diod. l. 1. c 2.

Plutar. l. de Osiride & Iside

Fabulosa natiuitas Typhonis.

Typhonis ortus.

Typhon à Dracone appellatus.

Strabo. Ager Puteolanus, Liparitanus, & Æthnæus canales subterraneos habet, cum Græcia correspondentes.

Typhon ventus quomodo dictus.

Verùm vbi Titanas cœlo turbasset ab alto,
Iuppiter hinc genuit mox alma Typhœia tellus,

Poſtremum ex Erebo Veneris dulcedine captâ;
Huic palmæ ad quæuis miranda negotia duro
Robore erant, promptiq; pedes, centum capita olli;
Figura Typhonis. *Ex humeris ſæui ſurgebant torua Draconis*
Ora, ſub hinc linguis lambentia cœca triſulcis
Igne coruſcabant, ciliis ſub lumine tetris;
Omne caput demùm flammam ſpirabat, & ignem.
Omnibus his inerant voces, variumq; ſonabant.
Horrendumq; dabant gemitum, ſæpè ora tonabant,
Numinibus magnis, vt ſint concurrere viſa:
Interdum ingenti Tauri mugire boatu,
Interdum gemitum ſæui dare viſa Leonis.
Interdumque canum latrantûm emittere voces.
Rurſus & horrendum ſonitum à radicibus imis,
Mittebant montes vmbroſi luce, ſed illa,
Denique viſa potens nimium foret iſta propago,
Atque viros, ſuperoſq; Deos viciſſet ab alto,
Ni pater omnipotens hominum ſator atque Deorum
Æthere det tonitru, atque frequentia fulmina mittat.

In quibus nihil aliud deſcribitur, niſi, vt ante diximus, ventorum diuerſæ qualitates, & vis quædam violenta, elementorum turbatrix, vti paulò poſt videbimus; imò idem indigitare videtur Apollodorus, cum Typhonis naturam eiſdem penè ſymbolis deſcribat, queîs Heſiodus. *Poſt debellatos enim*, ait, *à ſuperis Gygantes, terram longè atrociùs indignatam, Tartaro immiſtam, Typhonem duplici naturâ, humanâ ſimul atque beſtiali conſtantem in Sicilia peperiſſe; ſiquidem Typhon corporis vaſtitate & robore cæteros omnes, quos terra genuerat, antecellebat; erat ei crurium tenus, immenſa humanæ formæ magnitudo, adeò vt omnium montium cacuminibus altior eſſe videretur; cuius etiam caput ſæpènumero aſtra pertingebat. Sed & eiuſdem manuum altera ad Heſperum vſque, & altera ad Orientem pertinebat. Ex his centum Draconum capita eminebant; in cruribus maximas viperarum ſpiras ille continebat; quarum volumina ad verticem ipſum vſque protendebantur, eæq; viperæ ingentem ſibilum excitabant. Typhonis corpus totum erat pennis circumdatum; ſquallentes autem è capite crines, ex mento barbâ impexâ, prolixâq; ventilabant; igne oculi emicabant. Talis itaque tantuſque Typhon candentes in cœlum lapides iaculatus, cum ſibilo ſimul atque boatu ferebatur; magna etiam ex ipſius ore ignis procella deferuebat; hunc vbi Dij in cœlum proſpiciunt irrumpentem, acti in fugam in Ægyptum properabant, & vbi illum inſequentem vident, in varias animantium formas ſeſe quiſque tranſmutabat.*

Apollodorus l. 1.

Hæc Apollodorus.

Ima-

IMAGO TYPHONIS
IVXTA APOLLODORVM.

Interpretatio Ethica, iuxtà Syneſium.

Imago hominis Typhonij.

A Confuſio mentis ſeu intellectus.
B Æſtus concupiſcentiæ.
C Libido & lingua virulenta.
D Opera mala.
E Leuitas mentis, & iactabunda oſtentatio.
G Hypocriſis.
H Inuidiæ rabies per ſerpentes.
I Ira & furor animi.
K Inconſtantia & lubricitas mentis.

Interpretatio Phyſica iuxtà Plutarchum.

A Confuſio elementorum in ſuprema regione aëris.
B Ignearum exhalationum noxia vis.
C Ardor Martius omnia adurens.
D Vis noxia omnes Mundi partes peruadens.
E Celeritas ventorum Typhonicorum.
G Perturbatio aëris per noxias ventorum qualitates.
H Corruptio aëris ex pernitioſis ventorum flatibus.
I Fulminis, tonitruum, & fulguris eius.
K Montibus, & mari maximè dominantur venti.

Terribilis poſtquam Iunonis creuit Alumnus
Anguineis pedibus, ſublimi vertice cœlum
Tangebat, corpus plumæ angueſque tegebant
Innumeri, plagas orientis dextera Soli
Cûm ſtaret, plagas tangebat læua cadentis,
His centum capita expirantia naribus ignem,
Auſa Iouem contra, cœlumque inſurgere contra.

Tri-

Tribuit itaque fabulosa antiquitas Typhoni staturam sidera tangentem; quia venti latissimè vagantur; plura capita illi concesserunt, ob varias ventorum vires; barba ipsi impexa, & crines squalidi; quia ventorum vi aër conturbatur, & malignis impressionibus impletur; erat flammiuomus; quia ventorum vi, aër spissior sæpè in flammas exardescit, vndè igneos enses, spicula ignea, & fulmina aër vomere videtur. Corpus erat pennis obtectum, ob ventorum celeritatem; circa crura frequentes viperarum spiræ, propter noxiam vim ventorum, aëris telluriſque corruptricem; oculi ignei, flammæsque ex ore spirabat; ob materiam ventorum, quæ fit è siccis calidisque exhalationibus. Fingitur in montem Caucasum confugisse, quia in præcelsis montibus venti plerumque dominantur.

Natalis Comes l. 1. mythолog. Interpretatio physica Typhonis.

Plutarchus quoque Typhonem nil aliud esse dicit, quam vim illam ventorum, quâ Nili aqua exsiccatur, & sterilitas terræ inducitur. Alij Typhonem, pestiferam aëris malè affecti, ob nimium calorem, naturam putarunt; quippè cùm vis calida æstatis plurimùm obsit humanis corporibus, eaque imbecilliora faciat, ad reliquas temporum mutationes perferendas. Mox cum, recedente Sole per signiferum, aliquantulum cessat æstus; magna imbrium atque tonitruorum copia fit; dùmque per calorem imbres coire non possunt, tùm fulmina frequentia cadunt; quare Iuppiter fulminibus Typhonem primò in Ægyptum fugauit, & in loca calidiora ad meridiem, deindè sub Æthnam trusit. Dicitur autem, Typhonem, Dijs fugientibus, & in varias sese formas transformantibus, Iouem ad Caucasum vsque Syriæ montem insecutum fulmine sauciasse; queis nil aliud insinuatur, nisi quod regiones cœli seu aëris, quæ sunt veluti Dij quidam (& Numinum, vti Comes ait, habitacula) Typhoniorum ventorum vi varias susciplentes impressiones, variasque in formas, figurasque condensatæ; à Ioue seu Sole, virtute radiorum, aëre multiformi dissipato, emundentur, atque Typhone interfecto in pristinam serenitatis faciem reducantur.

Plutarchus. Typhon omne noxium.

Interpretatio Typhonis physica.

Quidam totam hanc fabulam ad mores trahere videntur; vti integris duobus libris, quos prouidentiam intitulat, facit Synesius; inter cætera verò sic ait: *Sed neque generi natura similis erat Typhon, neque omninò alicui homini, & in summa, neque ipse erat sibiipsi similis, sed varium quoddam malum; nunc quidem videbatur esse segnis, & telluris inutile pondus, in tantum à somno recedens, quantum ventri inseruiret, & alia ingereret dormienti instrumenta, nunc verò etiam moderata negligens ex his, quæ necessaria sunt naturæ, ob quæ exultabat inconcinnè, & negotia exhibebat tùm æqualibus, tùm maioribus natu. Admirabatur enim robur corporis, vt perfectissimum bonum, & ipso malè vtebatur, & fores effringens, & glebis impetens, & si alicui vulnus esset, aut aliud malum perpetrasset, gaudens veluti ob testimonium virtutis.* Atque sub hisce & similibus, quæ passim per duos libros fusè prosequitur, Synesius nil aliud, quàm hominem vitiosum, inconstantem, stultum, temerarium, bonorum contemptorem, malorum studiosum describit, vt legenti ea patebit; quod & ij faciunt, qui Typhonem dicunt hominem fuisse ferocem, ac strenuum, qui Iouem de regno, collectâ magnâ exulum, & inuidorum manu, conatus

Synesius de prouidentia Typhonis interpretatio Ethica.

sit

sit deijcere, quare ob potentiam illi tantam corpus tribuunt, quod inflammauit nonnullos aduersus Iouem persuadendo. Dicunt ignem ex ore proflare solitum, & neruos Ioui concidisse. Hos illi furatus est Mercurius ac Ioui reddidit, quoniam Iouis oratione posteà reconciliati sunt animi illorum, qui à Ioue desciuerant. Etsi multi hanc quoque ad animos ab ambitione reuocandos, fabulam effinxere, qui cùm significare velint, illam pessimam omnium propè vitiorum esse; filiam Erebi, & ignem ex ore efflare dixerunt. Hæc aduersus Iouem insurgit, quoniam nulla est religionis, nulla humanitatis, nulla iustitiæ cura, vbi pullulat ambitiosus furor; quæ cùm multa habeat capita; multos modos, multas sollicitudines, multas molestias eius significarunt. Hunc Typhonem, siue hanc ambitionem huc illuc fugientem Iuppiter tandem opprimit, ac labefactat: quia etsi cupiditas aliquandiu rationi, sapientiæque resistat, tamen ab illa denique vincitur. Sed vt paucis multa comprehendamus, quicquid vel in morum disciplina vitiosum, corruptum, violentum, stultum, temerarium, & præsumptuosum; aut in naturæ consideratione noxium, violentum, pertinax, sæuum, adustiuum, & corrosiuum, omne quod rerum interitum minatur, Typhonis nomine antiqui appellarunt. Vndè & vim quandam dæmoniacam eum dicebant. Fuit huiusmodi Typhon Nimbrod, Esau, Achab, alijque, de quibus sacræ literæ; ambitionis mancipia, & totius iniquitatis officinæ; sunt & huiusmodi Typhones in sublunari mundo, noxiæ impressiones, violentæ ignium eruptiones, venti impetuosi, nimia siccitas, similiaque sexcenta elementorum portenta. Multa hìc mihi dicenda essent de ortu Typhonis, de conspiratione in Osiridem fratrem facta, in diuisione corporis Osiridis à Typhone peracta; de interitu Typhonis; item, quâ ratione hæc naturæ rerum applicuerint Ægyptij; sed quoniam tùm in sequentibus, tùm alijs in locis de hisce tractabimus, âd ea consulenda Lectorem amandamus.

Moralis interpretatio.

Ambitionis malum.

Typhoniæ proprietates.

CAPVT IX.

De cœremonijs, & ritibus Aegyptiorum, quos tùm in sacrificijs, tùm alijs in solennitatibus obseruabant.

OSiris à Typhone fratre impio, & totius, vt cum Synesio loquar, improbitatis officina, interfectus, detestandorum sacrificiorum Ægyptijs vsitatorum exordium præbuisse videtur; quam historiam, cùm in præcedenti capite omiserimus, hìc è Diodoro depromptam adducere visum est. Osiris itaque Rex Ægypti, cùm sapientissimè Ægyptum administrasset in multos annos, eam sibi apud omnes comparauit existimationem, vt etiamdum viuus inter Deos, & Numina recenseretur. Typhon verò rabie, ac inuidiæ æstro percitus in fratrẽ Osiridem, & odio aduersus Ægyptios irreconciliabili arderet; quod hi quidem, & maximè populus admiraretur Osirim, & in sermonibus, & cantilenis, & domi, & in communibus sacris, bona omnia ipsi vbique omnes peterent; hoc, inquam,

furore

Dissidium Osiridis & Typhonis.

furore agitatus Typhon, assertis sibi in societatem Titanibus, sceleris futuris complicibus; nihil non machinabatur, quo de medio fratrem tolleret; eo tandem fraudulenter, & dolosè interempto regnoque adepto; Typhon Osiridis corpus in 26. vel vt alij dicunt, in 14. partes dissectum, inter eos, qui sceleris participes, ac facinoris commissi conscij fuerant, singulis vna corporis parte relictâ distribuit. Verùm Isis vxor, & prudentissima, & mariti cumprimis amans, scelere cognito, ope filij sui Ori & Anubidis, mortem viri sui vlta, Typhone, sceleriſque assecliſ interfectis, regnum recepit. Isis hiscè peractis de mariti corpore sollicita, cum omnibus Osiridis partibus consultò per Typhonem dispersis, nil præter pudenda reperisset, cupiens incertum esse viri sepulchrum, ab Ægyptijs autem & singulis hominibus honori haberi, ex aromatibus, & cera singulas eas partes in formam hominis viro similem composuit. Conuocatis deindè Ægypti Sacerdotibus, singulis dedit Osiridis imaginem, asserens eis solis corpus illius creditum, atque adiurans, vt nunquam apud se esse sepulchrum Osiridis vlli panderent, illam in abditis, vt Deum colerent, eique animal, quod mallent, dicarent; quod & veluti Osiridem viuum colerent, & post obitum consimili cœremonia, ritibusque obseruarent; imò vt eos maiori beneuolentiâ sibi obstrictos promptioresque redderet; singulis certos redditûs ad cultum intentum promptiùs exequendum assignauit: Sacerdotes Isidis allecti beneficio præstito, nil non ad honorem Osiridis, cultumque promouendum moliti sunt; nam & subitò animum ad nouas idolorum fabricandorum, colendorumque rationes adiecerunt. Vndè & mox celebria illa Phallophoria, Pammelia, Dionysia, alijque portentosi sacrorum ritus & cœrimoniæ, de quibus mox dicemus, vti ex equo quodam Troiano, stolidissimaque sacrificia, ac innumeris plena impietatibus prodierunt; quæ posteà non per Ægyptum tantùm, sed per vniuersum Mundum opera dæmonum disseminata viguerunt. Ritus verò huiusmodi ab Authoribus commemorantur. Sacerdotes statutis anni diebus in occultis templi recessibus corpus Osiridis, & idolum fingebant habere sepultum, sed ignoto loco hominibus, quem & eo ipso die cum summa mœstitiæ significatione, enormibusque lamentationibus plangebant; insignum verò luctûs summi, capita radebant, percutientes pectora, carnem crebro repetitis ictibus transuerberabant, veterumque plagarum cicatrices (ò cœca mortalium pectora!) summo doloris sensu renouantes, incidebant; idque in memoriam Osiridis adeò pœnitendâ morte sublati. Transactis autem post certum aliquod dierum interuallum, planctibus & lamentationibus, veluti diuinitus reperto Osiridis corpore, de luctu ad dissolutiones extremas, de planctu ad cantus, hymnosque ac gaudia tripudiaq; de repentè transiliebant; atque hic fuit ritus Ægyptiorum in inuentione corporis Osiridis obseruatus. In Isiacis verò sacris Sacerdotes die eius sacris peragendis instituto, ciuitatis plateas oberrantes vagabantur. Summis gemitibus ac eiulationibus, mortem Osiridis in memoriam reuocantes plangebant; vestiti longâ, eaque lineâ togâ, portabant supra caput statuam Anubis κυνοκεφάλου· iterum dextra ramum de absynthio

Osiris dissectus à Typhone.

Isidis cura & prouidentia.

Isidis callidi-tas.

Origo sacrificiorum impiorum.

Ritus in inquisitione corporis Osiridis.

Crudelitas Sacerdotum in seipsos.

Sacra Isiaca.

thio marino vel pinu ; in finiſtra ſiſtrum inſtrumentum ſonorum & perſtreperum, quo Ægyptij maximè diebus feſtis vtebantur, vel ad populum in planctu continendum, vel ad Genios malignos auertendos ; figuram porrò huius inſtrumenti, alibi depictam contemplare; quod tibi ex antiquitatum Gazophylacio Clariſſimi viri Domini Auguſtini Gualdi deprompſimus .

Porrò de hoc ſiſtro mentionem fecêre Virgilius : *Virgilius.*

. . . . *patrio vocat agmina ſiſtro .* Siſtrum Ægyptium.

Et Ouidius eleg. 8. in amor. *Ouidius.*

. . . . *quid nunc Ægyptia proſunt*
Siſtra ?

Et Martialis lib. 12. epig. 28. *Martialis.*

Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataque turba .

Sacerdotes autem ſupradicti ſacrorum peragendorum die, vario habitu induti, vagabundique variam ſcenam peragebant ; aliqui venatorum habitu Syluanos ; alij fœmineo mundo ornati Muſas; alij denique faſcibus, ſecuribuſque inſtructi geſtuoſo greſſu Magiſtratum referebant, ſtatuam Iſidis circumportantes. Hos ingens vtriuſque ſexus hominum ſequebatur multitudo, corymbis, cornucopijs, ſpeculis, pectinibus, lucernis, lampadibus, ſimilibuſque rebus ad ſolennitatem diei peragendam, inſtructa. Huius pompæ ſolennitatem, non ita pridem inuenimus in columna rotunda inciſam, quæ ſpectatur in hortis Mediceis montis Pinciani, è regione obeliſci ibidem erecti, vbi in prima figura inſtrumentũ Muſicũ portatur in formam Pſalterij; ſequitur alius in manu portans ſtatuam Hori ; Et alius hunc conſequens ſtatuam Harpocratis & Ibidis. Succedit alius Apidis figuram, fœcundum Ægyptiorum Numen ſuſtentaculo fixum portans . Denique alius ſiſtro & ſeriphio inſtructus. Vltimus tandem orbem manibus torquens, myſterioſo geſtu tandem claudit agmen. Quæ omnia apud Apuleium, ſcitè & eleganter, in ſua metamorphoſi deſcribuntur. Vide quoque, quæ de myſterioſa hac Iſidis pompa in Obeliſco Pamphilio tradidimus fol. 433. Figuras verò in ſequenti facie contemplare. *Apuleius l. 11 Metam.*

Porro deteſtanda hæc Ægyptiorum ſuperſtitio non fuit patrijs contenta finibus, ſed ſerpendo paulatim, primò quidem Græciam, tempore verò Syllæ Dictatoris, Romam quoque infecit, ita vt pigeat, pudeatque referre, Romanos rerum Dominos, quibus fœdera, leges & ſacra exteris nationibus dare imperium fuit, tam in hoc turpiter aberraſſe, tantoque in errore, & in tetra caligine verſatam fuiſſe victricem illam gentium, & totius dominatricem Orbis, vt ſtolida hæc & abominanda Iſiacorum ſacra ſuſcipere non erubuerit. Valerius Maximus ſcribit, Senatus decreto ſæpè conſtitutum, vt Iſiacorum delubra deuaſtarentur ; artifices verò ob religionem, ac conſuetæ reuerentiæ reſpectum manus non fuiſſe auſos admouere; niſi Paulus Æmilius Conſul exemplo præiens, ſecuri primus templi portas Iſiaci aperuiſſet, & initium ruinæ feciſſet . Quamuis Tiberius quoque Imperator ob abominandam Sacerdotum auaritiam, & ſummam Sacra Iſiaca à Romanis proſcribuntur

Tiberius templa Isiaca destruit.

luxuriæ infamiam, templa huiusmodi deuastari curârit, secuti sunt tamen hos, qui sacris Isiacis non modo fauerent; sed & ipsi sua præsentia, vt Sue-

Pompa Isiaca iuxtà Apuleij descriptionem, ex hortis Mediceis.

PARS PRIOR.

PARS POSTERIOR.

tonius

tonius de Domitiano refert, ea honeſtantes, ab inferis reuocata ſtabilirent, id quod Lucanus exprobrare videtur Romanis, cùm dicit:

Nos in templa tuam Romana accepimus Iſim, Lucanus.
Semicaneſque Deos, & ſiſtra mouentia luctum.

Et Tertullianus maximè Romanis videtur obijcere, ſummam illam leuitatem, ac inconſtantiam, in Dijs recipiendis & mutandis, cùm dicit: Tertullianus. *Etiam circa ipſos Deos veſtros, quæ decreuerant patres veſtri, ijdem vos obſequentiſſimi reſcidiſtis: Liberum patrem cum myſterijs ſuis, quæ Conſules, Senatus Authoritate, non modò Vrbe, ſed & vniuerſa Italiâ eliminauerunt, Serapidem & Iſidem & Harpocratem cum ſuo Cynocephalo, Capitolio ſuo prohibitos inferri, id eſt. curiâ Deorum pulſos; Piſo & Gabinius Conſules non vtique Chriſtiani, euerſis etiam aris eorum abdicauerunt, turpium & otioſarum ſuperſtitionum vitia cohibentes; his vos reſtitutis ſummam maieſtatem contuliſtis*, &c. Refert etiam Ælius Spartianus & Eutropius cum Lampridio, Commodum, & Antoninum Caracallam tanto fuiſſe ſtudio hiſcè ſacris deditos, vt ipſimet raſi capite cum ſiſtris, ciuitatis vicos & compita, furibundâ quâdam animi diſſolutione oberrantes, viliſſimæ turbæ miſceri non ſint dedignati. De Apide porrò, & Serapide Ægyptiorum, eiuſque ſacris ridiculis, ac vanis ritibus in præcedentibus capitibus ſatis dictum eſt; reſtat, vt aliquid de Phallophorijs, Pammelijs, ac Dionyſijs, quamuis non niſi valdè ſobriè & ieiunè dicamus. Præſtat enim enormia illa, non ſacrificia, ſed ſcelera; non cœremonias, ſed iniquitates, ſacra, inquam, ignominioſiſſima, veras Diaboli ad animas in omne vitiorũ genus præcipitandas, adinuentiones æternis tenebris damnare, quàm illis recitandis caſtis auribus officere. Phallophoria itaque ab inuentis Oſiridis pudendis, cultuque diuino affectis exorta ſunt, vt paulò ante diximus. Phallus enim priapus dicitur, & veretrum ſignificat; quare, cùm Herodotus ait, in ſacris Dionyſij fuiſſe Phallos, priapos intelligimus, hoc eſt veretra, quæ ex collo Apidis pendent & ſupra dorſum eius, quemadmodum ex figura ipſa, quam ſuprà capite quarto exhibuimus, apparet. Diodorus in ſacris Ægyptiacis, pudendum Oſiridis phallum dixit, & in eius rei memoriam cubitales ſtatuæ factæ, eodem nomine dicebantur; quæ præcinente tibiâ circumferebantur. Herodotus huius ritum exponit, Melampumque oſtendit Græcis id ex Ægypto monſtraſſe; Lucianus phallos, pro foribus Deæ Syriæ fuiſſe ſcribit, quos ait Dionyſio Nouercæ Iunoni poſitos. Alij dicunt cum Stephano: Ξύλον εἰσπίμπρης ἔχον ἐν τῷ ἄκρῳ αἰδοῖον. id eſt, *ligna oblonga, quæ in ſummo pudendorum figuram referrent*; de quibus vide Suidam, & interpretationem Ariſtophanis in Acharn. alioſque; atque hinc φαλλία celebritas & pompa, quæ Dionyſio agebatur, ex phallis dicta eſt, teſte Heſychio, quæ & φαλλολογία, vt Theodoretus & Phornutus aiunt, dicebatur, id eſt, dies, & feriæ Priapo dicatæ; vndè & phallouitrobuli nuncupati, ex vitro Priapi, quamuis etiam ex alia materia fierent, ex ebure, auro, & ſi Dijs placet, è ſerico & panno lineo, queîs mulieres vtebantur.

Commodus & Caracalla ſtudioſi ſacrorum Iſiacorũ

Quid phallus *Herod. l. 2.*

Cubitales ſtatuæ phallorum.

Ex quibus phalli conficerentur.

Ritus autem & cœrimonias, quas in huiuſmodi ſacris obibant, alto præſtaret ſilentio ſupprimere, quam hiſcè abominationibus recenſendis caſtas, & pudicas aures vulnerare. Ab hoc etiam ἰθύφαλλοι, de quibus ſic Suidas. *Phalli*, inquit, *ſunt ficulnea veretra, figura pudendi virilis; poſt è rubro corio confecta, quibus de collo & medijs fœmoribus ſuſpenſis, feſto Dionyſiorum, in honorem Bacchi ſaltabant.* φαλλοφόροι αὐτοκάβδαλοι *ſunt genera Muſicorum; Acithyphalli ebriorum laruas habebant, & manicas varias, & tunicam demiſſam ad thalos. Phallophori autem, libro arboris, aut pelle tegebant faciem, hœdera & violis coronati.* Hæc Suidas. Hinc quoque ποιήματα ἰθυφαλλικὰ, quibus quotannis Ægyptij Priapum, veluti generationis Deum colebant, de quibus fuſiùs Diodorus, Lucianus, & Herodotus. Ponebatur autem Priapus in horto veluti ſymbolum vbertatis & generationis; hinc Columella carmine de hortis:

Suidas; Quid phallus.

... ſed truncum fortè dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

Et Horatius in ſermone de Priapo:

Horatius.

Olim truncus eram ficulnus inutile lignum,
Cùm faber incertus ſcamnum faceretne Priapum
Maluit eſſe Deum, Deus indè ego, furum, auiumq;
Maxima formido; nam fures dextra coërcet,
Obſcœnoq; ruber porrectus ab inguine phallus,
Aſt importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque nouis conſidere in hortis.

Priapus voluerum formido maxima.

Quod hìc Horatius ex ficulneo trunco dixit confectum Priapum, idem & Theocritus in epigrammate de eodem aſſerit: Συκίνου ἀρήσῳ ἀρτιγλυφὲς ξοάνῳ. De natiuitate porrò Priapi conſule Apollonium Rhodium in Argonaut. Phornutum in hymno Protogoni, Stephanum, alioſque. Hoc vnum de Ithyphallis ex Athenæo, quod ibi non aſcripſeram, tantùm aſſeram. *Semus Delius*, inquit, *in libro de Pæanibus, quos Autocabdalos nominant, ij coronati hœdera pedetentim ac compoſito inceſſu gradientes, verba tanquam irrorabant; eos poſterius ſeculum, eorumq; poëmata, Iambos appellant, quos Ithyphallos nuncupant, perſonas ebriorum induunt, coronas geſtant, & manicis anthino colore tinctis manus operiunt, tunicis veſtiuntur, albo diſtinctis; Tarentino amictu præcinguntur ad malleolos vſque demiſſo, tacitèque per veſtibulum ſubeuntes, cùm in mediam orcheſtram peruenerint, ad theatrum conuerſi dicunt:*

Athaneus l. 14.

Semus Delius Autocabdali quid? Autocabdajorum habitus.

Abſcedite de via; laxum Deo ſpacium præbete,
Erectus Deus, malleo ductus, per medium theatrum ambulare vult.

Phallophori perſonam, inquit Semus apud Athenæum, *facies non admouent, ſed hœderaceum integumentum circumponunt è ſerpillo, acantho ſuperiniecto; corona è denſis floribus, ac hedera ornati amictique læna accedunt, ſtatìm quidam in-*

Ornatus Phallophorũ.

thea-

theatrum aduenientes : alij per mediam Orchestram transeuntes in scenam, ordinato Rhythmis gressu dicunt :

Hâc te splendidâ nos Musâ Bacche honoramus
Vario simplices numeros fundentes carmine,
Intentatos sanè alijs. Non enim vsitatos prius
Cantus afferimus ; sed illibatum exordimur hymnum.

His recitatis accurrentes Sannionum instar, quos volunt derident, stanteq; id agunt Phallophorus autem incedit rectâ, oppletus fuligine. Hæc Semus Delius apud Plutarchum. Ridiculi gestus.

Porrò Pammeliorum celebritas valdè fuit affinis ei, quam ante descripsimus, phallophoriorum ; in qua simulachrum Osiridis propositum circumferebatur ; erant in eo tres testiculi seu phalli affixi, eò quod ipse generationis principium, vt anteà diximus, esse putaretur omnium, quæ à generatione proueniunt ; quin & Priapo similis Pammeles, Hesychio teste, dicebatur. Plutarchus ait simulachrum illud fuisse humanâ formâ effictum cum arrecto phallo & flammeum ; ad generationis penetratiuam virtutem significandam. Ex phallo itaque Osiridis vel perdito, vel inuento, eiusque singulari ab Iside instituto cultu, omnes reliquæ orientalium fœdissimæ superstitiones veluti è perenni quodam fonte profluxisse videntur ; hinc apud Græcos Dionysia Ithyphallia. *Quibus*, inquit Arnobius, *in Liberi honorem Patris, Ithyphallos subrigit Græcia, & simulachris virilium fascinorum territoria cuncta floreſcunt.* Apud Cyprios abstrusæ illæ Veneris initiationes, quarum participes pro stipe collata phallis donabantur ; hinc Satyrorum, Faunorum, Syluanorum ἀποθέωσις ; neque aliundè effluxerunt propudiosa illa Priapi secreta, quæ traducere nefas fuit ; hinc Veneris Eleusinæ arcana, & Mercurij fascinus à Cyllenijs cultus, Athenienſium religione sacer, hinc Neurospasta apud Lucanum, & Remedium, Præbiaque in collo pueris res turpicula, fascinus videlicet, quem infantium custodem appellat Plinius. Fuerunt autem & phallica quædam alia in honorem Dionysij ab Athenienſibus instituta ; in quibus cantabant Dei, in vrbe Athenienſi à morbo liberata beneficentiam, & bonorum plurimorum largitionem. Fama est enim, quod Pegasto, imagines Dionysij ex Eleutheria ciuitate Bæotiæ, in Atticam regionem portante, Athenienſes Deum neglexerint, neque vt mos erat, cum pompa receperint ; quare Deus indignatus pudenda hominum morbo infestauit ; qui erat illi grauissimus ; tunc eis ab oracuło, quo pacto liberari possent petentibus, responsum datum est, solum esse remedium malorum omnium, si cum honore & pompa Deum recepissent : quod factum est. Ex ea re tùm priuatim, tùm publicè lignea virilia thyrsis alligantes, per eam solemnitatem gestabant ; sed hæc siue fabula sit, siue historia, certè originem suam ex sacris literis traxisse videtur ; in quibus Philisthæi ob arcæ detentionem vlcere pessimo in secretioribus partibus percussi, phylacterij loco vsi dicuntur aureis anis ; sed de his & similibus hucusque traditis, cum

Simulachrum Osiridis.

Tndè origo Phallophoriorum.

Arnob. l. 5. aduers. gent.

Plin. l. 28. c. 4

Cultus Phallici origo.

E sacris literis mutuo sumpsisse videntur Gentiles.

multa

multa toto hoc opere paſsim ſimus dicturi; plura hìc dicere ſuperuacaneum eſſe ratus ſum; quare ad particularia ſacrificiorum paulatìm deſcendamus.

CAPVT X.

De Sacrificijs diuerſis Dijs attributis, eorumque proprietatibus.

VT autem pateat, Elementorum, rerumque naturalium virtutes, & vires dæmonum eorum, qui in ijs inhabitarent, qui Dij à multitudine imperitorum ſunt exiſtimati, his nominibus vocatas fuiſſe à ſapientibus; non erit abs re, ſi ſacrificiorum Dijs ſingulis attributorum rationes breuiter explicâro; quippè cùm multa ſacrorum genera fuerint ab antiquis, pro ſingulorum Deorum natura, inſtituta, & victimæ variæ, & varia ſuffimentorum ratio, & non idem habitus ſacrificantium; neque enim omnibus molæ offerebantur, neque omnibus accendebantur lucernæ, neque ſacra fiebant ſemper ſuper ſublimibus aris, neque ſemper per diem; diuerſa denique pro ſingularum nationum more, pro varietate temporum, pro creditorum Deorum natura, ſacrificia vbique offerebantur, quod alia cœleſtibus, alia terreſtribus; aquaticis alia, alia Dijs inferis conueniebant: quorum alia priuatìm, alia fiebant publicè. Primum igitur omnium ſcire conuenit, non ſolùm in animalibus, aut in plantis ad vires, bonitatemque ſingulorum conferre ciborum vim, aëriſque temperiem; ſed etiam in illis dæmonibus, quibus plenum eſſe hoc vniuerſum, quod intuemur, tradiderunt ſapientes. Qui enim in cauernis habitant, ſunt magis & immites, & feri, & ſylueſtres, & craſſiore quâdam materia quippè, quæ propiùs ad corpus accedat, (vti Pſellus in ijs libris, quos de dæmonibus edidit, parum cautè aſſerit) quam illi ſint Dæmones, qui regionem ignis vel aëris inhabitant. Quod accidit (vt ait) ob habitationis naturam, ac vim ſiderum. Quid enim perperam, inquit, Natalis Comes, mirùm eſt, aſtra in his plurimùm poſſe, cùm & metallis, & duriſsimis lapidibus, & plantis dominari dicantur: aut quis neſcit, alia metalla Soli, alia Lunæ, alia Veneri, Mercurio alia, alia alijs aſtris propter quaſdam proprietates, ac ſimilitudines, quod alijs etiam contingit corporibus, eſſe attributa? omnem igitur vim ſacrorum, omniumque Deorum rite expiandorum rationem, in cognoſcenda dæmonum natura conſiſtere arbitrantur. Quare cùm cœleſtia corpora ignea eſſe crederent, in horum ſacrificijs, & lumina & figuras, & multa ad viſum ſpectantia addiderunt, quorum aræ ſublimes ſtruebantur, ſuper quibus accendebantur lumina, & victimæ cæſæ immolabantur. Cùm itaque ſacra fierent Superis, ac Ioui præcipuè, aræ in ſublimibus exſtruebantur, vt inquit Melanthes:

Terreſtres Dij.

Dij ignei analogis rebus colebantur.

Πᾶν δ' ὄρος τὸ Διὸς ὀνομάζεται, ἐπεὶ ἔθος ἦ τοῖς παλαιοῖς ὑψίστῳ ὄντι τῷ Θεῷ ἐν ὑψηλῷ θυσίας ποιεῖσθαι. *Omnis*, inquit, *mons, mons Iouis appellatur, quoniam mos fuit antiquorum, vt altiſſimo Deo exiſtenti in loco ſublimi ſacrificarent.* Sic Apollonius

ingenti

ingenti exſtructa ara, ſacra impoſita montibus, quoniam Iuppiter ipſe volebat; quin & eoſdem, vbi nullus mons, ſublimem in littore aram exſtruxiſſe, vndè & profluxiſſe videtur etymon altaris, quaſi diceres altam aram. Erat prætereà illis, in templorũ fabricis erigendis conſuetudo, vt non modò ſublimia & ampla exſtruerentur; ſed etiam, quæ orientẽ Solem ſtatim exciperent (quod ſuprà in Serapidis templo fuiſſe meminimus) vt ait Plutarchus in Numa Pompilio, neque vlla re impedirentur, ſed forent vndique libera, & minimè occupata, vt teſtatur Promachides, Heracleota, atque Dionyſius Thrax his verbis:

Apollon. Rhod. in argonaut.
Altaris etymon.
Erigendorum templorum ratio.
Promachides. Heracleota. Dionyſius Thrax.

Οἱ γὰρ ναοὶ τῶν παλαιῶν, καὶ τὸν ἥλιον ὑπερκύψαντα δέχεσθαι εὐώθεις, καὶ τῶ φωτὶ τὰς θύρας ἐμπιπλᾶσθαι τὴν θυσίαν ἀναπεπταμένων, ὅπου καὶ τὰ ἱερεῖα ἐρρέζετο.

Antiquorum enim templa exorientem Solem ſtatim excipere ſolebant, & ſtatim ortô lumine feneſtris, ac foribus patefactis repleri, vbi ſacrificia fiebant. Neque illud ſanè prætermittendum duxerim, quod voluerint antiqui, genera quoque ædificiorum, Deorum illorum naturæ, quibus dicabantur, plurimùm conuenire; nam Ioui, Marti, Herculi, non niſi Doricum genus fabricatum; Baccho, Apollini, Dianæ Ionicum; Corinthiacum virgini Veſtæ conuenire præcipuè creditum eſt; quamuis aliquando omnibus hiſcè generibus in eodem templo vterentur. Nam in delubro Mineruæ Aleæ, cuius Architectus fuit Scopas Parius apud Tegeatas, cùm triplex eſſet columnarum ordo, primus erat Dorici operis; ſecundus Corinthiaci; tertius, qui iuxtà templum erat, teſte Vitruuio, Ionicô artificiô elaboratus erat; illud autem fiebat, cùm delubra eſſent Dijs varijs conſecrata; vel cum Dijs illis eſſent dicata, quorum multiplex eſſet facultas, & ad mares, & fœminas, elementa ſpectarent; cuiuſmodi fuêre Iouis Olympij, & Iunonis Triphyliæ, vtrumque ab Oxilo artifice, teſte Pauſania, Dorico opere columniſque elaboratum. Maximè vero hanc templorum conſtruendorum rationem ſeruabant Ægyptij, vti dictum eſt de templo Serapidis, aliorumque Deorum, de quibus Poſſidippus Græcus ἐπιγραμματογράφος.

Ædificia ad Deorum analogiam condebantur.

Vulcani, inquit, *& phœbi radios cœpêre priores*
Surgentis Solis, foribus delubra recluſis.

Poſsidippus.

De quibus Virgilius quoque eleganter non minùs quàm peritè:

Virgilius l. 12. Æneid.

Illi ad ſurgentem conuerſi lumina Solem.

Erat prætereà antiquorum conſuetudo, vt non quouis tempore promiſcuè, ſed ſingulis Dijs, temporibus naturæ eorum congruentibus ſacra fierent. Hinc ſuperis manè, oriente Sole, inferis Sole occidente litabatur; hinc Ægyptij, Plutarcho teſte, ſingulis diebus, manè, meridiè, & veſperi, ad Numina allicienda, vti ſolebant, odoramentis quibuſdam, incenſiſque ex varijs aromatum ſpeciebus compoſitis; cuius ſuffumigationis myſteria in Encyclopædia Ægyptiorum prodentur. Hinc eandem ob cauſam dicti quoque Ægyptij diuerſis Dijs, diuerſos menſes attribuerunt,

Tempus ſacrificiorum.

runt, vt eo, quisque Deorum, tempore, quod conditioni naturali eiusdem maximè esset consentaneum, coleretur. Prætereâ vestes quoque alijs Dijs aliæ, habitus ratio diuersa; nam Dijs inferis atræ vestes, vt Eumenidum & Plutonis habitus satis ostendunt; cœlestibus seu aërijs purpureæ, seu subceruleæ colore cœlis congruo, vti Menander obseruat, conueniebant; quibusdam verò albæ, vt Cereris sacrificijs iuxtà illud Nasonis:

Vestes diuersæ diuersis Dijs.

Alba decent Cererem, vestes Cerealibus albas
Sumite; nunc pulli velleris vsus erit.

Ægyptios maximè in sacrificijs suis albis, pullis, & ceruleis vestimentis ex lino vsos reperio; de quibus fusè agetur in explicatione Bembinæ Tabulæ.

Porrò & ignis quoque rationem obseruabant in sacrificijs; alius enim ignis erat cœlestis, alius aërius, alius denique terrenus; quorum primùm cœlitus ex vnitis in concauis, politissimisque superficiebus solis radijs accendebant; alterum ex allisione duorum corporum eliciebant, quem aëreum dicebant, eò quod ex attritu aëris esset genitus. Tertij denique generis ignem accendebant ex alio igne, quem terrenum dicebant; eò quod ex impuro igne, & variâ mixtione terrenâ imbuto exarsisset.

Ignis diuersus in diuersis sacrificijs Deorum.

Porrò igne iam procurato & disposito, non parua diligentia adhibebatur in eligendis lignis, quæ conuenirent singulis sacrorum generibus; quoniam non ex quibusuis lignis ignis accendebatur, nec è quouis ligno, vt dici solet, fiebat Mercurius; sed ex lignis in legibus sacrificiorum nominatis. Sic in Serapidis sacris, omnibus lignorum generibus vsos testatur Pausanias; quod & statua eius ex omni lignorum & mineralium genere conflata abundè demonstrat. In Osiridis sacris, Lotus & Chenosyris seu hædera; in Isidis, Seriphium seu Absynthium marinum; Iuncus & Cyllocyperus, quem κύπειρον appellant, adhibebatur; de quibus vide in explicatione tabulæ Bembinæ. Ab his Græci edocti, in sacris Bacchi antiquitùs nulla ligna nisi Oporobasilidis, aut Phibalææ ficus, aut viticis cum folijs vitium vrebant, vt ait Hegemon. In sacris Veneris Myrtus vrebatur; at apud Sicyonios ignis non fiebat nisi è lignis Iuniperi, quibus folia addebantur pæderotis, vt ait Pausanias: in Iouis sacris ilicis ligna, in Martis, fraxinorum; in Herculis albæ Populi, Æsculi aut Corni; vti scriptum est ab Ephoro, & ab Epigene in Heroina. Sunt autem huic rei argumento illa, quæ scripta sunt à Timæo Siculo, libro secundo historiarum; vbi Locrensium virgines, sic iubente oraculo, à Troianis iugulabantur, & sterilibus agrestibusque lignis comburebantur. Est quoque illud argumento, quod summam diligentiam adhiberent in eligendis lignis ad sacrificia; quod cùm Ædituis, Auguribus, Fœcialibus, Interpretibus, Lignitores etiã vocati præerant sacrificijs, quibus id tantùm curæ erat, vt legitima ligna pararentur, & concinnè igni comburerentur. Nam nisi omnia seruarentur legitima in sacrificijs, publicas indè calamitates oriri putabant; cuius vel illud est argumento, quo si quis in Iouis Lycæi templum, aut etiam in

Ligna diuersa diuersis Dijs.

Statua Serapidis ex omni lignorum & mineraliũ genere.

Virgil. l. 2. Georg.

Pausan. in Corinth.

Ephor. l. 2. de ponderat. Asiæ.

Epigines in Heroina.

aream,

ream, minimè peractis primò lustrationibus legitimis, ingressus fuisset, intra annum omninò moriturus erat, vt Hegesander, & Pausanias tradiderunt: meminit Theagenes libro de Dijs; & Pausanias in prioribus Eliacis, in Lidijs Persicis, sic enim ob defectum legitimæ lustrationis duas vrbes Hypæpam & Hierocæsaream absorptas esse, in quibus ait, fuisse templum amplissimum cum cellis & aris, super quibus erat cinis longo diuerso colore à cinere communi; huc ingressus Sacerdos linguâ Græcis ignotâ aris ligna imponebat, caput tiarâ velabat, implorabat Dei ignoti cognomen; cùm recitasset carmen ex libro lingua planè ignota Græcis, ac perorasset, sponte sua è lignis, nullo igne admoto, purissima flamma omnibus procul absistentibus emicabat. Hæc siue fabula sit, siue historia, originem suam sanè non aliundè traxit, nisi ex Esdra, qui templo à Cyro vastato, demûmq; instaurato, cùm ignis sacer abesset, quo sacrificia sua peragerent, instantibus precibus vnà cum reliqua Synagoga Dominum rogasse fertur, de ignis sacri prouisione, queîs orantibus ait Gorionides:

Theag. l. de Dijs.

Quomodo ignis euocaretur.

ויהי בחתפללם כדברים האלה ושם היה זקן אחד מהכהנים ויזכר את המקום אשר החביא שם את האש הקדושה ירמיהו הנביא ויצב הזקן וילכו אחריו כל הזקנים ויבא רואה תחת החומה בור אחד ואבן גדולה עליו וחיתה משוחה בטיחה של סיד ויחצו את חטיחה ויגוללו את האבן מעלפי הבור ויראו בו מים כשמן עב וכדבש ויאמר עזרא אל הכהנים רדו אתם אל הבור וקחו מהמים וירדו אל הבור וישאו מן המים וילכו אל החיכל ויזרקו המים על המזבח ועל העצים ויהי כעשתם כן ותבער פתאם אש בלהב בורא ואדיר ותלחט הלהב ואש אוכלת וחזקה מאד:

Gorionid. l. 5.

Orantibus autem ijs instantibus verbis apud Dominum, vnus è senioribus Sacerdotibus recordatus loci, in quo à Propheta Hieremia fuerat reconditus sacer ignis; & egressus cum sacerdotibus, & ecce sub muro cisterna lapide grandi superimposito munita calce incrustata, quam cùm calce, saxoq; remoto aperuissent, apparuit mox aqua instar pinguedinis crassæ seu mellis; & mandauit Ezra sacerdotibus, vt descenderent, & aquam haurirent; quo peracto progreditur sacerdos ad altare, & cùm de aqua victimas, & ligna altari imposita aspersisset; mox ignis in ingentem flammam exarsit.

Miraculo accenditur ignis.

Ex quo apparet Græcos summô studiô historias sacras ad fabulas suas trahere conatos esse. Vti de sacris in Lydijs Persicis peractis, paulò ante adductis ostendimus.

Aquæ diuersæ diuersis Dijs.

Erant aquæ præterea propriæ singulis sacrificijs magis aptæ creditæ; nam in sacris, & in nuptijs Athenis nullâ aquâ, nisi Callirhoës fontis, vti, mos fuit; in Delo aqua templi, nulla alia in re, nisi in sacris, vti solebant, ac neque fluuiorum quidem cœterorum omnium aquæ omnibus sacrificijs aptæ putabantur; siquidem Ioui Olympio aqua Alphei grata fuit, vti in Arcadicis rebus testatur Pausanias. At Amphiarai fontis sic vocati, quòd esset in Oropiorum agro, Amphiarai & Apollinis templo proximus, aquâ neque ad lustrandum, neque ad lauandas manus vti, fas esse censebant. In Ægyptiorum sacris Nili lymphâ, & nullâ aliâ vtebantur, eaque præsertim quam Ibis pede turbidam reddidisset. Tanta erat antiquorum in rebus sacris ritè peragendis industria, ac diligentia, aut si mauis superstitio.

Coronæ diuersæ.

Coronabantur autem in ipsis sacrificijs, & victimæ & altaria, & homines.

mines ſacrificantes; quæ pulchrè deſcribuntur in verſibus Oraculi Delphici apud Demoſthenem in oratione contra Mydam. Quoniam verò aliæ arbores Dijs alijs fuerunt conſecratæ, idcircò Dijs varijs ſacrificaturi Sacerdotes, varijs coronis ornabantur; vtpotè in Dionyſiacis myrto, vti notat Timachidas in lib. de coronis, & Ariſtophanes in ramis:

Timachidas.

Ariſtophanes.

Πολύκαρπον μὲν τιτάσων
ἀμφικεφατισῶ βρύοντα
στέφανον μυρτῶν.

hoc eſt

Fructiferam quidem quatiens
circa caput tuum virentem
coronam myrtorum.

In ſacris Cereris. At in cerealibus quercu coronabantur, ad perpetuam accepti ab illa Deæ beneficij memoriam, iuxtà illud Virgilianum. In quo appoſitè ſanè dicta hucuſque deſcribuntur:

Virgil. l. 1. Georg.

neque ante
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu,
Det motus incompoſitos & carmina dicat.

In ſacris Herculis Populo coronabantur, iuxtà illud Virgilij ante citati: erat enim Populus roboris & fortitudinis ſymbolum.

In ſacris Herculis.

Populeis adſunt euincti tempora ramis.

In ſacrificio Apollinis lauro coronabantur, quemadmodum notat Apollonius Rhodius. Cùm enim Apollo Sol eſſet, aptè ei ſolarem plantam attribuebant.

In ſacris Apollinis. *Apollonius 2. Argonaut.*

Flauaque ſunt viridi redimiti tempora lauro.

In ſacris Ægyptiorum, hædera, ſcryphio, lauro, loto, perſea, &c. coronatos legimus. Scribit Andreas Tenedius in nauigatione Propontidis antiquos triplici ordine coronandi vſos fuiſſe in ſacris; quem locum etiam declarauit enarrator Apollonij, cum alij capiti ſuperiùs coronas imponerent, alij ad tempora vſque deprimerent, alij ad collum vſque detraherent; verùm non ſolùm coronabantur in ſacris ſacerdotes aut ſacrificantes; ſed etiam vaſa, quibus vtebantur, & victimæ, quæ fuerant immolandæ, quibus coronæ circa collum apponebantur, earumque cornua inaurabantur. Erat denique non parua diligentia in eligendis victimis in ſingulorum Deorum ſacrificia, cùm aliæ Deis bonis, vt prodeſſent; aliæ malis, ne obeſſent, cæderentur. Nam malis nigræ, bonis albæ conueniebant; ſterilibus ſteriles, fertilibus prægnantes; maribus mares, fœminis fœminæ; cœleſtibus ſubtilis & cœleſtis naturæ, aëreis aëreæ; aquaticis aqueæ, terreſtribus terrenæ naturæ victimas offerebant; vel ob quampiam ſimilitudinem; vt Soli equus propter celeritatem &c. quæ omnia luculenrer patent ex Ægyptiorum ſacris; colebant ipſi ex omnibus Dijs maximè Oſiridem, Iſidem, Horum Nilum, Canopum, Apidem ſeu Serapidem, Rhream ſeu Veſtam; quos tamen non promiſcuè colebant, ſed vnumquemq; certis

Ægyptiorum ſacra quibus coronis vſa.

Victimæ diuerſæ diuerſis Dijs.

riti-

ritibus, & cœrimonijs vniuſcuiuſque naturæ conſentaneis: nam Oſiridem & Iſidem veluti cœleſtes, & igneos quoſdam Deos, lucernis, luminibus, lampadibus, herbis, lignis, aqua, floribus, volucribus, Solem ignemque affectantibus, figuris quoque radios Solis exprimentibus, venerabantur. Horum verò, Mercurium aëreos Deos credebant; ac proindè pennis, muſicâ, ſimilibuſque rebus aërem referentibus eos ornabant; victimis quoque vti inferiùs videbimus, naturæ eorum congruis; præter ignem cantilenas etiam adhibuerunt, cùm illos harmoniâ delectari arbitrarentur. His etiam præter lumina dicta, victimarum Cæſarum nidores, cantus etiam, & odores multos, & thus adhibebant, iuxtà illud Virgilij:

Dij cœleſtes. Lucernæ.

Aërij.

. . . . *plenâ ſupplex veneratur acerrâ.*

De forma & figura acerræ, vide quæ alibi vberiùs tractauimus. Ideò Medea pharmaceutria, ſacrorum rituum peritiſſima, cùm ventis ſacrificaret, teſte Apollonio Rhodio, maximè odorifera, ac ſuauia offert ſacrificia:

Virgil. l. 3. Æneid.

Tantum effata leues, mulcentia pharmaca ventis
Æthereaq; inſperſit, procul illa è montibus altis.
Deduxêre feram ſylueſtrem, quo illa cupiuit.

Apollon. l. 4. Argin.

Pro depellenda quoque aëris contagione, nidores victimarum Apollini Homerus obtulit his verbis:

Si vult caprarum, ſi vult nidoribus ille,
Obuius agnorum ſieri, ac depellere peſtem.

Homerus.

Cùm enim Apollo medicam Solis vim ſignificaret; aptam morbis pellendis materiam illi adhibebant. Et quoniam cantus & harmonia muſicorum inſtrumentorum ſoni non ſine quadam voluptate aërea permouent; illa de cauſa cantu etiam delectari illi dæmones crediti ſunt, iuxtà illud Homeri:

Aërij dæmones cantu delectari crediti

Phœbæas iras placabant carmine Graij
Per luces totas pulchrum Pæana canentes,
Cantantes Phœbum; huic mulcebant gaudia pectus.

Sic in ſacris Iſiacis, tibijs, ſiſtris, varijſque crepitaculis omnia reſonabant; in ſacris etiam matris Deorum muſica inſtrumenta adhibita, Ouidius tradit:

Ante Deûm Matrem cornu tibicen adunco
Cùm canit.

Ouid. l. 1. de ponto.

Illud autem efficere putabantur, vt tibijs vterentur in ſacris, quo animi præſentium hominum diuerterentur à priuatis cogitationibus, ad Deorum immortalium reuerentiam, neſcio enim, quid diuinum in animis noſtris imprimit vis muſica. Ioui quoque, cùm mens illa ſuprema diuina crederetur, non adhibebant niſi lumina in ſacrificijs; at cùm Iuppiter

Hori inquisitio sistris perficiebatur.

pars esset summa aëris, tunc adhibebantur musica instrumenta. Hinc Hori inquisitio sistris perficiebatur & cymbalis. Hinc eandem ob causam Mercurio & Apollini instrumenta musica non attribuuntur, nisi in quantum considerantur esse vis Solis in aërem dominantis. Quapropter legimus in antiquis huiusmodi sacrificijs Strophes & Antistrophes modulos fuisse cantatos ad imitationem motus stellarum, vt Aristoxenus dicit libro de foraminibus tibiarum; & Bito libro, quem scripsit ad Attalum de musicis instrumentis: nam modò huc, modò illuc inter illa sacra voluebantur, atque per Strophen, motum primum huius Vniuersi; per Antistrophen, proprias singulorum planetarum motiones significabant.

Strophe & Antistrophe. *Aristoxe. l. de foram. tibiar. Bito.*

Cantus quid mysticè notaret?

Erant autem cantilenæ in sacris nihil aliud, quàm commemorationes eorum beneficiorum, quæ Dij ipsi in homines benignè contulerant: cùm virium ipsorum Deorum, & clementiæ, & liberalitatis amplificatione, & cum precibus, vt benigni, ac faciles precantibus accederent, vt ait Philochorus.

Philochorus l. de sacrificijs.

Dij aquatici quibus delectarentur.

At verò, quoniam dæmones illi, qui aquis præerant, pro natura loci crassiores esse putabantur; idcircò in eorum sacris, crassiora quædam corpora, quàm essent vel nidores, vel cantus offerebantur, quæ ad gustum pertinerent, corpusque haberent magis solidum. Hinc Nilus Canopus & Oceanus, varijs symbolis aquas denotantibus exprimebantur olim ab Ægyptijs; erant enim hi aquei Dæmones apud ipsos; à Græcis verò iugulatarum victimarum sanguis collectus, in mare è patera fundebatur cum precibus, iuxtà illud Apollonij:

Apollon. l. 4.

Ille preces fundens, iugulauit in æquoris vnda,
Mox de puppe iacit.

Virgilius.

Cui & illud Virgilij respondet, dùm sacrificiorum rationem indigitat:

Stans procul in prora pateram tenet, extaq; salsos
Porrigit in fluctus, ac vina liquentia fundit.

Nymphæ.

Nymphæ item cùm aquarum Deæ esse putarentur, crassiora quædam & ipsa sacrificia requirebant, quibus mel & lac offerebatur, & mulsum. Sacrificia verò, quæ Serapidi seu Plutoni Ægyptio, Rhreæ, Proserpinæ, alijsque Dijs terrestribus, & inferis fiebant, non solùm tempore, sed etiam colore victimarum, & ritu plurimùm differebant: nam vt diximus, hæc sacrificia non nisi per noctem fieri consueuerunt, teste Virgilio:

Virgil. l. 6.

Tum Regi Stygio nocturnas inchoat aras.

Quod autem nigræ victimæ Dijs huiusmodi immolarentur, idem tradit Virgilius:

. . . . . huc casta Sybilla
Nigrarum pecudum multo te sanguine fundet.

Vti

Vti autem victimæ, quæ Superis mactabantur, cogebanturque iugulum ſuperiùs vertere; ita quæ mactabantur inferis, caput ad terram depreſſum tenebant, vt ait Cleon in primo Arginauticorum, & Myrtilus in ſecundo rerum Lesbicarum his verbis: *Cleon in 1. Argin. Myrtilus in 2. rerum Leſbiarum.*

Ἐώθασιν οἱ ἱερεῖς τὰ δ' Θυμα τοῖς κατὼ Θεοῖς ἐναγιζόμμα ἐν τῇ γῇ ἀποτέμνεσθ τὰς κεφαλὰς· ἔτω γὸ θύεσι τοῖς χθονίοις τοῖς δὲ ὐρανίοις ἀνῶ ἀνασρέφσι τὼ ἱερείων τὸν ξάγηλον σφάζοντες. *Conſueuerunt*, inquit, *ſacerdotes victimis, quæ mactantur inferis, humi capita incidere, ſic enim ſubterraneis ſacrificant, At cœleſtibus immolantes, colla ſurſum conuertentes iugulant*. Victimæ quoque horum Deorum in effoſſis foueis iugulabantur, ſanguiſque vino miſtus effundebatur in terræ foueas ad id deſtinatas, vti notat Apollon. & Ouidius. *Ouid. l. 3i*

In Ægypto verò cum ſacra fierent Serapidi ſeu Plutoni inferorum Argiuo, iſque mens diuina putaretur, quæ in vniuerſam terræ molem eſſet diffuſa, omniaque gubernando penetraret, ſicuti Oceanus per mare penetrare creditus eſt, eius ſacra non prorſùs abhorrebant à Superorum ſacrificijs; ignis enim adhibebatur, oleumque pro vino, iuxtà illud Virgilij: *Plutonis ſacrificia.*

Tum Regi Stygio noctlurnas inchoat aras,
Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis,
Pingue ſuperq; oleum fundens fumantibus extis.

Omnibus præterea Dijs beneficis albæ victimæ, & placidæ mactabantur; maleficis verò ne nocerent, & nigræ, & ferociores putabantur conuenire (vti Typhoni aſinos præcipitabant, vaccas rufas offerebant Ægyptij) hos veſtibus quoque atris placare conabantur. Fuit autem cauſa cur inferis Dijs ſacrificaretur, quod illi omnium malorum Authores eſſe putabantur, vt ſignificat Sophocles in Electra. His ſacra fieri ſolebant ab ijs, qui ab aliquo morbo cõualuiſſent, tanquam peperciſſent, quod genus καθαρσιὸς, quaſi luſtratio nominabatur. Verùm qui ritus ſacrorum ſingulis generibus Dæmonum conueniant, & quæ victimæ ſingulis fuerint dicatæ, atque omnia propè, quæ ſeruabantur in his dictis ſacris, non ſolùm in legibus ſacrificiorum fuerunt diligenter perſcripta, ſed etiam ex oraculi mandato ad vnguem ſeruare cogebantur antiqui, quorum omnium leges ita traduntur ab Apolline. *Dijs beneficij albę, maleficij nigræ, victimæ mactabantur.*

Hæc age, qui nutu Diuorum ingreſſus amice es,
Huius iter vitæ, mactanda eſt hoſtia cunctis
Multa Deis, ſeu qui terras, ſeu qui mare vaſtum,
Aëra; ſeu quì habitant latum, ſeu qui æthera, ſeu qui
Alta tenent cœli, ſeu qui infima regna barathri,
Quæ quibus obſeruanda modis ſint ſingula dicam,
Tu memori præcepta animo mea dicta teneto.
Terna quidem Diuis cœleſtibus hoſtia, & ipſa
Candida mactanda eſt; terna, & terreſtribus, atque
Atra eadem; gaudent porrò & capiuntur apertis

Oraculum Apollinis.

Cœle-

Cœlestes aris, faueas cùm Numina contra
Expoſcant atro imbutas inferna cruore
Nec placeat, niſi quæ terræ mandetur humatæ
Hoſtia; mel verò Nymphæ, atque liquentia vina
Offerri lætantur, at ignem accendier aris,
Quæ circumuolitant terram ſibi Numina quærunt;
Imponiq; atrum corpus, tùm thura ſimulque
Inijcier ſalſas fruges & dulcia liba;
Hæc facito. Verùm quibus eſt data cura profundi;
His ipſo ſemper fer ſacra in littore, totum
Porriceque in fluctus animal, cœleſtibus autem
Extremas reddes partes, atque igne cremabis.

In quibus omnia, quæ hucuſque dicta ſunt, veluti in anacephaleoſi quadam continentur; vt in particulari tamen cognoſcatur, quæ victimæ cuiuis Deo fuerint oblatæ, viſum fuit breuiter hìc eas exhibere; à Ioue principium ducturi.

Ioui Bos ſacer

Iovi itaque Ægyptio Bouem conſecratum Plutarchus, & Seneca ſatis oſtendunt:

Plutarchus.
Seneca.

Primus ſceptriferis colla tonantibus
Tauro celſa ferat tergora candido.

Nepruno & Apollini. Tauros oblatos Virgilius tradit:

Nepruno & Apollo Taurus.
Virgil.

Taurum Neptuno, Taurum tibi pulcher Apollo.

Quos Homerus, Ταύρους vocat παμμέλανας, quo loco interpretes, Tauros, inquit, ob maris violentiam; nigros verò ob aquæ calorem ex maris profundo apparentem.

Plutoni nigra pecus,

Plvtoni. De nigra pecude ſacra faciebant, eidemque pocula mixta mero & lacte libabant, vndè Tibullus.

Tibullus.

Intereà nigras pecudes promittite Diti,
Et niuei lactis pocula miſta mero.

Bacchomactabatur Hircus,

Dionysio ſeu Baccho. Hircus ſeu Capra mactabatur, quod hoc genus animalium vites maximè rodat, iuxtà illud Virgilianum:

Virgil.

Vite Caper morſâ Bacchi mactatus ad aras.

Æſculapiò Capra,

Æscvlapio, de Capra res diuina fiebat, rationem aſſignant, quia Capra nunquam ſine febre eſſe dicitur, ſalutis verò Deus Æſculapius: Gallus quoque ei immolabatur; quemadmodum & Mercurio Anubidi & & Hermanubidi, de quo ſic Plutarchus: *Ad hunc*, inquit, *inferiora, ſicut ad*

Plutarchus.

illum

illum ſuperiora pertinent, ideò illi candidum Gallum, huic croceum immolabant; ſed & Pyrrhus quoque Rex cùm ſplenè laborantibus mederetur, albo Gallo ſacrum peragebat.

VVLCANO, cùm ſacra fierent, omnia igne conſumebantur, id quod proteruiam dicebant; nam niſi victima, & quodcunque ſupereſſet, igni datum fuiſſet, ſacrificium pollui putabatur. Vulcano ſacrificium igne conſumebatur.

MARTI, alios Equum, alios Canem obtuliſſe ſcribit Apollodorus; Latinos Lupum, & Picum; Luſitanos Hircum; Gallos Verrem. Marti Equus, Canis, Lupus, Hircus, Gallus ſacer.

HERCVLI, Bos olim ſacrificabatur, ſic Liuius, Ouidius, Dionyſius Halicarnaſſæus, alijque. Herculi Bos.

SATVRNO, apud Romanos ſuluus Bos & niger immolabatur; at Cyrænæos cinctos coronis tempora ex ficu recenti Saturno ſacra inſtituiſſe proditum eſt, mellitaſque placentulas mutuò ſibi miſitaſſe. Saturno niger Bos.

IANO, ſacra fiebant ex libo, quod ab eo Ianual antiqui dicebant, erat enim placentæ genus; interdum thure, aut vino; forſan ob vini inuentionem, quæ Iano ſiue Noëmo atribuitur. Iano ex Libo ſacra fiebant.

Iane tibi primum thura, merumq; fero. Ouid.

PANI Deo Hircus coleatus ſacrificabatur, qui quidem Hircus ad ſpecum agebatur, in quo Pan ipſe diuerſari putabatur, vt docet citatus Lucianus. Pani verò Lycæo in Lupercalibus canis immolabatur, vt ait Plutarchus, quoniam gregis & cuſtos, & amicus canis; alij Capram albam dicunt; nonnulli Hircum, ex cuius corio Luperci ſacerdotes flagella conficiebant; quibus vndique per vrbem fœminas feriebant. Pani Hircus.

SYLVANO & FAVNO, ſacra faciebant illi ex lacte; huic ex hœdo vel agno, aut vino. Syluano ſacra ex Lacte, Fauno ex hœdo, vel agno, vel vino.

PRIAPO, naturæ & hortorum Deo Aſinus hoſtia fuit; ob veretri magnitudinem, de quo Ouidius: Priapo Aſinus.

Cæditur & rigido cuſtodi ruris aſellus. Ouid.

Alij tamen ei lac libumque offerebant, quemadmodum Virgilius indicare videtur. Virgil.

Sinum lactis & hæc tibi, liba Priape quotannis
Exſpectare ſat eſt, cuſtos es pauperis horti.

IVNONI, de Iuuenca ſacrificium factum ſcribit Seneca in Medea; alij Pauonem offerebant & Anſerem, alij Porcam vel Agnam, alij flores & Coronas. Iunoni Iuuenca.

CERERI, antiqui ſpicas dicabant, & ex eis coronas, ſed & de porca rem ſacram feciſſe teſtatur Xenophon; huic & frugum primitiæ offerebantur, hinc cum lampadibus tædiſque ſuccenſis, menſe Aprili ſacerdotes albis induti, mactatâ porcâ ſacram peragebant. Cereri Spicæ

Prima Ceres grauidæ gauiſa eſt ſanguinæ porcæ. Ouid.

PRO-

Proserpinæ sterilis victima. Virgil.

PROSERPINÆ sterilem victimam oblatam ob eius sterilitatem, ait Macrobius, cui subscribit Virgilius :

. . . sterilemq; tibi Proserpina vaccam .

Erat enim Proserpina signum inferiorum partium terræ, sterilium ; cui pulchrè consonat illud Prudentij :

Prudent.

Rapta ad Tartarei thalamum Proserpina Regis
Placatur vaccâ sterili, ceruice resectâ .

Mineruæ Taurus albus.

MINERVÆ, Taurus albus offerebatur ; DIANÆ, Cerua ; LVNÆ, Taurus mactabatur, quia crescendo cornua Tauri referre videretur, iuxtà illud Claudiani:

Claudian.

. . . . . ac Numina Memphis
In vulgus proferre solet, penetralibus exit
Effigies, breuis illa quidem ; sed plurimus infra
Liniger, impositâ suspirans veste sacerdos
Testatur sudore Deum, Nilotica sistris
Ripa sonat ; varioq; modos Ægyptia ducit
Tibia, submissis admugit cornibus Apis .

Hecatæ Canis. Veneri Columba, Iunoni Vacca. Cibeli seu Rheæ sanguis humanus.

HECATÆ Deæ, Canis, teste Plutarcho.
VENERI Archiuæ, albæ Columbæ, vel Ægyptiæ
IVNONI, Vacca immolabatur.
RHEÆ seu CIBELI Deorum matri, proprio sanguine litabant sacerdotes ; imò vt mundiores essent in peragendis huiusmodi sacrificijs, genitale sibi quodam acuto lapide abscindebant ; & Athenis alibi cicutam bibebant, vt vim libidinis extinguerent, & mulieres ex viticis folijs lectos sibi ad illicita desideria refrænanda, sternebant.

Vestæ Bos grauida. Arnob.

VESTÆ & TELLVRI, Bos forda seu grauida dicabatur ; sunt qui Telluri nigras victimas oblatas dicant ; de quibus Arnobius ait, Telluri scropha ingens fœta immolatur.

Bellonæ sacra Sacerdotum cruore peragebantur.

BELLONÆ sacra non bestiarnm victimis ; sed suo ipsorum sacerdotum cruore peragebantur ; gladijs enim districtis, quos vtraque manu tenebant, humeros sibi ac lacertos feriebant.

Lunæ Sus.

Ægyptij denique LVNÆ tantùm & LIBERO Suem, reliquis Dijs boues mares, vituloque, & anseres immolabant, capram tamen & hircum nullo modo.

Stellis Volucres.

ASTRIS & STELLIS Volucres dicatæ fuerunt ; Isidi anser, gallus Nocti & Laribus, nonnunquam porcus. Apud Tussas in Ægypto cornutæ Veneri bos ob similitudinem dicabatur.

Atque ex his omnibus apparet, eam cuique Deorum dicatam victimam, quæ naturæ eius magis consentanea foret.

CA-

CAPVT XI.

De Brutorum cultu Aegyptijs proprio.

REctè & ſapienter lapſuum, errorumque humanorum cauſam philoſophus ſtatuit leuitatem, & humanæ mentis inconſtantiam; quâ inſtigati homines, animum ad nouos ſacrificiorum ritus, cœrimoniaſque condendas, applicuerunt, vnoquoque id, quod ei proprium ingenium, Geniuſque ſuggerebat, inſtituente; quæ omnia facta eſſe exiſtimo, partìm ſtultorum hominum inſcitia, & ignorantium, quantum ratio & religio requirat; partìm falſis inſidijs ſacerdotum, qui per varietatem cœrimoniarum rem in precio retinere, cùm res ridiculæ potiùs iure videri poſſent, quæ fierent rectè intuentibus, quàm vllam ſanctitatẽ continere videbantur. Partìm etiã fiebat hoc dæmonũ malignorũ fraude, cùm eſſet adhuc poteſtas tenebrarum, qui per has ambages homines in ſeruitute alienâ retinere, & perpetuò falſæ religionis atque idololatriæ vinculo aſtringere nitebantur; neque vllam liberè reſpirandi animis illis ſuperſtitionibus oppreſſis concedebant facultatem, vt poſſent tantum fallaciarum ſecum parumper conſiderare, & aliquando cognoſcere, quam abſurdam, quam vanam, quam ridiculam, quam omni ſcelerum genere contaminatam religionem complecterentur.

Cœcitas Ægyptiorum in cultu Deorũ.

Inter cœteros autem mortalium Ægyptios potiſſimùm hâc cœcitate laboraſſe, Plutarchus teſtatur; ac proindè mirùm non eſt, eos in ridiculas & ſtolidas ſuperſtitiones prolapſos, tam inuiſa Deorum monſtra peperiſſe. Nam cùm ij (vti dictum eſt in præcedentibus) præcipuos Deos Solem & Lunam, ſeu Oſiridem & Iſidem, totius Vniuerſi moderatores venerarentur; præter innumeras fabulas, & anilia deliramenta eis afficta, eò paſsìm ſtolidâ quâdam opinione perſuaſi deuenerunt; vt omne id, quod ſimilitudinem aliquam ad Solem aut Lunam obtineret; aut quod proprietatibus polleret phœbæis, id veluti ſolaris animæ particulam ſanctè obſeruarent; ex quo multiplex ille pantomorphorum Deorum cultus originem inuenit. Hinc quoque Dij iſti ridiculi, quos in hunc diem ceu gentilis veſaniæ teſtes intuemur, κωννκεφάλους, ἱεροκοκεφάλους, αἰλυροκέφαλους, ὀφιοκεφάλους, ὀρνιθοκεφάλους, ταυροκεφάλους, aliaque ſexcenta huius farinæ monſtra, & portenta prodierunt, in quorum cultum Sedulius egregiè inuehitur, cùm canit:

Heu miſeri, qui fama colunt, qui corde ſiniſtro Sedulius.
Relligioſa ſibi ſculpunt ſimulachra, ſuumq́
Factorem fugiunt; & quæ fecêre verentur.
Quis furor eſt; quæ tantâ animos dementiâ ludit,
Vt volucrem, turpemq́ bouem, tortumq́ draconem,
Semihominemq́ canem ſupplex homo pronus adoret.

Tertullianus ſimiliter in Senatorem ex Chriſtiana religione ad idolorum ſeruitutem conuerſum, inuectus, vanam hanc Religionem ſic increpat:

Tertullianus.

Quis patiatur enim te magnam credere matrem
Posse Deam dici, rursuſq; putare colendam,
Cuius cultores infamia turpis inurit,
Res miranda ſatis, deiectaq; culmine ſacro,
Si quis ab Iſiaco Conſul procedat in Vrbem,
Riſus oris erit; quis te non rideat autem,
Qui fueris Conſul, nunc Iſidis eſſe Miniſter
Brutorumq; Deum ſeruus.

Diſſenſio Ægyptiorum in Dijs colendis.

Diodorus porrò ait, maximam fuiſſe Ægyptiorum in brutis colendis diſſenſionem. Nam Lycopolitani abſtinebant à pecoribus, ne lupum, quem veluti Numen adorabant, debito pabulo priuarent; Oxyrinchitæ piſcem; Cynopolitani canem Numinis loco habebant.

Narrat Plutarchus ſuo tempore crudele bellum inter Oxyrinchitas & Cynopolitas exarſiſſe, eò quod hi Oxyrinchum piſcem, quem diuinis honoribus colebant, Oxyrinchitæ, deuoraſſent; illi verò canem apprehenſum, cui veluti Numini litabant Cynopolitæ, vltione facta, mactaſſent. Meminit huius diſſidij quoque S. Athanaſius: *Omne*, inquit, *diſſidium, bellumque continuum inter Ægyptios æſtuans, originem à diuerſitate animalium, quæ adorabant, duxiſſe arbitror. Crocodilus enim, qui ab alijs, vt Deus colebatur, ab alijs velut ſummum malum, ac execrandum animal,* (in quod Typhonem fratricidio commiſſo commutatum credebant) *odio erat & abominationi. Leopolitani Leonem adorabant, quem Collimitani vti crudelem belluam ad perdendum inquirebant; in diuerſis enim partibus, diuerſas beſtias cultas oſtendit Diodorus. Bos quidem in Memphi; Mnenis in Heliopoli; Hircus in Mendete, ad lacum Meridem Crocodilus, Leo in Nomo Leontopolitano.* De Boueſeu Apide culto ſuprà abundè dictum eſt, à quo, teſte Lactantio, Iſraëlitarum Moſcholatria in deſerto profluxiſſe videtur. Sic enim ait: *Iſraëlitæ depoſita iam Ægyptiacâ ſeruitute, iam fame ſitique depulſâ, in luxuriam prolapſi ad profanos Ægyptiorum ritus, animos tranſtulerunt. Nam Moyſe in montem aſcendente, illi aureum caput Bouis, quem Apim vocant, quod eos ſigno præcederet, figurarunt.* Herodotus ait Latopolitanos, piſcem huius nominis veneratos, Hermopolitanos Cynocephalum vel Simium; Cœpas Babylonios; Thebanos Aquilam; Leontopolitanos Leonem; Mendeſios Capram; Atrebytas murem & ranam, cultu diuino proſecutos, queîs aſtipulatur S. Athanaſius. *Tantopere*, inquit, *quidam mente prolapſi ſunt, tantiſque tenebris animum ſuum inuoluerunt, vt quæ nullâ ratione eſſe poterant, aut vnquam conſpecta eſſent, ea excogitârint & Numina fecerint: quippè qui bruta rationabiliaque animalia inuicem permiſcentes, & in vnam ſpeciem contrahentes, pro Dijs colant. Quales ſunt apud Ægyptios, Canicipites, Serpenticipites, Aſinicipites, & in Lybia Iuppiter & Ammon veruecino capite configuratus.* Hæc S. Doctor.

S. Athanaſ. orat. cont. Iulian.

Lactantius.

Cultus vituli aurei in deſerto ab Ægyptijs.

Herodotus.

Cultus diuerſorum animalium apud diuerſas vrbes Ægypti.

S. Athanaſ.

Numina compoſitæ naturæ.

Sed quod magis mirùm non irrationalia animalia tantùm, ſed & res etiam vita ſenſuque carentes, vti Nilum, terram, porrum, cœpas, allium, aliaque ſimilia, Numinum loco ſtulta gentilitas tenebat; de quibus elegantèr ſanè & feſtiuè ludit Iuuenalis:

Cultus rerũ ſenſu vitaque carentium.

Quis

Quis neſcit Voluſi Bithynice qualia demens
Ægyptus portenta colat; Crocodilon adorat.
Porrum, & cœpe nefas violare, ac frangere morſu,
O ſanctas gentes; quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina.

Iuuenal.

Sedulius quoque ad maximam hominum ſtoliditatem, atque in beſtijs colendis inſanum zelum alludens, ſic canit:

Nonnulli venerantur olus, molleſque per hortos,
Numina ſicca rigant, verique hâc arte videntur
Tranſplantatorum cultores eſſe Deorum.

Sedulius. Tranſplantatores Deorũ Ægyptij.

Stolidam quoque hanc Ægyptiorum ſuperſtitionem non minùs doctè, quàm feſtiue depingit Comicus argutiſſimus Anaxander de Rhodiano hoc enneaſticho:

Haud eſſe queo vobiſcum commilito
Concordibus; nec moribus, nec legibus
Per maxima interualla differentibus.
Bouem colis: Deis ego macto bouem;
Tu maximam anguillam Deum putas, ego
Obſonium credidi ſuauiſſimum.
Carnes ſuillas tu caues, at gaudeo
His maximè; canem colis, quem verbero
Edentem vbi deprehendo fortè obſonium.

Anaxander de Rhodiano.

ἀντίϛασις cultus Deorum.

Non ſtetit hìc Ægyptiorum vanitas, cùm eas res quoque, quæ ſine pudore & verecundia recenſeri vix poſſunt, Numinis loco habuerint, vt teſtatur Lactantius his verbis: *Num peiùs nos deſtruimus Religiones, quàm Natio Ægyptiorum? qui turpiſſimas beſtiarum ac pecudum figuras colunt? quædam etiam pudenda dictu, tanquam Deos adorant.* Teſtatur idem Minutius Felix in Octauio his verbis: *Ægyptij cum pleriſque vobiſcum, non magis Iſidem, quàm cœparum acrimonias metuunt: nec Serapidem magis, quàm ſtrepitus per pudenda corporis expreſſos extimeſcunt.* Aſtipulatur huic Origines: *Taceo nunc*, inquit, *eos Ægyptios, qui venerantur ventris crepitus, ad quorum imitationem, ſi quis philoſophatur, ſeruando ritus patrios, ridiculus philoſophus erit, faciens quæ philoſophum non decent.* Meminit quoque ridiculæ huius latriæ S. Hieronymus his verbis: *Vt taceam de formidoloſo, & horribili cœpe, & crepitu ventris inflati, quæ Peluſiaca religio eſt.* Cuius quidem olidæ religionis aliam cauſam non reperio, niſi vanam ſuperſtitionem & obſeruantiam Ægyptijs quaſi innatam. Dùm enim panico quodam Deorum metu perculſi, nihil non in humanis actionibus ominoſum putarent; mirum non eſt, eo dementiæ eos deueniſſe, vt indecoris huiuſmodi ſtrepitibus nonnihil diuinum ineſſe exiſtimârint. Accedebat frequens dæmonum illuſio, qui ora-

Res pudendas Numini loco habent.

Lactantius.

Minutius Felix.

culis, simulachrisque se insinuantes, consulentibus responsa non ex ore, sed ex ventre promebant; de quo Isaias c. 29. conqueri videtur, dùm dicit: *Et Ægyptij sciscitabuntur Idola, & apud Magos, Pythones, & Gnostas.* Vbi loco (Pythones, & Gnostas) habetur אובות וידעונים Oboth vaidgonim; Oboth autem idem significat ac vtres, ita Iob 32. *Ecce venter meus est, sicut vinum non apertum, sicuti* oboth, id est, *vtres noui, ita rumpetur*. Ex quo nonnulli non leui cõiectura arbitrantur, Pythones ab vtribus dictos, quod qui tali spiritu afflati essent, ore clauso ex ventre, perindè acsi ex vtre seu lagenula responsa sua depromerent: non incongruè; indè enim à Græcis ἐγγαστρίμυθοι, quasi diceres ventriloquos, appellati sunt. Est enim fallacissimorum immundorumq; spirituũ propriũ, humano generi impurissimis actionibus illudere, id est è pudendis corporis partibus responsa dare. Quod superstitiosæ & imperitæ genti, dùm nescio quid sacrum videbatur: mirùm non est, & crepitus inter diuini cultus ritus ab Ægyptijs summâ quâdam animi stoliditate repositos fuisse. Sed præstat has sordes alto supprimere silentio, quàm fœtore eorũ abominando teneris mentibus nauseam concitando, officere. Qui plura de his & similibus, potissimùm tamen de cura maxima, quam in bestijs alendis seruabant, desideret, consulat Diodorum, & Plutarchum, qui fusè eas, eorumque alendorum, colendorum, sepeliendorumque rationem describunt.

Quid Python & ἐγγαστρίμυθοι

SYN-

SYNTAGMA IV.

QVOD DICITVR

ΠΑΝΘΕΩΝ HEBRAEORVM,

SIVE

De Dijs, varijſque Hebræorum, Syrorum, Chaldæorum, Babyloniorum, Perſarum, Samaritanorum, Arabum, aliarumque Aegypto vicinarum gentium idolis, lucis, aris, ſacrificijs, ac cœrimonijs.

CAPVT I.

De Idolis Hebræorum, ſiue de falſorum Numinum cultu, ab Aegyptijs ad Hebræos propagato.

QVANDOQVIDEM in præcedentibus Capitibus de Origine, & diuerſitate Deorum, de ſacrificijs deniq;, atq; falſorum Numinum cultu Ægyptijs vſitato fusè tractatum eſt, operæpretium me facturum exiſtimaui, ſi hoc loco ſtylum ad antiqua Hebræorum idola, eorumque originem conuerterem; cùm enim, teſte Clemente, Hebræorum myſteria, ritus, cœrimoniæ, cœteraque ſacramenta quam ſimillima ſint Ægyptiorum myſterijs; Ægyptij quoque plurima ab Hebræis, ſicuti hi ab illis mutuata, reciproci iuris fecerint. Hinc futurum ſperamus, vt ex huiuſmodi myſteriorum vtriquè populo communium comparatione, Oedipus hìc noſter illuminatus, maiora indies in indagandis Ægyptiorum arcanis incrementa ſit capturus.

Clemens Alex. l. 5. ſtromat.

Notandum itaque duo fuiſſe hominum genera, quorum ſtudio & & machinatione idololatria Ægyptiorum ad Hebræos deuenerit. Primi generis fuit reproba illa Chami progenies, de qua in præcedentibus capitibus varijs locis dictum eſt; vti & Iſraëlitæ, qui inter Ægyptios commorabantur, ſuperſtitioſâ eorum doctrinâ infecti. Secundi generis fuerunt Salominis pellices, mulieres alienigenæ maximè Ægyptiæ, quarum blanditijs & doloſo amore ſacræ literæ, aiunt, irretitum Salomonem, fana, aras, lucos exſtruxiſſe; idola queîs adoleret, erexiſſe. Cuius prauo exemplo ſeducti cœteri ſucceſſores eius Reges Iſraël, ſi paucos exceperis, omnes huic improbo cultui adhæſêre, vt in ſequentibus de Ieroboamo, Achabo, Manaſſe, alijſque oſtendetur. Sed ad Archidololatras reuertimur.

Chami progenies & Concubinæ Salomonis Ægyptias ſuperſtitiones Hebræos docuêre.

4. Reg. 23.

Cham itaque, Miſraim, Chus cum filijs ſuis Nimbrod, Canaam, & Zaba, vti primi fuerunt Ægypti incolæ; ſic primi quoque omnis ſuperſtitionis, ac idololatricæ impietatis extitêre Authores; quorum improbis

Cham primus idololatriæ poſt diluuium inuentor.

bis moribus, prauiſque diſciplinis imbuti Ægyptij, ſucceſſu temporum, tùm aliàs ſibi vicinas gentes, tùm vel maximè Hebræos, quibus cum ducentis penè annis morabantur, inſtituti ſui habuêre ſectatores; neque difficilè fuit carnali populo, ac ſenſuum voluptatibus immerſo, ea amplexari dogmata, quorum ope ad totius felicitatis apicem ſe peruenturos ſperabant. Accedit, tranquillam illam, pacificam, ac denique fortunatiſſimam Ægyptiorum vitam, quam indefeſſo idolorum cultui, ſacrificijs alijſque impijs artibus ceù vnicæ cauſæ acceptam ferebant; in animis hominum maleferiatorum, magnum pondus habuiſſe. Quod vel ex hoc vnico manifeſtum eſſe poteſt; cùm Ægyptiacâ hâc felicitate, ac famâ rerum memorabilium excitì non Hebræi tantùm, ſed & Perſæ, Arabes, Phœnices, Syri, Babylonij, Græci, eo animo in Ægyptum ſeſe contulerint, vt mirifica illa diſciplinarum ſacerdotalium cognitione imbuti, earumque ope arcanorum Iſiacorum facti participes, eam quoque, quam, Ægyptij felicitatem conſequerentur.

Iſraëlitæ primi cultu Ægyptiaco infecti.

Erat moris in Ægypto, varijs contra malorum incurſus vti phylacterijs; horum itaque vſu, cum Hebræi aduerterent, ſecuram Ægyptios vitam ducere; & ipſi vt hanc ſecuritatem conſequerentur, animum inceperunt adijcere ad ſuperſtitioſas illas imaginum ſculpturas, quas ſub certo ſiderum poſitu, ex varia materia, aſtris conueniente, confectas, in collo, manibus, cingulis continuò portabant. Iterum Ægyptij terrenorum bonorum, quâ fruebantur, abundantiam, ſedulo Apidis cultui aſcribebant; hinc Iſraëlitæ in deſerto commorantes ſqualido, & aquarum penuria laborante, cum cœpæ, allia, ollæ carnium, ſimiliaque carnalium hominum oblectamenta deeſſent; memores Ægyptiacæ felicitatis, & ipſi Apidem erexerunt, ſperantes futurum, vt eius aſſiduô cultu, dicta terræ bona conſequerentur. Hinc quoque Portatiles illi Dij, quos Theraphim appellant, ac ſexcenta alia idolorum monſtra, de quibus in ſequentibus tractabimus, emerſiſſe videntur; quæ quidem breui tempore eos in electa gente fecerunt progreſſus, vt illuminatiſſimus Doctor dubitantium R. Moſes, dictus Rambam, cùm hanc gentis ſuæ ad gentilium ritus propenſionem conſideraſſet, legem non alia de cauſa Moyſi datam luculenter demonſtret, niſi ad impias Ægyptiorum conſuetudines ab Hebræis imbibitos, ſalutari lege abolendos.

Phylacteriæ Iſraelitarum ab Ægypto.

Hebræi in omnibus Ægyptios imitati ſunt.

Apis in deſerto cultus.

Theraphim Laban.

Verùm quandoquidem citati Doctoris verba ingens hieroglyphicis rebus lumen adferre poſſunt, viſum fuit hìc ea ad longum per partes tamen producere; cùm non tantùm ea, quæ in præcedentibus diximus, confirment; ſed & dicenda impoſterum veluti in Synopſi quadam fideliter & eruditè exhibeant. Verba eius ſunt ex libro manuſcripto Hebraico, quem מורה נבוכים hoc eſt, Doctorem dubitantium appellant, deſumpta. Rambam in more nebuchim l. 3. c. 3.

R. Moſ. Ægyp. Ben Maymon ſeu Rambam l. 3. c. 3. more nebuchim.

המצוות אשר כלל אותם זה הכלל השני הם מצוות אשר ספרנום בהלכות ע"ז ומבואר הוא שהם כלם להציל ממעות ע"ז ומדעות אחרות בלתי אמתיות ותתגלגלו עם עז כמעוכן ומנחש ומכשף:

Præcepta, inquit, *quæ continet pars ſecunda, ſunt omnia illa præcepta, quæ reſpi-*

respiciunt idololatriam. Notum est autem, quod ratio & causa omnium taliun præceptorum est euadere errores idololatriæ, aliasq; fallaces opiniones, & iniqua dogmata; & continentur inter ista præcepta de augurio, de diuinatione, & de arte magica, & de omnibus alijs similibus.

Præceptaà Moyse præscripta contra idololatriam Ægyptiorum.

His itaque præmissis Rambam in hunc modum sua verba prosequitur:

Rambam.

וכשתקרא כל הספרים אשר זכרתי לך יתבאר לך שהכשוף אשר תשמע אותו הוא פעולות שהיו עושין אותם הצאבאי הכשדיים והכלדיים ויותר היה בכנענים ובמצרים היו מביאים לחשוב בהם או היו חושבים שהם יעשו מעשים נפלאים במציאות אם לאיש אחד או לאנשי מדינה:

Ars magica Zabæorum.

Cùm verò, inquit, *legeris omnes libros, quos commemoraui tibi; explicabunt illi tibi; quod ars Magica, de qua audiuisti, quam colebant, Zabæi, Casdim siue Babilonij, Chaldæi, & plura adhuc eorum operum erant apud Cananæos, & Ægyptios, quibus decipiebant alios ipsi decepti, & putabant, quod in illius virtute opera miranda patrarent, in esse vel aliter homini, vel hominibus alicuius ciuitatis.* Ex quibus primò patet, Zabæos, qui sunt ex progenie Tsaba filij Cus, Ægypto vicinas gentes, vti & Chaldæos, Babylonios, Chananæos, pleraque dogmata ab Ægyptijs primis hausisse; quod indicatur clarè hisce verbis; plura operum erant apud Aegyptios, quibus decipiebant alios, & quibus mirabilia se facere posse arbitrabantur. His itaque propositis Rambam discursum suum sic prosequitur.

Rambam.

ותדע שכוונת התורה כלה וקטבה אשר עליו תסוב הוא הסרת ע"ז ומחות זכרה ושלא יחשב בכוכב מן הכוכבים שהוא מזיק או מועיל בדבר מאלה הענינים נמצאים לבני אדם שזה הוא המביא לעבדם התחייב בהכרח שיהרג כל מכשף כי מכשף הוא עובד ע"ז בלא ספק אמנם התנת ברובם שיעשום הנשים ע"מ מכשפה לא תחיה ועוד למחלת בני אדם בטבע להרוג הנשים ולזה באר גם כן בע"ז לבד איש או אשה וכפל ואמר את האיש או את האשה מה שלא בא כמו זה לא בחילול שבת ולא בזולתו וסבת זה רוב התחלה עליהם בטבע וכאשר היו המכשפים חושבים כשופיהם שהם עושים מעשה ושהם בפעולות החם מגרשות החיות הרעות מן העיירות כאריות והנחשים וכיוצא בהן ויחשבו גם כן שהם בכשופיהם ידהו מיני נזקין מצמח האדמה כמה שנמצא לחם פעולות יהרגו התולעת מן הכרמים עד שלא יפסידם וכבר תאריכו בהריגת תולעת הכרמים ר"ל הצבאה ודרכי האמורי הנזכרים בספר העבודה גובשיה:

Astrologia Aegyptiorum.

Scito igitur, quod intentio legis totius, & columna, super quam posita est, fuerit, euellere idololatriam & destruere: vt si credatur, quod aliqua de stellis nocet & officit, in aliqua istarum rerum, quæ inueniuntur in singularibus hominum; & quoniam illa opinio inducit homines ad seruitium illorum; secutum est necessariò, quod occideretur omnis magus, quia talis seruit Idolis sine dubio; quamuis eius seruitium sit in vsu aliarum rerum extranearum, & separatarum à via seruitij gentium respectu idolorum; & quoniam illa in pluribus talium operum non admittebantur ad faciendum ea, nisi mulieres, idcirtò dixit, Magam non patieris viuere: quamuis in natura hominum inueniatur pietas, vt non occidant mulieres, & propter hoc in ratione idololatriæ fecit mentionem de viro, & de fœmina. Et iterum dixit, Virum & mulierem. Non est autem tale dictum aliquid in violatione Sabbathi, nec in alijs prohibitionibus præterquam in ista. Et intentio fuit propter pietatem hominibus naturaliter insitam respectu mulierum. Et quoniam

Magi

Falsa opinio Magorum de vi suæ artis.

Magi putant, quod ars magica potentiam habet, ad exterminanda nociua animalia de ciuitatibus, sicut serpentes & scorpiones, & alia huiusmodi; & putant quod magica prohibeant genera damnorum, quæ plantis accidunt; sicut inueniuntur opera, per quæ credunt se grandinem repellere, & alia opera ad occidendos vermes vinearum; & multa dixit gens Tsabæorum Ægyptiorumque, & interfectionem vermium vinearum per vias Amorrhæi, de quibus fit mentio in libro de seruitio Ægyptiaco. Et similiter putant, se habere opera, per quæ prohiberi possit casus foliorum, nucum, & aliarum arborum; & propter hæc omnia nota, dixit in verbis firmationis legis. Si ambulaueritis in seruitio idolorum, & in operibus magicis, de quibus putatis, quod remouebuntur à vobis damna, propter ipsa, occasiones accidunt vobis & damna, sicut dictum est. Immittam vobis bestias agri, & nocebunt vobis &c. Summa igitur istius rationis est, quod omnia, quæ facere putant idololatræ ad confirmandum seruitium suum, per illa effugere possint damna; vt inducant homines in hanc incredulitatem; illa sunt, de quibus fecit mentionem in verbis firmationis, quia in faciendo talia seruitia, deficient prædictæ vtilitates. Ostensum itaque tibi, quæ fuerit intentio legis in proponendis benedictionibus & maledictionibus, quæ continentur in verbis confirmationis in istis particularibus separatis, & non in alijs, & intellige mensuram huius vtilitatis magnæ; eodemq; modo, vt elongaret homines ab omni opere magico, prohibuit omnia, quæ pertinebant ad magicam artem, etiam illa, quæ dependent à cultura terræ, & de scientia eius, scilicet omnia, quæ dicunt esse vtilia in hoc, quæ non cadunt in considerationem naturalem; sed sunt consueta secundùm considerationem illorum in vsu talium rerum, & idcircò dictum est in lege: Non ambulabitis in ritu gentium, & consuetudinibus earum, quæ vocauerunt sapientes vias Amorrhæi, quæ sunt rami artis magicæ, quæ attribuuntur rebus Astronomicis necessariò, & quasi per quendam circuitum procuratur honor stellarum, & seruitus earum. Dixerunt etiam sapientes palàm, quod omnia medicinalia, non hæsitabimus in illis per vias Amorrhæi. Item omnia, quæ consideratio naturalis exigit, sunt licita, & alia sunt prohibita; secundùm quod dictum est, Arbor cuius fructus cadit, oneretur lapidibus, & vngatur tinctura. Sapiens autem considerans istud opus dixit: Bonum est vt oneretur lapidibus, & virtus eius debilitetur: sed quare vngetur tinctura; patet igitur, quod si tingatur tinctura rubea dicta Arabicè Almagra, vel cum aliquo simili, cuius causam non apprehendit ratio; prohibitum est fieri per vias Amorrhæi. Similiter dixerunt de abortiuo, vbi sepeliatur: & dixerunt, non suspendetur in arbore, nec sepelietur in biuio, quia illud est de vijs Amorrhæi. Non videatur tibi contrarium, quod videbatur licere, sicut clauum in latibulo suspendi; quoniam in tempore illo putabant, quod per viam experimenti fiebat hoc, & intellexerunt, quod talia erant medicinalia, vsque sunt herba quâdam, quam suspendebant de ceruice dementis, & vocatur Femura, & dabant stercus caninum in potum laborantibus scrophulis, & subfumigabant cum aceto, & cum alia medicina, quæ vocatur Martesica, in infirmitate genuum vehementi: quorum omnium vtilitatem experti erant; licèt ratio causam non apprehendat: & idcircò licita fuerunt nomine medicinæ.

Liber de seruitute Ægyptiorum.

Intentio legis diuinæ.

Medicinblia Amorrhæorũ

Magicæ superstitiones.

Legis præcepta opposita legibus Aegyptiorum.

Ex quibus omnibus liquet, totam legem Hebræorum fuisse quasi parallelam legibus improbis gentilium, eisque veluti è diametro oppositam,

tam, intentionemque legis fuisse primariò ad idololatriam disperdendam, & ad delendum nomen eius, omniumque rerum pertinentium ad eam; & quicquid inducit ad aliquod opus eorum, sicuti אב Ob, & ידעון Ideon, & traducere filios per ignem, & magum, & augurem, & diuinum, & requirentem mortuos, & prohibuisse generali præcepto assimilari operibus eorum; in tantum, vt ne vestibus quidem aut cibis, aut coloribus consimilibus vestimentis Aegyptiorum, vterentur; quod citato loco testatur Rambam dicens:

והנה ביארנו בחבורנו הגדול שחקפת פאת ראש ופאת זקן אסור מפני שהוא תקון כומרי ע"ז וחיא הסבה גם כן לאסור השעטנז כי כן היה תקון הכומרים גם כן היו מקבצים בין חצמה ובעלי חיים בלבוש אחד וחיח חותם אחד בין המוצאים בידד תמצא זה כתוב בספריהם וחיא הסבה גם כן באמורו לא יהיה כלי גבר על אשה ולא ילבש וג"ו תמצאחר בספר קנטיר יצוה שילבש האיש בגד אשה צבוע שיעמד בכוכב נוגה ותלבש האשה חשריון וכלי בעמרת למאדים ובו גם כן אצלי סבה אחרת וחוא שזה חפועל מעורר התאוות ומביא לידי זנות *Rambam.*

Nunc igitur, inquit, *audi mirabilia nostra magna, quoniam rasio comæ & barbæ prohibita est; quia seruus idolorum apud Ægyptios sic solebat incedere. Eâdem quoque ratione in prohibitione fuit; ne quis induat vestem de lino vel lana, vel contextum, quia tali veste vtebantur seniores idolorum; qui coniungebant in vestibus suis de plantis & animalibus; & faciebant signum in manu sua de aliqua specie metallorum; & hoc est scriptum in libris eorum. Illud autem est propter quod dicit; non accipiet mulier arma viri, neque vir induatur veste muliebri. Inuenies autem in libro artis magicæ seu absconditorum, quæ composuit Centir; quia dicitur ibi, vt vir induatur veste muliebri picta, cùm steterit coram stella, quæ vocatur Venus, & mulier assumet loricam & arma bellica, cùm steterit coram stella, quæ dicitur Mars. Est etiam hic alia ratio, quoniam opus illud suscitat concupiscentiam, & inducit genera fornicationum.* Cur barba rasa in sacra scriptura prohibita. Centir author Arabs libro artis magicæ.

Atque hactenus Rambam. Cui Abenephius Arabs ita consentit, vt huiusmodi antiquorum Aegyptiorum opiniones ex vno Authore collegisse videantur. Nam & ipse ostendit fusè Ægyptiorum sacras disciplinas apud Hebræos mansisse, ac proindè ne totam gentem, hæc falsa Ægyptiorum religio inficeret; Legem à Deo datam, quâ superstitiosi Hebræorum animi in nimia prosecutione cultus externi cohiberentur. Verùm quandoquidem eius animaduersiones dignæ sunt, vt sedulò expendantur; eas hîc adducere voluimus, & simul monstrare, quanti in Arabum, & Hebræorum monumentis adhuc lateant thesauri, Latinis incogniti, quantumque ea conducant, ad quamuis reconditarum rerum explorationem; sic itaque dicit Arabicè:

فبتدي بشرح تعليم الحكيما مصر البن معرفتها مهمة لكل من يريد ويرغب الحكيمة الفلسفا مصر وتعلم لان من اخل عبادة الاصنام الحكيما مصر تمنعنا وايضا كل عبادة الاصنام والشحر ومن الاحكام بالغايب وايضا الجميع العبادة الرديه التي تجوز وعوض ذلك تامرذا اذنا نعتقد ونعبد وفوقر الاله الواحد ولاجل ذلك يامرذا في الوصية الاولى ان لانسجد لاله غيرة لان كثيرين من اسريئيل خطوا مع معوسين وغير المومنين في مصر بسجودهم الجليقة دون الخالف وخطوا ايضا مع المنجمون والسا حرون *Abeneph. l. de mysterijs Aegyptiorum.*

حرون الذين يعبدون الشيطان كالهم

Incipimus iam explicationem doctrinæ ſapientum Ægyptiorum, cuius cognitio neceſſaria eſt omni philoſophorum Ægyptiorum ſapientiam ſcire exoptanti. Scias itaque quod ob idololatriam ſapientum Ægyptiorum, Deus lege data prohibuit omnem ſeruitutem alienam & magiam & diuinatorias, queis occultæ res diſcernuntur; omnem denique cultum improbum & illicitum; & loco illius præcepit nobis, vt confiteremur & ſeruiremus ei, & honoraremus Deum vnicum, & propter hoc mandauit nobis in primo præcepto, ne adoraremus Deum præter ipſum; quoniam multi ex Iſraël peccarunt, & præuaricati ſunt cum Gentilibus & Paganis Ægyptijs adorando pro Creatore creaturam, præuaricati quoque ſunt in improbarum artium exercitio, cum Magis, Ariolis, aliſque diuinatoribus, qui ſeruiunt Dæmoni ſicut Deo eorum; Et ideò tota lex opponitur erroribus antiquorum. Nam notum eſt, quòd Ægyptij ſolebant imagines exſtruere, & idola diſponere in montibus excelſis. Et ad orientem conuerſi ea adorare, maximè verò Solis ſimulachrum; ideò lex abrogat excelſa, & conuerſionem verſus orientem, & ideò dicunt Sapientes gloria in occidente eſt. Iterum Ægyptij ſolebant in ſumma veneratione habere boues, arietes, hircos, & ea animalia occidere grauiſſimum piaculum arbitrabantur. Hebræos verò, vt ab hoc ritu auerterentur, lex contrarium docuit; immolationem nempè boum, arietum, hircorum. Prætereà illi Solem, Lunam, Stellas, planetas veluti Numina colebant. At lex Iſraëlitica docuit non ſcandalizari in aſpectu ſiderum, & militiæ cœli. Porrò in ſacrificijs Ægyptiſacerdotes fermento & melle vtebantur, ſalem verò, quem Typhonis ſpumàm dicebant, abominabantur. Verùm lex fermento & melle neglecto in ſacrificijs ſalem adhibebat. Erat denique frequens in Ægypto vſus phylacteriorum varijs imaginibus inſignitorum, queis ſe fortunatos futuros eſſe credebant; queis adiungebant ſtatiunculas quaſdam, quas auertentes nuncupabant; quas nunc in collo, pectore, manibus portare, nunc in angulis domuum, aliſq; locis veluti cuſtodes eorum collocare ſolebant. Quos vſus omnes, lex in Thephilin & Mezuzoth & Totaphot conuertit; quæ quidem nihil aliud erant, quàm coria ex mundo animali, in quibus verba Dei legis ſeruandæ continuam memoriam ſuadentis & præcipientis ſcribebantur, ponebanturq; ſuper frontem, & brachia, & poſtes portarum. Vides igitur quo modo ex occaſione variorũ rituum Ægyptiorũ, quæ iam totum orientẽ occupabant; lex eos prohibens reſultarit.

Hebræorum lex prorſus contraria legi Aegyptiorum

Statuæ Ægyptiacæ portatiles.

Frontalia Hebræorum.

Atque hucuſque Abbenephi, quæ ita propè ad illa, quæ ſuprà ex Moſe Ægyptio adduximus, accedunt; vt penè eadem dicas; vndè colligo hoſce duos Authores, hæc de antiquis Ægyptiorum conſuetudinibus ex ijſdem Authoribus Arabicis, qui tùm temporis ob antiquitatem eorum in ſumma æſtimatione erant, deſumpſiſſe; crebrò enim ab vtroque liber Centir, de Magia Ægyptiorum, & Mauri cuiuſdam Arabis de ſeruitio Ægyptiaco, & Ezechias denique de medicaminibus eorum, citantur. Sed hæc alibi maiori ſtudio diſcutiemus. Qui verò plura de huiuſmodi modò recenſitis ritibus Hebræorum, & Ægyptiorum deſiderat, Thoſaphta Thalmudica, R. Sampſonem, R. Eliam Miſrachi, Iudam Tibonidem, Gedaliæ Catenam Cabaliſticam, alioſq; Commentatores Hebræos, quos infrà citabimus, conſulat, in ijs enim omnia, quæ ſuprà diximus, confirmata reperiet.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SEVILLA

CA-

CAPVT II.

De particularibus Idolis Hebræorum, & de comparatione eorum cum Idolis Aegyptiorum, à quibus primùm ea dimanarunt.

De cultu Ignis.

CVm nihil in hoc mundo cœleſtibus iſtis ignibus, Soli, Lunæ, Stellis, igne noſtro elementari ſimilius ſit, vtpotè, quem ignis ſolaris omnibus in rebus ſparsim latentis particulam antiqui crederent; mirùm ſanè non eſt, eum ab omnibus Orientalibus tantô ſtudiô, curâ atque ſolitudine cultum eſſe. Fuerunt autem huius cultus Authores primi Miſraim, & Chus Chami filij; quorum hic per filium Nembrod eum ad Babylonios, Aſſyrios, Phœnices; ille per poſteros ad Ægyptios, Perſas, Arabes, Lybios primus perduxit. Inter cœteras autem gentes poſt Ægyptios, ignem à Chaldæis & Perſis maximè cultum; teſtatur de illis quidem hiſtoria Canopi ſuperiùs ex Ruffino, & Suida relata. De his verò Agathias, qui ignem maximum Perſarum Deum fuiſſe aſſerit, eumqu à Zoroaſtre, quem nos ſuprà cum Mithra, ſeu Miſraim, & Oſiride confudimus, introductum primùm; à Perſeo verò propagatum eſſe demonſtrat, cui aſtipulatur Georgius Monachus:

Chus & Miſraim primi cultores ignis

Agathias l. 2. hiſt.

Georgius Monachus.

Ἐδίδαξε Περσέας αὐτὸς καὶ τὼ μυζαραὶ τγετιὼ, καὶ μαγίαν δ' λεγομένην Μεδέσης, ἐφ' ᾧ καὶ πῦρ ἐκ τᾶ ἀρανᾶ κατῆλθεν, ἐν τῇ Περσίδι, ἐξ ἃ κἠ αἰάψας, καὶ κτίσας ἱερὸν ἔθηκεν αὐτὸ ἐν αὐτῷ καλέσας τὸν ναὸν πυρὸς ἀθανάτε, καταστήσας δ' ἄνδρας δόλαβᾶς δμακνεῖν αὐτῷ, καὶ φυλάσσην ἐκέλωσε (legendum puto ἐκέλευσε vel ἐκάλεσε) τοὺς μάγυς, ὅπερ ἕως ἄρτι ἐν πολλῇ τιμῇ ἔχοντες οἱ Πέρσαι, πυρολατροῦσι. Id eſt: *Docuit Perſeus ipſos Perſas execrandas cœrimonias & magiam, quæ dicitur Meduſæ, quo regna te ignis in Perſide cœlo delapſus, ex quo alium ignem accendens, & fanum extruens in eo repoſuit, vocauitque templum ignis immortalis, & conſtituens viros prudentes, vt ſeruirent, ſeruarentq; ignem, Magos eos appellauit, quos ritus in multa dignatione habentes Perſæ colunt ignem.* Hæc ijſdem penè verbis Cedrenus de Perſide memorat, quamuis Diodorus Siculus ea Vulcano attribuat; vt vt ſit, Perſas magicis ſacris, & ignis cultu imbuiſſe Zoroaſtrum (ſiue is Cham fuerit, ſiue Miſraim, ſiue Nembrod, quos hoc idem nomen vſurpaſſe diximus) in præcedente Syntagmate oſtenſum eſt, à quibus Perſeus edoctus, nouas ignis colendi rationes, teſte Tzeze, adinueniens Iopoli, & in omn reliqua ditione conſtituit ignem vt Deum, de cœlo lapſum colere, Magos ignis ſacerdotes vocans. Vnde Perſæ & Magi cœteris elementis ignem anteponunt, eo vtentes ad Mithræ cœrimonias, tùm quia Solem (Mithram) ignium Ducem, ac luminum parentem; tùm quia, Niceta teſte, Mithram ipſum, ignis quaſi renem eſſe perhibebant. Erat igitur ignis in cultu ſummo Perſis & Babylonijs, quin & ipſi etiam plebeculæ, vt patet ex eleganti & falſo illo epigrammate, vbi Perſa quidam plebeius libentiùs ſe vitam, quàm ignem violaturum oſtendit:

Cedrenus. Diodorus l. 1. & 2.

Ioannes Tzetzes chil. 2. c. 67.

Antholog. l. 3.

- - - - - πῦρ δὲ μιῆναι
Ἠμῖν τὸ χαλεπὸ πικρότερον θανάτου.

Hinc non Solem duntaxat (quem μύδρον seu candefactũ lapidẽ dicebant) & ignem hunc elementarem; sed & quicquid ignis speciem præseferebat, colebant, Eustathio, Παίζα πυρφόρῳ ζεβεμύθης Πέρσης, asserente. Quam ob causam Pyropo quoque quasi flammas emittenti, vti Strabo notat, honorem habebant; quem & ab Ægyptijs, ad igneam Solis naturam indicandam, obeliscis & pyramidibus ideò impositum, alibi probabitur; imò eò superstitionis deuenêre, vt nihil denegaretur ijs, qui ignem in fluuium detulissent, & ni voti compotes fierent, ignem se mersuros in aquam, minarentur, vti Plutarchus meminit. Non autem à plebecula tantùm, sed maximè à Regibus colebatur ignis in ædibus ad eam rem sanctè comparatis; idque quotidiè, ait Theodoretus; quem & τὸ πῦρ ἀζβεστὸν vocat, sicuti templa ipsa πυρεῖα, in quibus Procopius ait, eum ad diuinationes seruabant, ab eo, non secùs ac à Vesta & Iano sacra omnia Romani, auspicantes. Strabo: Ὅτῳ δὲ αὖ θύζωσι θεῷ πρώτῳ τῷ πυρὶ δ' χον). *Primò*, inquit, *igni vota nuncupabant, eumq; deprecabantur*. Maximus Tyrius quoque notat quoties sacrificabant igni, *igni pabulum adferentes dicebant, Ignis Domine, comede.* Θύεσι πέρζαι τῷ πυρὶ ὑπφορωῦντες ἀυτῷ τὼ πυρὸς ζοφὼ ὑπλέγοντες, πῦρ δεσπότα ἔδιε. Hunc tantô honore afficiebant, vt eum flatu suscitare, aut cadaueribus, alijsque immundis rebus iniectis polluere, teste Strabone, & Laërtio, delictum crederent non nisi morte piandum. Omnem igitur ignis cultum â Chami progenie maximè à Chus profluxisse, ait Gregorius Turonensis, verba eius sunt. *Primogenitus Chami fuit Chus. Hic totius artis magicæ imbuente Diabolo, & primus idololatriæ repertor, primusq; statuunculam adorandam statuit; stellas & ignem de cœlo labi magicis artibus mentiebatur. Is ad Persas cùm transisset, ob id vocatus est Zoroaster, & stellam viuentem interpretantur.* Cui congruit id, quod Clemens libro 4. recognitionum tradit; *Persas genus suum ducere ab vno ex filijs Cham, qui Mesraim dicebatur, quem post obitum Zoroastrem, id est, viuum sidus appellarunt*. Ex quibus apparet, quod & vbique passim in hoc opere insinuamus; Filios & Nepotes Chami à parentis nomine, ob similitudinem actionum, morum, siderumque, igniq; cultum institutum, Zoroastres vocatos; quam æquiuocationem nominum si benè expenderis, difficilè non erit, multa loca historiarum dissona, aptè inter se conciliare. A tribus itaque hisce Magis Chamo, Misraim, Chus, sicuti astrorum, ita ignis quoque cultus per vniuersum orbem propagatus est. Ac primò quidem Misraim à Chamo doctus, in omnes regiones Ægypto vicinas, marisque insulas per filios suos Ludim, Laabim, Anamim, Phetresin eum disseminauit. Nembrod verò filius Chus cum Chanano, eum in Babyloniam, Assyriam, Phœniciam inuexit primus, qui clarissimus Astronomus, cùm vouisset, aptassetque igne de cœlo tangi, præcepit Persis, vt ossa sua post exustionem legerent, seruarent, & colerent, pollicitus Regnum Persis ereptum non iri, quamdiù ossa sua colerent. Cùm igitur fulmine Zoroastres in cineres redactus esset, reliquias eius Persæ coluerunt, quibus neglectis imperio exciderunt; quam historiam ijsdem

Eustath. in Dionys. de situ Orbis.

Plutarchus

Theodoretus l. 5. hist. eccl.

Strabo l. 15. Max. Tyrius 26. serm.

Greg. Turon. Ignis cultus à Chamo.

Clemens Alexand.

Ignis cultores.

penè

penè verbis Cedrenus recitat; non desunt tamen, qui hunc Zoroastrem multò posteriorem fuisse volunt Nimbrodo. Cedrenus enim originem eius non ex ipso Belo, quem nos eundem cum Nimbrodo facimus, sed ex eius genere deducit. Verùm cùm hæ omnes difficultates ex malè intellecta nominum æquiuocatione ortæ sint, ijs longiùs inhærere nolumus; hoc vnicum certum est, Nimbrodum ignis cultui maximè deditum fuisse, eòque non suam tantùm, sed etiam Semi progeniem, vti Nachor, Seruch, aliosque infecisse; quem Cyrillus Arbelum quoque vocans, primum, ait, in Assyria regnasse, & hominum primùm à cœteris imperij sui cultoribus Numinis existimationem venatum, in eiusque cultu Assyrios, finitimasq; gentes perseueraſſe; Nini patrem fuisse, & Belum vulgò appellatum. Constantinus Manasses in Polit: eum Belum quoque vocans, fortem & & robustum gygantem tempore Abrahami vixisse asserit. Vndè plerique Hebræorum Doctores autumant, Abrahamum de Vr Chaldæorum, quæ ignis ciuitas erat; ideo à Deo ereptum, quòd cùm ignem adorare nollet, à Chaldæis in ignem coniectus sit. Cui D. Hieronymus subscribit libro quæstionum in Genesin. Verùm non erit, opinor, lectori molestum, si Iudæorum traditionem, cuius meminit D. Hieronymus, ex antiquissimis Iudæorum monumentis seruatam illustremus. R. Salomon Iarki ex antiquo Commentario refert. Tharam Abrahæ filio suo coram Nembrod succensuisse, quod ipsius idola confregisset, atque adeò in igneam fornacem immissum fuisse, quæ confirmat Moses Gerundensis eodem loco. R. Chaia filius Adda aliter hanc historiam refert; *Mulierem*, inquit, *offendit Abrahamus paropsidem manu tenentem. Cùm autem ipsum interrogaret mulier, an munus aliquod Dijs offerre vellet? baculum accepit, mulieriſq; quæ secum habebat idola confregit, & baculum proiecit: Pater autem superueniens, quid hoc rei sit, percontatur. Respondit Abraham, an litare vellet, ipsum interrogasse, atq; eò quod priùs comedere se velle dixisset, iurgia orta esse, quibus ingrauescentibus, ista confregisse. Verùm pater, rem aliter se habere, conuitiaq; multa in Nembrodum audita fuisse. Lite autem ad Nembrodum Regem Babel deducta; Abrahamum ignem adorare iussit:*

Cyrillus.

Nimbrodus ignis cultui addictus.

Constantinus Manasses.

Hieron. l. 9. in Genes.

R. Salemon Iarchi in Gen. 11. v. 28.

אמר ליה אברהם ונסגוד למיא דמטפין נורא אמר נמרוד נסגוד למיא: אמר ליה אם כן נסגד לעננא דטעין מיא: אמר ליא נסגוד לעננא: אמר ליה אם כן נסגוד לרוחא דמבדר עננא: אמר ליה נסגוד לרוחא: אמר ליה ונסגוד לבר אינשא דסביל רוחא: אמר ליה מילין את משתעי: אני איני משתחוה אלא לאור הרי אני משליכך בתוכו ובא אלוה שאת משתחוה לו ויצילך הימנו: חנה חמן חרן קאים פליג: אמר מה נפשך: אם נצח אברהם אנא אימר מן דאברהם אנא: ואם נצח נמרוד אנא אימר דנמרוד אנא: ביון שירד אברהם לכבשן האש וניצול: אמרין ליה דמאן את: אמר להון מן דאברהם אנא: נטלוהו וחשליכוהו לאור ונהמרו בני מעיו ויצא ומת על פני תרח אביו:

Rasi. R. Chaia.

Cumq; propositum ignem adorare iussisset Nembrod, regessit ei Abraham; si sic, adora igitur aquam, aquam, quæ ignem extinguit. Dixit ei Nembrod, adora aquam; si ita est, adora nubes, quæ aquas destillant. Dixit Nembrod, ergo nubes adora. Ad hæc Abraham, si ita est, adorandus est ventus, qui nubes agitat & disgregat; iterum Nembrod, adora ventum. Abraham verò, si sic, multò magis adorandus homo, qui ventum intelligit. Tandem Nembrod excandescens, verba inquit,

Abraham ignem adorare noluit.

inquit, effutis. Ego ſolum ignem adoro, ideò iam in medium eius te præcipito; veniat Deus, quem tu adoras, & liberet te dextera eius. Stabat ibi Aran litigans; interrogatur quid illius ferat animus? Reſpondit, ſi ſuperat Abraham, illius ego ſum; ſi verò Nemorod, ſum Nembrodi. Poſtquam ingreſſus eſt Abraham fornacem ignis, & liberatus eſt; dicunt Aran, à cuius partibus ſtas? Reſpondit, Abrahæ: tum apprehendunt eum, & conijciunt in ignem, combuſtaq; ſunt omnia viſcera eius, & egrediens mortuus eſt in conſpectu patris ſui. Hucuſque R. Chaia. Ex quibus patet multos ex ſemine Semi huic improbo ignis cultui deditos fuiſſe. Quæ enim ratio mouit Ægyptios, Perſas, Aſſyrios, vt Solem & ignem de cœlo lapſum eximiè præ alijs colerent, eadem impulit eos, vt Lunæ, ſtelliſque honorem haberent, vtilitas puto, vel voluptas, quæ ex illis ignibus in homines deriuatur, iuxtà illud Corippi ad Iuſtinianum.

Corippus ad Iuſt.

Ille etiam Solis qui ſe ſubiectat amicum
Ardua ſuſpiciens minuentis cornua Lunæ,
Noctiuagoſq; colens, aſtrorum conſulit ignes.

Hinc omne ipſi analogum dedicabant, ſtatuas, pyramides, obeliſcos, ignis figuras, & typos erigebant; ex ijs denique cœleſtibus ignibus veluti ex fonte quodam omnis non Hebræorum modò, ſed & aliarum gentium idololatria emanauit. Hanc poſt Chami progeniem primi inter Hebræos exercuerunt, Nachor & Saruch; qui & idolorum fabricandorum rationes nouas, nouas ignis cœrimonias inuenerunt; hi primi diabolicis artibus freti, ſtatuas Solis, Lunæ, ſiderum, dæmonibus aduocatis, animare docuerunt; de quibus in ſerie huius tractatus, volente Deo, agemus.

Nachor, & Saruch pyrolatræ.

CAPVT III.

De Theraphim primis Hebræorum Idolis.

CErtè ididolatriam antiquiſſimam eſſe, & à reproba Noëmi ſtirpe primis ſtatim poſt diluuium annis in orbem introductam; tùm ea de quibus paulò ante loquebamur; tùm idola, quæ Theraphim Hebræi vocant, abundè teſtantur; horum idolorum nomen ſacræ ſcripturæ authoritas primùm, vt benè notat Rupertus, memorat capite 31. Geneſeos, his verbis:

Rupert. com. in Geneſ. c. 31.

ולבן הלך לגזז את צאנו ותגנב רחל את התרפים אשר לאביה

Abijt, inquit, *Laban ad tondendas oues, & furata eſt Rachel Theraphim, hoc eſt idola patris ſui.* Quæ variè à varijs ſumuntur Authoribus. Alij, vt Pererius hoc loco; Theraphim nihil aliud eſſe vult, quam, genericè, imagines, ſiue ſimulachra, ſiue figuras quaſcunque, & qualiumcunque rerum ſiue hominum, ſiue Deorum, quæ idola vocantur: imagines dico & figuras qualeſcunque, vel per picturam, vel ſculpturam, vel texturam expreſſas; cui fauet & paraphraſis Chaldaica, R. Onkelos, quæ loco תרפים *Theraphim*, legit צלמניא *Tſalmanaia*, hoc eſt, ſimulachra, verba eius ſunt:

Theraphim, hoc eſt, imago quæcunque.

Onkelus in paraph. Chaldaica.

ולבן

ולבן אול למיגז ית עניה ונסיבת רחל ית צלמניא די לאבוהא

Et abijt Laban, vt tonderet oues, & abstulit Rachel simulachra, quæ erant patris sui. Consentit & huic Syriaca lectio:

ملحى ابلا لجهدا حتة ومبجة نسلا رحلا وراحة ❖

Et Laban abijt ad tondendas oues, & Rachel furata est simulachra patris sui. Græca lectio μορφώματα habet, teste S. Augustino, qui in epistola 113. ad Marcellum super voce Theraphim discurrit hisce verbis: *Scito Theraphim ab Aquila* μορφώματα *interpretari, quæ nos figuras siue figurationes possumus dicere: nam primo Regum, vbi dicitur Saul misisse nuncios, vt caperent Dauidem, Septuaginta sic verterunt; Et venerunt nuncij, & ecce* κενοτάφια *in lecto; pro Cenotaphijs in Hebræo est Theraphim, significans puluinum de Caprarum pelle consutum, qui intonsis pilis caput inuoluti in lectulo hominis mentiretur.* Apud Oseam quoque capite tertio, vbi Hebræa lectio habet בלי איפד ובלי תרפים *sine Ephod, & sine Theraphim.* Septuaginta vertunt: *sedebant filij Israël sine sacerdotio & manifestationibus.* Ex quibus apparet, hanc vocem תרפים non vbique semper eandem significationem obtinere; sed κατὰ χρησιν ad multa transferri; quod & R. Abenezra hoc loco aduertit, verba eius sunt:

S. Hieron.

1. Reg. 19.

ולא אוכל לפרש והעד שהתרפים מן התרפים ששמה מיכל בת שאול במטה עד שחשבו שומרי הבית שהם דוד והפסוק שאומר אין אפוד ותרפים יש לו ב פירושים האחד שאמר אין מלך ואין שר בישראל כי השם לא בחר מלך רק ממשפחת דוד אל כן אמר בפסוק חשני ובקשו את יי אלהיהם ואת דוד מלכם ואין זבח ומצבה לע"ז ואין איפוד שהיו עוברי הבעל עושים כדמות איפוד אפוד ירד בידו איננו איפוד שעשה משה:

R. Abenezra.

Non possum, inquit, *explicare illa simulachra, quæ Michol filia Saul, vt inquisitores Dauidem esse crederent, ad illudendum in lecto recondidit, proprie fuisse Theraphim; iterum versus ille (non Ephod, nec Theraphim) duas habet explicationes; prima quæ explicat, non Rex nec princeps in Israel; quia Deus è familia Dauid tantùm elegit Regem; ideò dicitur in versu secundo, & quærite Dominum Deum vestrum, & Dauid Regem; & non sacrificia, nec altare, aut statuas seruitutis alienæ, neque Ephod, quia illi seruiebant Baali facientes ad similitudinem sacri Ephod, Ephod suum, & non fuit Ephod illud opus Mosis.* Varie itaque sumitur in diuersis sacræ scripturæ locis, hæc vox Theraphim. Nam & apud Oseam, vt audiuimus modò, pro manifestationibus sumitur, apud Ezechielem & Zachariam, Prophetas, pro imaginibus cultus diuini. Libro verò Regum pro simulachro quouis ad alios fallendos apto, cuiusmodi est Priapus ille Hortensis apud Horatium, furum auiumque maxima formido; & Cenotaphiũ Michol, inane scilicet quoddam terriculamentũ, hominem sepultum, aut ad sepeliendum tnmulo impositum referens, vti Pierius vult. Theraphim verò Labani, quæ Rachelem patri furatam sacra pagina commemorat, propriè significant idola diuinis honoribus affecta, vel potiùs ipsos Deos, quos Laban ab Ægyptijs, & Babylonijs edoctus colebat, vti ex citati capitis Geneseos versiculo trigesimo apparet, in quo Laban de sublatis Theraphim Iacobum increpans: *Quare,* inquit, *furatus es Deos meos?* Quæ verba in lectione seu versione Copta seu Aegyptiaca, magnam energiam obtinent. Verba Copta hic adscribenda duximus

Theraphim varia significant.

ximus ex Pentateucho Aegyptiaco, qui in Bibliotheca Vaticana conseruatur, decerpta, vbi sic habetur ; ⲉⲩⲃⲉⲡⲛⲁⲕⲕⲱⲙ ⲛⲛⲁⲩϯ ⲛⲓⲛⲟϯ. *Quare furatus es maximos Deorum meorum*. Sunt enim in lingua Copta seu Aegyptiaca ⲫϯ & ⲛⲓⲛⲟϯ essentialia Dei nomina, quibus maxima quæuis mysteria, vti in Prodromo nostro Copto-Ægyptiaco indicauimus, significant. Non igitur sine ratione Laban Iacobum ita rigidè de mysteriosissimis Dijs furto sublatis increpat; æstimabat enim eos, & ita quidem æstimabat, vt ijs sublatis, omnem simul fortunam, felicitatemque sibi ablatum iri arbitraretur: testantur id studiosa idolorum inquisitio, luctus Isiacus, insana illa debacchatio, quæ omnia signa sunt hominis idololatriæ deditissimi.

Lectio Ægyptiaca.

Labani idolomania.

Verùm his ita prælibatis, nunc videamus, cuiusnam figuræ fuerint hi Theraphim, & quales propriè fuerunt imagines. Abenezra, quem secutus est Arias Montanus, arbitratur, voce Theraphim significari imagines cœli, astrorumque certa obseruatione confectas, & ritu Ægyptiaco sacratas, ad augurandi diuinandique vsum; vel etiam fuisse veluti auerruncos quosdam Deos, quos vbique secum ad infortunatos euitandos occursus portabant. Verùm cùm verba eius magnæ considerationis sint, libuit hìc ea subiungere, sic enim dicit:

Arias Montanus com. Iud. sup. c. 17.

Theraphim quidam pro signis Astronomicis ponunt.

ואמר שהוא כלי נחשת חעשוי לרעת חלקי השעות :
ואחרים אמרו כי יש כח בחכמי המזלות לעשות צורת
בשעות ידועות ותדבר הצורה והעד שלחם כי התרפים דברו
און ואומרים שהתרפים הם על צורת בני אדם והיא עשויה
לקבל כח עליונים

R. Abenezra cit. loco Gen.

Dicitur, inqũit Abenezra, *quòd Theraphim sit instrumentum æneum ad cognoscendas horarum partes ; Alij verò dicunt, Theraphim nihil aliud esse, quàm vim illam seu potentiam in ijs, qui cognitionem habent astrorum, qua certis temporibus, & horis sibi notis figuras fabricantur, aptas diuinationibus, loquebatur enim figura Theraphim ; & erat facta ad similitudinem hominis ad superiorum corporum vim hauriendam directa*. Tostatus quoque consentiens Abenezræ hoc loco narrat, quomodo istiusmodi imagines per artem Astronomicam & Necromanticam idonea ad responsa conficerentur. *Erant*, inquit, *quædam capita ex metallo in quodam certo tempore, & sub certis siderum aspectibus & coniunctionibus planetarum facta; vt indè virtus è cœlo deriuaretur in illud caput, fieretq; potens respondendi consulentibus, & interrogantibus ipsum : idque fiebat partìm per Astrologiam, & partìm per necromentiam ; fecit huiusmodi caput Albertus magnus de Ordine Prædicatorum, quod discipulus eius S. Thomas quodam die confregit*. Sic Tostatus. Sed fabulæ sunt, quæ dicit de Alberto &c. Elias verò Thisbites ait, Theraphim nil aliud èsse, nisi futura enunciantia simulachra, taliaque fuisse κενοτάφιον Michol ; Theraphim quoque sacerdotibus, apud Hoseam & Zachariam pro similibus imaginibus habita, ex textu probat; ostenditque eorundum instrumentorum rationem hanc esse: *Accipiebant caput alicuius pueri primigeniti & sacrificati in honorem Dæmonis, istud-*

Quod sit Teraphim opiniones variæ.

Tostatus siue Abulensis loco cit. Genes.

Elias Thisb. Germã. voce. Theraphim.

Figura Theraphim.

istudq; caput abscissum sale & aromatibus condiebatur, vt à putredine illæsum diu perduraret, & super linguam eius lamina aurea ponebatur, dæmonis cuiusdam nomine insignita; & sic dabat responsa consulentibus & interrogantibus. Verùm ne quicquam à nobis confictum videatur, subdemus hìc verba dicti Eliæ aliorumque:

Elias Thesb.

ותגנב רחל את התרפים תרגום אונקלום צלמניא וכן תרגום יונתן של מיכל בת שאול והם צלמים המגידים עתידות וכן ואין איפוד ותרפים אפודא ומחוי פירוש מגידים וכן אומר חפסוק צלמים דברו את שקר ומצאתי כי נעשו כן: שוחשין אדם בכור ומלקין את ראשו ומולחין אותו במלח ובשמים על ציץ זהב שם רוח טומאה ומניחין אותו תחת ראשו ונותבים אותו נקיר ומדליקין לפניו נרות ומשתחוים לפניו: ולבן הית מדבר עמהם:

Et furata est Rachel imagines patris sui; Thargum Onkeli habet צלמניא *id est, imagines, quas Michol filia Saul in lecto posuit: fuerunt autem imagines, quæ futura annunciabant. Huc etiam respicit versus iste. Quoniam simulachra locuta sunt vanitatem; porrò inueni, quod in hunc modum fierent Theraphim; mactabant hominem primogenitum, cuius caput torquendo præscindebant, quod postea sale & aromatibus condiebant, scribebantq; super laminam auream, nomen spiritus immundi, qua supposita capiti eius ponebant illud in pariete; incendentes coram eo, atque cùm istiusmodi locutus est Laban.* Thargum Hierosolymitanum huiusmodi cruentas cœrimonias ijsdem penè verbis refert Chaldaicè, sic enim ait:

Thargum Hierosolymit.

ולבן אול למיגז עניה וגניבת רחל ית צלמניא דהוון נכסין גברא בוכרא וחזמין רישיה ומלכין ליה במילחא ובוסמין בתבין קוסמין בציצא דרהבא ויהבין תחות לישניה ומקמין ליה בבותלא וממליל עמהון:

Et Laban abijt ad tondendas oues, & furata est Rachel idola, quæ sic fiebant; accipiebant hominem primigenitum, & amputatum caput sale & aromatibus condiebant, & diuinantes scribebant in lamina seu fimbria aurea, & ponebant sub lingua eius, & ponebant in lecto vel simili aliquo receptaculo, & loquebantur cum eo. Quomodo verò ea idola locuta sint, pulchrè monstrat Mor Isaac Maronita in philosophia sua Syra cap. 6. vbi sic de similibus discurrit.

Mor Isaac Maronita in philos Syra c. 6.



Constituebant, inquit, *idola varia, varijs cœrimonijs ea colentes, & nominibus eorum insignita super columnas sublimes, & murorum fastigia collocabant, ea varijs modis repræsentantes. His quoque victimas & sacrificia offerebant, incensantes ante ea aromata; Diabolus verò certis temporibus loquens ex singulis*

eorum petentibus responsa dabat, futura prædicens & abscondita reuelans. Et etiam, quæ in remotis fiebant; mortem quoque & secreta quoque cordium, vt putabant, *prodebant, atque sic quamplurimas decipiebant animas, quas rerum nouitate in seruitio suo miserè detinebant*. De his vide vlteriùs Baal Aruch.

Baal Aruch voce Theraphim.

His igitur ita suppositis iam restat, vt horum Theraphim originem, de qua Hebræos Doctores varie sensisse reperio, perscrutemur. Alij eum à Nachor & Seruch; à Zoroastre Chamo alij, quem primùm statuunculas exstruxisse, easque adorandas proposuisse, suprà ostendimus; alij à Babylonijs, alij denique ab alijs deriuant. Vt vt sit, hunc Theraphim cultum ab Ægyptijs primùm ad Hebræos dimanasse, adeo certum est, vt ad id demonstrandum nullis alijs rationibus opus sit, quam quas paulò post ad veritatem huius comprobandam adducemus. Quæ quidem vt à quouis facilius percipiantur.

Theraphim cultus ab Ægyptijs ad Hebræos deuolutus.

Notandum est, primis Ægyptijs à Misraim, & eius successoribus instructis, solennem admodum fuisse quarundam fictilium imaginum cultum; quas imagines Ægyptiacâ linguâ primi quidem, Apes, & Serapes, posteri verò nunc Canopos, nunc Horos, aut Harpocrates appellabant. Erant autem huiuscemodi Serapes statuunculæ quædam ad instar puerorum fascijs inuolutorum, huiusmodi formâ concinnatæ; vel ad Osiridem aut Apidem cistæ incluſum (est enim Serapis Ægyptiacè loquendo nihil aliud, nisi Apis cista, vel os bouis, vel constrictus Apis) ostendendum; vel vt Horum referrent Osiridis filium, quem eundem cum Osiride in præcedentibus demonstratum est, & quem vbique sub pueri inuoluti, aut lecto, vel ciſtæ impositi forma in tabula Bembina reperimus; vel vt Osiridem à Dijs enutritum infantem adhuc inter cœlites translatum monstrarent. Horum itaque idolorum è varia materia, & sub certo siderum positu constructorum tanta vbique copia in Aegypto reperiebatur; vt præter templa, quæ ijs scatebant, nullus vicus, nullus angulus, aut semita ijs carere videretur; hæc etiam Larium ac Penatium loco, ac veluti Deos auerruncos non domi tantùm forisque colebant, obseruabantque; sed etiam, vt cultus ille Dijs esset gratior, capite collo, brachijs, cingulis suspensa, quocunque tenderent, vt in opere hoc passim videbitur, gestabant; hæc mumiarum inserebant cadaueribus, cuiusmodi vna, dùm hæc scribo, ex Aegypto ad me translata fuit ex Cedrino ligno confecta, & hieroglyphicis conspicua, quam suo loco proponemus.

Quid Serapis Ægyptiacè.

Pueri fascijs inuoluti statuunculæ innumeræ apud Ægyptios.

Hâc itaque idolomania in Aegypto vigente, contigit, vt Abrahamo (qui eo ipso tempore è terra Chanaan ob annonæ charitatem migrârat) in Aegypto commorante, domestici eius Aegyptijs commixti; tùm multa alia, tùm maximè Serapides hosce, queîs mira Aegyptios patrare videbant, admirarentur, & suspicerent; siquidem dæmone eos animante, varia consulentibus, & interrogantibus responsa dabant, felicitatemque eorum cultoribus in omnibus spondebant actionibus. Curiositate itaq; ac felicitatis participandæ desiderio instigati Hebræi Abræ vernaculi, subitò ad hosce Aegyptiorum cultus animum adiecerunt. Abrahamo verò in patriam redeunte, serui, comparatis idolis & imaginibus dictis, reduces

Abrahami serui ex Ægypto secum portant Theraphim.

in

in patriam ſuam facti, conceptos in Aegypto errores paulatim diſſeminantes apud Chaldæos ſeu Alphaxadæos, Babylonioſque, mox ingentem execrabilium Deorum ſobolem pepererunt. Chaldæis verò (qui cùm antehac eo improbo cultu à Nachor & Sarug imbuti eſſent, ac ad omne ſuperſtitionis genus admodum procliues) nihil faciliùs fuit, quam alienæ huic ſeruituti ſeſe ſubmittere, quamque, ſuperſtitionem addentes ſuperſtitioni, continuò ita propagarunt, vt ab illo tempore ad Dauidis vſque Regnum apud Hebræos poſteros nunquam hic Theraphim, aut Serapûm cultus deſiêrit. Verùm ne quicquam dictorum ex noſtro penu depromſiſſe videamur, audiamus verba Abenephij, dicta ijſdem penè verbis confirmantis; ſic enim Arabicè ſcribit:

Abenephius.

وكان للمصريين الاصنام مثل صورة الصبيان ويسمي بسمهم سارافيش وكان يسجدونهم ويسالوا منهم من اسرار الطبعه ومن المستقبل ويضعونهم بكل مكان المدينات يبخرون بحضرور امامهم ويحملونهم معهم مثل الطلسمات ضد كل شـــره وهذه الاصنام مثل الطارفيم الذين كانوا لبني اسرائيل سجد لهم لبن ويقال انه اتوهم اهل بيت ابراهيم من مصـــــــ

מצרא naturali linguæ vitio impediti proferunt; vti gnaris Chaldaicæ linguæ notum eſt.

Serapis & Theraphim idem.

Cùm itaque Hebræo-Chaldæi in Ægypto Serapidis cultu imbuti, Serapis nomen frequenter ingeminari audirent; & ipſi idola eius vnà cum nomine in Chaldæam adducentes, id ſibi proprium fecerunt, eas imagines, quas Ægypti Serapes illi ע aut ס in ת mutato, תרפים Theraphis appellarunt, quæ vox poſtmodũ penitus iuris Hebraici facta, & ם finali ob ſimilitudinem in ם mutato, pro Therapis Theraphim dicta, tandem inter reliquas voces Hebræorum annumerata eſt. Ex his itaque manifeſtum eſt, Serapis & Theraphim idem eſſe nomen. Altera ratio, qua Theraphim & Serapis idem eſſe credamus, eſt rituum in peragendis eiuſmodi ſacrificijs ſimilitudo. Quemadmodum enim Theraphim ex varia materia ſub certo aſtrorum poſitu conſtruebantur; ſic & Serapis ex omni lignorum, lapidum & metallorũ genere conſtituebatur. Theraphim non fiebant ſine ſanguine humano, vti in præcedentibus ex Abenezra oſtendimus, nec Serapidis idola in Mithriacis ſacris. Iterum Theraphim paſsim phylacteriorum loco geſtabantur; quod & de Serapis idolis legimus, factum eſſe. Per Theraphim denique diuinabantur, & abſcondita inueſtigabant, quod vel è verbis Abenezræ citato loco apparet, vbi cùm examinat cauſam, ob quam Rachel Theraphim patris abſtulerit, tandem eam fuiſſe concludit, quod Rachel timeret, ne parens more ſolito idola ſua conſulendo, ex eorum reſponſis, quorſum Iacobus, & per quam viam fugiſſet, cognoſceret; verùm audiamus verba Abenezræ ſic diſcurrentis:

Chaldæi vocabula ab S incipientia, pronunciabãt vt T.

Theraphim phylacteriorum loco armat.

a. Abenezra in c. 31. Gen.

והנה חתרפים קראם לבן אלוהיו ויש אומרים שרחל גנבתם לבטל ע"ז מאביה ואלו היה כן למה הוליכה אותם עמה וע"א טמנתם בדרך והקרוב שעל כן גנבה אותם רחל כי היא יודעת שהיה לבן אביה יודע מזלות ופחדה שאביה יסתכל במזלות לדעת איזה דרך ברחו:

Ecce, inquit, *Theraphim, quas Laban Deos ſuos vocauit, dicunt ideò a Rachel ſublata eſſe, vt patrem ab idololatria auocaret. Quòd ſi hoc ita, cur illa ſecum abduxit, & non potiùs abſcondit ea in via vicina domui Laban, ideò igitur ea abſtulit; quia cùm parens eſſet Aſtrologiæ peritus, timebat Rachel, ne fortè ea aſtrorũ conſulendo, quo Iacob fugiſſet, cognoſceret.* Erant itaque Theraphim idola, quæ conſulentibus reſponſa dabant, cuiuſmodi & Serapes ſeu Iſias ſtatuas fuiſſe, alibi fusè probabitur. Porrò nec formâ diſſimiles fuiſſe Theraphim Serapis imaginibus, iam nobis incumbit, vt probemus. Ac primò quidem Theraphim non ſecùs ac Serapes Ægyptiorum varias referebant figuras. Aliquæ enim eâ induſtriâ adornabantur, vt præter alios vſus, horarum quoque diſcrimina oſtenderent, atque hoc eſt, quod R. Abenezra ſuprà inſinuauit, cùm dicit:

שהוא כלי נחשת העשוי לדעת הלקי השעות

Figura Theraphim,

Theraphim fuiſſe veluti inſtrumentum quoddam æneum, factum ad dignoſcendas horarum partes. Apparet huius rei veſtigium in antiquiſſima illa tabula hieroglyphica, quam theſauro ſuo hieroglyphico inſeruit Her Wartius, in qua tertium ſchema hieroglyphicum A exhibet virum togatum, qui ferulâ porrectà ſimulachrum quoddam minutum in formam adaptatum pu-

ſionis

sionis demortui, cœteraque præter caput inuoluti: quasi gradus 24. horarum, qui in eo deliniati videntur, demonstraturus indigitat. In Roma quoque subterranea frequenter hæc figura depicta reperitur, quâ aliqui Lazari resuscitationem significare volunt, quod negare nolumus. Dicimus enim hic solùm, Theraphim ὐδρόμετρον vel simile quoddam instrumentũ fuisse, quare figuram eius hìc apponendam duximus.

Hebræorum itaque Theraphim subindè vsum quoque horarum cognoscendarum præbebant; quod & de Ægyptiorum Idolis Serapicis ostendit Horus Appollo, apud quem Cynocephalus è pudendo aquam destillando, ex incremento aquæ in vase subiecto horas monstrabat. Cui consentit Macrobius, qui huiusmodi idola ὐδρομετρητα fusè describit, quam consuetudinem absque dubio Hebræi ab Aegyptijs docti, eam sacris quoque suis interseruêre.

Cur Aegyptij suos Theraphim sine manibus & pedibus construerent.

Præterea idola Theraphim ferè semper formâ inuoluti pueri, vt dictum est, & ad portandum idoneâ apparabantur, hinc sine manibus & pedibus ferè videntur constructa; timebant enim Aegyptij maximè simulachrorum defectum ex ruptura quapiam prouenientem; cuiusmodi figuram quoque habuisse Serapes, testantur statuunculæ illæ partìm fictiles, partìm lapideæ & ligneæ, quarum ingens copia quotannis à Mercatoribus ex antiquis Aegyptiorum monumentis eruta, in Europam deuehitur. Quod autem Eliezer dicat Theraphim fuisse caput primigeniti sale & aromatibus conditum, quod muro impositum venerabantur, ab illo responsa postulantes, varijsque de rebus diuinationes instituentes; illud certè totum ab Aegyptijs quoque dimanauit, qui corpora Regum suorum condita veluti Deos adorabant; ab ijs dæmone animatis futurorum postulantes scientiam. In Mithriacis quoque sacris nihil quoque sine cruentis huiusmodi ritibus gestum, alibi ostendemus. Atque ex his omnibus hactenus allegatis colligitur; Hebræo-Chaldæos, sicuti idola hæc portatilia (quæ Theraphim, aut Aegyptiacè Serapim dicunt) ita omnia alia superstitionum genera quoque ab Aegyptijs doctos in Synagogam suam intro-

introduxiſſe, quod vel continuus idolorum cultus Hebræis conſuetus ſatis ſuperque oſtendit. Huiuſmodi εἰδωλομανία ſemel introducta, tam altas radices fixit, vt nec maximis etiam miraculis, varijſque prodigijs à diuerſis Patriarchis exhibitis, ex obcœcatorum hominum animis euelli poſſe videretur. Hinc ſcandaloſa Hebræorum vita, hinc vituli, Apides in deſerto; hinc aurea ſimulachra Ieroboam; hinc exelſorum exſtructio, hinc Theraphim in domo Iacobi radicatus cultus; de quibus appoſitè Oleaſter; fuiſſe idola in domo Iacob, etiam poſt digreſſum à Laban, & diſceſſionem ex Meſopotamia, ſcriptura ipſa indicat infra Geneſ. 35. vbi Iacob admonens domum ſuam: *Abijcite Deos alienos, qui ſunt in medio veſtri; & mundate vos, & mutate veſtimenta veſtra; & dederunt ipſi Iacob, omnes Deos alienos, qui erant in manu ſua; & inaures, quæ erant in auribus ſuis, & abſcondit ea ſubter quercum, quæ erat apud Sichem.* Non eſt autem credibile fœminas & ſeruos, alioſque comites Iacob idolis aſſuetos, tam facilè omnia reliquiſſe, cultûſque Deorum ſuorum ſic eſſe oblitos; vt non ſecum idololatriæ aliquod veſtigium deferrent; præſertim cum Theraphim, id eſt idola illa, futura prædicerent, quorum omnes erant auidiſſimi. Hæc Oleaſter. Sed hæc de Theraphim Hebræorum ſufficiant. Nunc ad reliqua idola Hebræorum tranſeamus.

Quam tenax cultus Idolorum fuerit populus Hebræus. Hebræorum in idololatriã Aegyptiacam pronitas.

CAPVT IV.

De Baalim Hebræorum.

CVm mirùm in modum ſe torqueant Authores ob hæc monſtruoſa Deorum nomina, Baal, Bel, Baalim, quid propriè illa ſignificent, & vndè originem traxerint; operepretium me facturum exiſtimaui, ſi antequam vlteriùs progrederer; de ſimilium nominum origine paucis præluderem; quod dùm facio

Sciendum eſt: Eo tempore, quo poſt mundi diluuium humani generis propago ingentia vbique incrementa ſumebat, Miſraimum, qui tunc temporis rerum in Aegypto potiebatur, nouas ſubindè colonias ad prouinciam hominibus exonerandam, aliò miſiſſe; inter cœteros verò colonos Nembrodum quoque in Babyloniam deſtinaſſe; qui cùm callidus eſſet & ingenio verſutus, impotenti ad hæc regnandi cupiditate inſtigaretur, nihil non moliebatur, vt artibus malignis, quibus iam à patre ſuo imbutus erat, animos ſubditorum faſcinando, diuinos ſibi compararet honores; quemadmodum eos iam Miſraimum patrem in Ægypto ſimili agendi ratione adeptum nôrat, vti in præcedentibus dictum eſt. Nec defraudatum eſt ſpe ſua verſipelle ingenium; nam regnandi imperitandique arte inuenta, cùm primus Monarchiæ faſtigium aſcendiſſet, eam nominis famam apud Aſſyrios adeptus eſt, vt templis, ariſque in honorem eius exſtructis, eum Belum paſsìm appellarent. Eſt autem Bel nihil aliud Babylonicè niſi Dominus, patronus & potiens rerum, quo nomine eos appellare ſolebant, qui virtute rerumque geſtarum gloria diuinos

Origo Idololatriæ.

Nembrodus dictus Bel, hoc eſt Dominus.

בעל

ſiue Baal, aut Bel quid ſignificet.

hono-

honores meruerant. Bel itaque Babylonius dictus est Nembrod, quemadmodum Misraimus Bel Ægyptius; eò quod ille in Assyria, hic in Ægypto rerum potitus, variarumque rerum inuentione apud posteritatem diuinos honores meruerit.

Hoc autem ita se habere, primò monstrat Diodorus Siculus; Osirim ait, multis colonijs institutis, Belum Neptuni & Lybies filium, qui propè Euphratem sedem posuerat, & Sacerdotes Chaldæos instituerat primùm in Babyloniam traduxisse. Osirim autem nos in primo huius Syntagmatis capite eundem demonstrauimus esse cum Misraimo. Hic autem Belus cum insigni astrorum cognitione polleret, à posteris בעל שמים *Baal schamaim*, hoc est, cœli Dominus dictus est; de quo Philo Biblius, & Eusebius scribunt, eum à Phœnicibus nuncupatum *Beelsemen*, quod Phœnicum lingua significat cœli Dominum. Diuus quoque Hieronymus libro primo in Oseam, Semiramin, ait, cùm Zoroastrem Magum & Bactrinorum Regem prælio superasset, ad tantam peruenisse gloriam, vt patrem suum Belum referret in Deum, qui Hebraicè dicitur Beel: hunc Sidonij & Phœnices, inquit, appellabant בעל Baal, qui idem sit quod Belus. Latinos verò vnanimi omnes consensu Baal, Bel, Belum Iouem interpretatos esse reperio, de quo lege Chronicum Alexandrinum, quod fusissimè de huiusmodi nominibus tractat; nec immeritò, vtrumque enim præferocis ingenij, vtrumque infræni regnandi libidine, vtrumque omni vitiorum genere contaminatum, & Iouem, & Belum fuisse, ex veterum monumentis constat; quorum tamen vtrunque Deum appellare plerosque non puduit, optimũ, maximũ dicentes, teste Cicerone, quo tamen nihil minus meruit. Tanta igitur hìc Belus seu Iuppiter Babylonius ambitione fuit, quanta nemo per omnes ætates inuentus est, aut inuenietur; quare alij ipsius iussu, alij, vt eius gratiam aucuparentur, altaria & templa ei instituebant, & Sacerdotes, & proprios cœrimoniarum ritus. At quid? nonnè maximum ambitionis indicium est, quod scribitur à Lactantio libro de falsa Religione, quod in Olympo, quem non malè turrim illam Babylonicam, vrbemque excelsam, quam primus ædificauit, plerumque versabatur, veluti in montibus Iuppiter, omnesque, propositis præmijs, qui nouum aliquod inuentum humano generi vtile excogitasset, inuitabat, vt ad se primùm deferrent; cuius ipse posteà inuentor creditus est, & idcircò huic, vt multis præterea rerum vtilium inuentoribus, diuini honores sint habiti; quod & templum Beli ampliſſimum, ac magnificentissimum, quod Diodorus describit, apud Babylonios fuisse, satis demonstrat.

Diodorus Siculus.

D. Hieron.

Belus & Iuppiter Babylonius idem.

Cultus & cœrimoniæ statutæ Belo. *Lact. l. de falsa relig.*

Huius igitur Beli seu Iouis, tanta fuit nominis apud omnes nationes celebritas, & reuerentia, vt non multò post cœperit audire mortalium vota, & ad multorum sacrificiorum conuiuia inuitatus, fumantium patinarum nidoribus exsaturaretur. Quid igitur? inter infinitum votorum numerũ si cuipiã fortuna aspirasset, vt voti fieret compos, is à Belo seu Ioue se id consecutum ratus, continuò aras & templa erigebat, & ab euentu, vel à loco, in quo id euenisset, cognomen Ioui aut Belo seu Baali imponebat. Hinc innumera mox Deorum portenta exorta, variam passìm malè feria-

Bel Iuppiter.

feriatis hominibus fabulandi præbuêre materiam, vt satis ostendunt Bel, Belus, Baal, Baalim, Balaam, Beelphegor, Beelsephon, Beelteem, Beelzebub, Beelmeon; & ex Baal Hebraico deducta, Baalberith, Baalgad, Baalhamon, Baalhasor, Baalhermon, Baalpharasin, Baalthamar, aliaque sexcenta huiusmodi, de quibus nos in sequentibus differemus.

Quid sibi velit Baal.

בעל *Baal* itaque Hebraicum nomen, æquiualens Babylonio Bel בעיל, nihil aliud significat, nisi eum, quo nihil maiùs meliùsque ab homine concipi potest, Deum videlicet, in quantum potens est, paratusque ad in necessitatibus, hominibus succurrendum; qualem Iouem fuisse ipsum nomen quoque indigitat, quod à Iuuando quidam deducentes, nostræ opinioni luculenter astipulari videntur.

Belus itaque Iuppiter existimatus est à Babylonijs & Assyrijs, cuius non modò in profanis historijs mentio, sed in sacris; quare visum est ea aliquantò altiùs ex varijs Authoribus, quæ de eo comperi, repetere. Scripsit inprimis Seruius, Beli nomen ratione non carere; quippè Assyriorum linguâ Solem significare; vndè aspiratione adiectâ Græcè ἥλιος est vocatus; alij non Assyriorum linguâ, sed Phœnicio nomine *Hel* vocari volunt; הל vnde Helius deducatur, qui mox & Belus dictus sit; quin & Seruius tradit; quod Hal Punicâ linguâ Deus dicitur, apud Assyrios Hel dicebatur, quâdam ratione mysticâ Saturnus & Sol. Verùm qui vel mediocriter in Hebraicis & Chaldaicis instructus fuerit, omnes huiusmodi longè petitas deriuationes, & nihil ad rem facientes etymologias facilè repudiabit. Porrò plures fuisse Belos & Baalim, sacra scriptura non vno in loco ostendit, quin & colligi potest ex illo primo Æneidum:

Hel Beli etymon.

Virg. 1. Æneid.

. . . . . *cœlataq; in auro*
Fortia facta patrum, series longissima rerum
Per tot ducta viros, antiqua ab origine gentis.

Per tot, inquit, *ducta viros*, à primo Belo Assyriorum, vt ab antiquo *durantia Cinnama Belo*; & hinc *Regina grauem gemmis, auroq; reposcit, Impleuitq; mero pateram, quam Belus, & omnes. A Belo soliti* &c. Ergò hæc est generis series, Iuppiter, Epaphus, Belus priscus, Agenor, Phœnix, Belus minor, qui & Metres. Sanchoniaton autem in Phœnicum theologia, Belum inter Saturni filios connumerat, & Iouem fuisse asserit, id quod & Eusebius. Legimus, & alterum Belum Iouis nepotem, Epaphi Regis Ægypti filium, qui & alium Belum genuit. Misraim quoque Belum Ægyptiũ dictum ab Assyrijs suprà insinuauimus, non secùs ac Nembrod Belum Babylonium, cui &, referente Plinio, gemma ab Assyrijs dedicata scribitur, Beli oculus indigitata. Cyrillus verò libro tertio contra Iulianum Cæsarem, Belum etiam Arbelum nuncupatum prodit, & primum à subditis hominem, Dei nomen accepisse, eique Assyrias gentes & finitimas sacrificia impendisse, coluisseque, quod & Eusebius scribit in Chronicis. Ab hoc itaque celebris illa & frequens Hebræorum Baalatria originem duxit. De qua modò differemus, à celebratissimo Numine Beelphegor initiũ facturi.

Eusebius.

Cyrillus.

CA-

CAPVT V.

De Beelpheg, qui est Deaster siue Idolum Ammonitarum.

BAalphegor Ibræis בעל פעור seu quod idem est, Dominus hiatus seu aperturæ; Iolum fuit Moabitarum; cuius meminit Oseas,& mentio fit eius Numrorum 25. Deut. 4. Iosue 22. sæpènumero quoque omisso Baal, pheor tantùm dicitur aut phogor, vti ad Hebræos 17. Cuiusmodi porrò idum fuerit, variant sententiæ. Theodoretus SS. Basilius, & Chrysostomus eum à Græcis Saturnum appellatum tradunt; in qua opinione Apollinarem quoque fuisse reperio; addit Chrysostomus Baal esse nomen generale idoli, Phogor nomen loci; præterea à particulare illud idolum apellari Bel; Consentit in reliquis Rhodiginus, sed cum Hieronymo Bel, el, Baal commune ait, ac idem idolum significare; nimirùm quod Bel primus Assyriorum Rex Nini filius (nos patrem dicimus) primus etia Dei nomen à subditis acceperit, vti relatum est. Quicquid sit; constatro singulari aliquo idolo & Baal poni, & pluraliter Baalim pro varijs idis, aut pro eodem illo Assyriorum, quod diuersis deindè modis gentes iæ figurarunt, aut cognominauerunt. Vndè malè intulit Scaliger, Baalunquam sine adiuncto reperiri asserens. Repugnat enim hoc sacro textui, qui sæpè solius Baal, nullo ei alio adiuncto nomine meminit.

Theodor. Basilius. Chrysost. in Genes.

Rhodiginus.

Scaliger.

Dicimus itaque nomen בעל Hebraicum & בעיל Beel seu Bel Chaldaicum, generli loquendi ratione nihil aliud significare, quàm quodlibet falsum Numn, non secùs ac apud nos nomen idolum, vel Deus, quod commune e ad Iouem, Saturnum, Mercurium; ita quidem, vt illud Baal generis locu obtineat, adiunctum verò nomen speciei. Sic Beelphegor alius dicitur Beelzebub, & Beelthemar, alijsque suprà indicatis.

Quid significet Beel?

His itaue suppositis, quæritur, Quid propriè fuerit Beelphegor, & quale illud iolum fuerit? Quod vt decidatur, pudicum Lectorem mihi, si forsan casti aures obscœnitate rerum verberari contigeret, condonare velim; aliudenim superstitiosæ originis inuestigatio non suadebat; sint omnia munda mundis, noueritque Lector, nihil me verbis proprijs adducturum, sed erbotenus ex sacris literis, SS. Patribus, cœterisque Scriptoribus, tùm ac cautelam, tùm ad radices superstitionum ostendendas, omnia allegaturum. Non desunt primò, qui id cum Sole, Saturno, Ioue, Baccho confuncant, vti ex superiùs dictis patet. Nos concludimus, nullum alium fuisse, quàm Priapum; idq; ex etymo nominis primò patet; est enim Priapus Hebraicè nihil aliud, quàm פעור פה *pehorpeh*, hoc est, os nuditatis; sic ait Baal aruch: ובעל פעור פירושה פעור פה *Et nomen Beelphegor*, inquit, *explicatio eius est os nuditatis*. Ex quo patet Priapus, cùm Græcum non sit, originem suam sanè à nullo alio, nisi ab Hebræo Peorpè sumpsisse, cui vox Priapus admodum affinis. Accedit, quod Peorpè apud Hebræos propriè significet veretrum, & eam quidem partem, quæ glans dicitur; qua figura Beelphegor effigiatus fuisse, scribit S. Hieronymus, quem consule, atque

Beelphegor quod idolum fuerit?

Beelphegor idem ac Priapus.

Oseas c. 4. apertè alludere videtur Oseas verbis indignatione plenis, quibus Hebræorum filijs exprobrat conuersationes cum meretricibus & sacrificia cum effœminatis. Sunt autem meretrices & effœminati vt benè exponunt Cyrillus, Theophylactus, & Hieronymus) turpes mieres colentes obscœnissimum idolum Beelphegor seu Priapi; vndè 3. Reg. 15. scriptum

3. Reg. 15. est de Asa; *Insuper & Maacham matrem suam amouit, ne esset particeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat. Subuertit quoque lucum eius, & confregit simulachrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron*, vbi notandum, loco sacrorum Priapi & idoli turpissimi, Hebraicam dictionem habere מפלצת, quod rem horrendam & fœtore abominandam denotat, eò quod,

R. Leui com. in l. 3. Reg. 15. vt rectè commentatur R. Leui hoc loco: שהוא מביא פלצות רת לעובריו: *horrorem & calamitates multas suis cultoribus eiusmodi idum adducat*; formam eius hoc loco describit R. Salomon Iarrhi his vers:

R. Salomon Iarrhi cit. 1. reg. loc.

כי עשתמפלצת אמרו רבותינו מפליא ליצנותא במין זכרות עשתה ויתה נבעלת בבל יום:

Dicunt sapientes nostri mira de fabrica huius idoli, erat enim ad speciem virgæ virilis effectum, cui maritabant se tota die. Hoc igitur idum in summa veneratione habebatur apud mulieres, hoc summâ insan appetebant viri effœminati, iuxtà illud Oseæ cit. loco. *Et cum effœminas sacrificabant*. Pro effœminatis in Hebræo est קדשות, quod quoniam fœmini generis est, nonnulli scorta interpretati sunt; Viri enim huiusmodi קדשים dicuntur.

S. Hieron. Cyrillus. S. Hieronymus tamen effœminatos vertit, & Sacerdotes Beelphegor siue Priapi esse docet; cui subscribit Cyrillus, qui hos quoque Sacerdotes Beelphegor intelligit viros quidem, sed in fœminas mollicie mutatos, qui muliebri vociferatione & cymbalis vtentes, facesque ferentes concurrebant. *Aquila.* Aquila verò ἐπιλλαξμένους interpretans, id est, mutatos, hc ostendere voluit, quod suam naturam mutauerint, & de viris factæ sit fœminæ. Fuisse porrò hunc Beelphegor obscœnissimè effigiatum, ex ipso nomine patet, quo eum Hebræi passim Dominum turpitudinis, ve Dominum

Theophylact. c. in Num. 25. apertionis, aut nuditatis appellant. Hinc Theophylactus cm Beelphegor seu Priapo initiatis sacrificare, illum dicit, qui opere pecatum carnis perficit. Cultores autem eius varijs cœrimonijs eum obeuabant.

Cultus Beelphegor qualis? *Oleaster in 25. Numer.* Verùm vt quanta hominum corda cœcitate diabolus opplèrit, & quam abominanda in suis non cœrimonijs, sed nefandis sceleribus perpetrauerint, cognoscas; leges Oleastrum, qui in 25. Numerorum caput, detestabiles huiusmodi, auribusq; prorsùs intolerabiles ritus fusè describit, vti & Rassi in citato loco his verbis, sic dicit:

ושמו פעור שפוערים לפניו פי הטבעת ומוציאים רעי זו עבודתו:

Hoc est: *Et nomen eius*, subintellige idoli, *Phegor, eò quod denudarent ante eum posteriora, aluum soluentes, hæc enim eorum erat religio*. Quæ quidem non sacrificia, sed abominanda scelera non semel Deus per Prophetam corripit, iuxta illud: *Omnem abominationem, quam abominatus est Dominus, fecerunt idolis suis*. *R. Moses.* Aitque R. Moses dictus Rambam libro 3. Moreh, ob

impia

impia & scelleratissima sacrificia Beelphegori exhibita, sacerdotibus hoc præceptum esse datum, vt tempore sacrificij braccati incederent, ne irreuerentiam aliquam Deo, nuditate apparente facerent; verba eius adducam:

וידעת פרסום עבודת פעור בזמנים ההם שהיתה בגלוי הערות מפני זה צוה חכוהנים לעשות מכנסים לכסות בשר ערוה בעת העבודה ושלא יעלה עם כל זה למזבח במעלות אשר לא תגלה ערותם:

Tu verò scis, quod seruitium idolorum Phegor in temporibus illis erat, vt locum turpitudinis ante eum discoperirent, & idcircò præceptum est sacerdotibus, vt facerent braceas & fæmoralia; quibus carnem turpitudinis in hora sacrificij cooperirent, & propterea non ascendebant ad altare per gradus, ne discooperirentur. Hæc Rambam.

Expensis itaque omnibus ijs, quæ de Baalphegor seu ritibus impijs priscorum tradunt monumenta; nunc ad institutum nostrum reuertamur, quod est, monstrare, totam hanc phegorolatriam, ac impiorum rituum colluuiem aliundè non promanasse, nisi ab Ægyptijs, queis phallum seu pudendum Osiridis in summa semper veneratione, Isidis institutione & monitu habuisse, Diodorus docet. Et nos totam eius historiam suprà capite de Osiride & Apide fusè ex Authoribus ostendentes satis superq; insinuauimus. Est autem communi omnium Mythologorum sententia phallus idem, quod priapus; hos igitur priapos seu phallos tanto in honore habebant, vt nulla actio sine illis peragi videretur; hos, teste Herodoto, in sacris Dionysij collo suspensos circumferebant; erant autem cubitales statuæ, quæ in honorem Osiridis, teste Diodoro, tibiâ præcinente in festis ex varia materia, vitro, eborc, auro, serico, & panno confectæ circumportabantur; quibus mulieres potissimùm ad explendam Veneris pruriginem vtebantur. Hinc Ithyphallia quoque originem traxisse videntur; Est autem ἰθύφαλλος, vti iam sæpè in præcedentibus diximus, & imposterum dicemus; nihil aliud nisi priapus cum phallo erecto, qui, teste Diodoro, Luciano, Herodoto, ab Ægyptijs quotannis summâ inquisitione & culto celebrabatur; cuius imago fuit, *quæ arrectam mentulam teneret*, teste Suida. Horum quoque & Typhonem Priapi nomine insignitum Lucianus demonstrat. *Ægyptij*, inquit, *Priapi simulachrum, quem Horum & Typhonem appellabant, humanâ effigiabant formâ, dextrâ manu sceptrum tenebat, quod ab ipso terram & mare in lucem edita existimarent. Leuâ suam ipsius mentulam arrectam, quod semina humo tecta in apertum emittat; pennæ autem motus celeritatem indicabant, & discus Orbis circumferentiam* (eundem enim cum Sole putabant) *significabant*. Fascinum quoque pro Priapo seu phallo positum apud Authores reperimus; meminit inter cæteros eius D. Augustinus. *Quid hoc*, inquit, *dicam? cùm ibi sit priapus, nimirùm masculus, super cuius immanissimum & turpissimum fascinum sedere noua nupta iubebatur, more honestissimo & religiosissimo Matronarum*; de quo & Horatius:

Ruber sedere cum rubente fascino
Minusuè languet fascinum.

Phallus & Phegor idem sunt. *Herodotus.*

Quid sit Ithyphallium.

Diod. l. 1. c. 2. Lucianus in Dea Syria. Herod. in Euterp.

Phallus Fascinum. *D. August. l. 6. de ciu. Dei*

Horatius.

Quo loco Porphyrion ait, quod fascinandis rebus hæc membri deformitas adderetur, & in sacris Athenienſium Libero celebratis frequens erat, teſte Pauſania : *Stipes nimirùm rectus in modum fascini adornatus*. Quem & apud alios Mutonem vocitatum reperio, & Mutinum quoque, vt habetur in Priapæis, *Rubricato minare Mutino*. Tertullianus in Apologetico legere videtur Mutunus, ita enim ridens Romanorum religionem : *Sterculus*, inquit, *& Mutunus, & Laurentina prouexit imperium* &c. Arnobius item in quarto : *Etiamne*, inquit, *Mutunus, cuius immanibus pudendis, horrentiq; fascino veſtras inequitare Matronas, & auſpicabile ducitis & optatis*. At verò Lactantius Firmianus in 1. *Sterculus*, inquit, *qui ſtercorandi agri rationem induxit*; *& Mutinus, in cuius ſinu pudendo nubentes præſident, vt illarum pudicitiam prior Deus delibaſſe videatur*. Auguſtinus etiam in quarto, Mutunum, & Tutunum legere videtur, tametſi in codicibus Lactantij quibuſdam, nunc Futinus legatur & Tutunus; quicquid ſit, omnia huiuſmodi nomina Priapo afficta, immundiſſimæ pollutionis, queîs ſacris eius nefandis initiati contaminabantur, effectus oſtendunt.

Pauſanias. *Tertull. in Apolog.* *Arnobius.* *Lactant. Firmian.* *Auguſt. in 4. de ciu. Dei.*

Cur porrò poſt Ægyptios Græci, Romanique, qui ea à dictis Ægyptijs hauſerant, tantô ſemper ſtudiô huiuſmodi ſacra coluerint, apud Authores reperio factum eſſe; tùm quod huius cultu ea mala, quæ generationem impedirent ceù faſcinata auerterentur; tùm verò ob eam corporis partem, à qua ſit omnium origo; ac ob primam rationem, eum in hortis paſsim, arboribus, alijſque locis frugiferis collocatum legimus, iuxtà illud Ouidij :

Cur Hebræi, Græci, Romani tantũ phallico cultui ſtuduerint. *Columella.*

Pomoſiſq; ruber cuſtos ponatur in hortis,
Terreat vt ſæuâ falce Priapus aues.

Columella :

Arboris antiquæ Numen venerare Ithyphalli.

Ouidius.

Hoc enim poſito, falſâ quâdam ſuperſtitione moti rerum omnium ſibi ſpondebant vbertatem. Altera ratio eos mouebat, vt ad auertendam inductam per maleficia impotentiam, mulierumque ſterilitatem auertendam phylacteriorum loco, collo, manibus, cingulo, auribus portarent, quæ & eandem ob cauſam animalibus brutiſque affixa eſſe, ex hieroglyphicis patebit, in quibus hoc phallo nihil occurrit frequentiùs.

Eaſdem itaque ob rationes gentem quoque Hebræorum ſacra turpiſſima amplexatam eſſe, tantòque libentiùs auidiùſque, quantò ad omne ſuperſtitionis genus, ac luxuriæ, omnigenæ inquinamenta erat propenſior, aſſerimus. Nam cùm huius Priapi ſeu Ithyphalli cultui Ægyptij omnem fœlicitatem, terræ ad hæc hominum brutorumque fœcunditatem aſcriberent; nil faciliùs fuit genti, apud quam nihil ſterilitate erat probroſiùs, quæque laxatis temperantiæ habenis, in omne libidinis genus miſerè ſeſe, etiam ſub honeſtæ propagationis humanæ prætextu præcipitabat, quam ea ſacra ſibi aſciſcere, quibus id ſub larua religionis tutò & impunè liceret, quibuſque ſterilitatem illam probroſam, & in lege maledictam, Ægyptiorum exemplum ſecuti, priapæo cultu auerterent. Quod

Cur Hebræi ſacra turpiſſimi Priapi acceperint.

vt ſa-

vt faciliùs & libentiùs facerent, mouebat eos Ægyptiorum fœcunditas, ſummæque, quas ex hoc cultu percipiebant, voluptates, peccandique impunis licentia; ex ſuperſtitioſis quoque non deerant, qui hoc cultu infatuati, omnem illam mulierum Hebræarum in Ægypto prodigioſam fœcunditatem alteri non aſcriberent, niſi fœcundo illo ſuo Beelphegori, turpiſſimorumque idolorum cultui, cui in tantum erant irretiti, vt nullis miraculis, minis, vltionibus, mandatorumque obſtaculis, ab hac mentis proteruia inſaniaque abduci poſſe viderentur; quod poſt inſolita ac inaudita per Moſen à Deo, in gratiam ingrati populi patrata miracula beneficiaque innumera, queîs quotidiè fruebatur in deſerto duræ ceruicis populus, ac in malo obſtinatus, manna ſpretâ, cœleſti ac veluti ſuper cibo leuiſſimo nauſeans, nihil aliud, niſi voluptuoſam Ægyptum, eiuſque cœpas, allia, aſphodelos, ollaſque carnium (quas egregius quidam Rabinus non malè interpretatur meretrices, quibus inſidebat inſatiabiliter fornicans) meditaretur; quæ grauiſſima ſcelera ingrati populi, Deus apud Prophetam ijs non ſemel exprobrare videtur. Cùm omnem abominationem, quam abominatus eſt Dominus, cum idolis ſuis Venereis eam feciſſe dicit. Augebat has brutas concupiſcentias multũ commixtio cum mulieribus alienigenis Moabitarum, Ammonitarum, & Madianitarum, in quas filij Iſraël effrœni quâdam libidine, teſte ſacra Scriptura, ferebantur. *Morabantur autem*, inquit, *eo tempore Iſraël in Setim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua, at illi comederunt, & adorauerunt Deos earum, initiatuſq; eſt Iſraël Beelphegor.* *Numer. 25.*

Filiæ Moab ritus colendi Beelphegor ab Ægyptijs traduxerunt ad Hebræos.

Erant autem hæ dictæ mulieres ex inceſtuoſo Loti partu reliquiæ, quæ cùm vicinæ eſſent Aegypto, carnales hoſcè Priapi ſeu Phogoris ritus amplexantes, ſummô ſtudiô ad Iſraëlitas primùm transfuderunt, qui ea breui incrementa ſumpſerunt; vt plerique, teſte ſacra Scriptura, abominationibus hiſce dediti, ſcalpendis phallis Deaſtriſque huiuſmodi effingendis diſtenti, omnem de cultu Dei veri optimi, ac beneficentiſſimi memoriam depoſuiſſe viderentur. Ritus autem colendi eiuſmodi probroſiſſimos Deaſtros nobis appoſitè deſcribit רשי Raſi, ſiue R. Salomon Iarchi ſupra ea verba (*& adorauerunt Deos earum*) citato loco numerorum commentans: *Cùm*, inquit, *mulieres prurigini Veneris exſtimularentur; accedebant Iſraëlitas dicentes: habeo quod dicam tibi, attende me quæſo, & hoc dicto, è ſinu ſtatuam Phegor producentes aiebant; adora hunc: quo facto operi Venereo ſeſe accingentes, Deaſtrum illum impudicum & nefandum ſummô honore illo ſe actu afficere exiſtimabant, atque hic fuit egregius ille, ſi Dijs placet, ritus.* Sed audiamus verba ipſius Authoris ex Hebraico: R. *Salomon ſiue Raſsi cit. Num. loco.*

וכשחקיף יצרו עליה ואמור לה חשמיעי לי והיא מוציאה לו דמות פעור מחיקה
ואומרת לו השתחוה לזה:

Cùm, inquit, *quiſpiam vehementiori tentatione vegeretur, dicebat mulieri, attende me, ſeu exaudi me, qui in concupiſcentia tui ſum; & illa ſubitò è ſinu producebat ſimulachrum Phegor, & dicebat ei, adora hunc &c. quo facto actus ſecutus eſt.* Turpis cõſuetudo Hebræorum. Quæ eadem ab Ægyptijs factitata in Iſiacis ſacris, varijs in locis huius operis, volente Deo, monſtrabimus.

Patet

Patet igitur omnem illum impium ritum ab Ægyptijs dictis proceſſiſſe, quod non tantùm ex ijs, quæ hactenus diximus, ſed & iam ex ſumma illa vtrique genti communium cœrimoniarum affinitate, luculenter apparebit. Verùm vt origo meliùs conſpiciatur, eas collatione inter ſe facta comprobandas ratus ſum.

Ac primò quidem Ægyptios è Diodoro nouimus, ſummô ſemper ſtudiô hunc phallum Oſiridis coluiſſe, quod & ab Hebræis factum in præcedentibus oſtendimus. Erat autem Priapus ſeu phallus iſte ſtatua paruula in penis formam effigiata, quam contra ſterilitatem, tùm in publicis hortis, agris, alijſque campeſtribus locis ponebant; tùm in priuatum emolumentum collo, auribus, cingulo, fœmoribus, phylacterij loco circumferebant; quod & Hebræos in cultu Phegor obſeruaſſe ex præcedentibus patet. In quibus ex R. Salomone oſtendimus, imaginem Phegor, כמין הזכרות, id eſt, ad veretri humani ſimilitudinem efformatum, à meretricibus, alijſque impudicis fœminis ſinu circumlatum fuiſſe.

Priapus phallus phegor idem.

Præterea Aegyptios phallos huiuſmodi in Dionyſiacis per compita Vrbium, inſanâ quâdam mentis diſſolutione ac vociferatione, tibiarumq; clangoribus circumuexiſſe triumphi in ſpeciem, teſtatur Herodotus. Quas cœrimonias Aegyptiorum more, Hebræos quoque obſeruaſſe, ſuprà docuimus ex Cyrillo, cùm de effœminatis Priapi Sacerdotibus verba faceremus. Moris erat Aegyptijs mulieribus, teſte Plutarcho, Diodoro, Suida, Apidem in Ithyphalliorum ſacris (quæ ſingulis annis ſemel ſolenni pompâ celebrabantur) accedere, eique ſublatis veſtibus poſteriora denudare. Quod in ſacris Beelphegor celebrari ſolitis, Hebræis fœminis vſitatum fuiſſe, ex Moreh nebuchim, Rambam, alijſque tradidimus. Prætereà Priapæa ſacra ſeu Pamelia feſta plerumque in locis abditis, ſpeluncis, lucis, antriſque celebrata, Pauſanias tradit; quod Hebræos quoque feciſſe Troglodytas imitatos è libro tertio Regum probauimus; vbi de Aſa Rege ſic dicitur. *Et abſtulit effœminatos de terra, purgauitque vniuerſas ſordes idolorum, quæ fecerant patres eius; inſuper & Maachan matrem ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius, quem conſecrauerat, ſubuertitq; ſpecum eius, & confregit ſimulachrum turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron.* Denique Aegyptij phallis ad faſcinanda mala generationem impedientia philacterij loco vtebantur. Quod Hebræas mulieres ad ſummum ſterilitatis malum auertendum feciſſe è dictis liquet. In ſumma Hebræos Aegyptiorum Simias nemo negabit, qui haſcè noſtras comparationes diligenter expenderit. Ithyphallia itaque, Pammelia, ſeu Priapæa ſacra in Aegypto primùm exorta, vicinos ſibi Hebræos primùm infecerunt; deindè in Græciam vſque propagata, ingentem ibidem nouarum ſuperſtitionum ſobolem peperêre; quæ à Romanis poſtmodum, coaptatâ, diffuſâq; conclamatæ ſuperſtitionis propagine, totum mundum repleuerunt; quæ quidem in tantum breui excreuerunt, vt poſt Salutis aduentum, etiam non defuerint, qui eiuſmodi ſacris abominandis initiati ſe turpiſſimo Phegori manciparent; quemadmodum ex deteſtabili Gnoſticorum ſecta apud Epiphanium, Philaſtrium, alioſque Heræſeologos legitur.

Phalli in feſtis Dionyſij portati. *Herodotus in Euterpe.*

Ægyptiorum priapæa feſta.

Rambam in moreh.

Pauſan. in phocicis.

Phalli erant amulæta contra faſcinationem.

Hebræus Simia Ægyptij populi.

Ex

Ex hoc fonte quoque profluxiſſe videtur impia illa Mahumetis lex ſeu Alkoranus, qui dùm ſupremam beatitudinem in fruitione brutarum voluptatum, Epicuræorumque delicijs conſtituit, quid aliud agit, quàm vt turpiſſimos hoſce phegorios ritûs, cœrimoniaſq; renouet. Hunc denique Beelphegor pro Deo habent omnes ij, qui æſtro libidinis perciti, brutorum irrationalium inſtar miro modo mente vacui, corde confuſi, & ſummè fanatici, verique Penelopes proci, aut meliùs immundi porci toto die, dulci hoc veneno fauciati, circumuagantur; & ſiue bibant, ſiue manducent, ſiue cubent, huic Venereo idolo ſemper intenti mentem funeſtant; vt qui nihil aliud cogitent, non ſua, nec ſeipſos, phanatico quodam morbo catenis ignorantiæ ac turpitudinis arctè conſtricti; vera libidinis prodigioſæ monſtra; deteſtanda Phegoris mancipia, quæ quidem alto præſtat ſilentio ſupprimere, quam ea proferendo caſtas aures periculoſiùs vulnerare. Quare ijs dimiſſis ad ea, quæ de Baalim dicenda reſtabant, progrediamur, inter quos non immeritò ſecundum locum obtinet Beelzebub, quem in Euangelio principem dæmoniorum nominari legimus.

Omnes iuxurioſi Phegorolatræ.

CAPVT VI.

Beelzebub Idolum Accaronitarum.

DE nomine huius ſiue Dei, ſiue Dæmonij magnam apud Authores controuerſiam reperio, quam tamen aliundè exortam non arbitror, niſi è locis iſtis Euangelicis, queis Iudæi Chriſtum de Dæmone, non niſii in Beelzebub principe dæmoniorum eiecto inſimulant. Nam hoc loco pro Beelzebub alij legunt Beelzebul; quæ lectio, vti paulò antè diximus, variam paſsim vti opinionum, ita fabularnm occaſionem præbuit; vt & modò dicemus, vbi priùs varias huius loci verſiones adduxerimus. Ac vulgata quidem editio Beelzebub habet, quam ſequuntur Hebraica, Syra, ac Perſica tranſlatio, vti in ſequentibus patet:

Hic non eijcit dæmonia niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. *Latina vulgata.*

זה אינו מוציא את השטנים כי אם בבעל זבוב: *Hebræa.*

Hic non eycit dæmonia niſi in Beelzebub.

ܗܢ ܠܐ ܦܓܐ ܫܕܝܐ ܐܠܐ ܒܒܥܠܙܒܘܒ ❊ *Syra.*

Hic non exire facit Satanas, niſi in Beelzebub.

ڀمكن ڀسلن رامكر ڀبعلزبوب ❊ *Perſica.*

Hic non eycit dæmonia niſi in Beelzebub.

Alij verò hoc loco pro Beelzebub vertunt Beelzebul; quemadmodum è Græco 70. Interpretum verſione, quam Arabica, Copta ſeu Ægyptia, Æthiopica ſeu Abyſſina, aliæque ſequuntur, apparet; verſiones omnium apponendas duxi.

Græca. Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια εἰ μὴ ἐν τῷ Βελζεβὰλ ἄρχοντι τῶν δαιμωνίων.

Arabica. هذا لايخرج الشياطين الابباعل زبول

Hic non ejcit diabolos niſi in Beelzebul.

Coptica. ⲟⲩⲟⲩϩ ⲙⲡⲉⲃⲁⲗϩ ⲛⲓⲁⲓⲁ ⲃⲩⲗⲟⲥ ⲉⲃϩⲏⲗ ϩⲓⲛ ⲃⲉⲗⲍⲉⲃⲩⲗ

Hic non ejcit diabolos niſi in Beelzebul.

Æthiopica. ዘእይዐፀእ፡አጋንንተ፡ዘእበሰ፡በበዔፀ፡ዜቤፀ።

ZaiiWazaa agananta zaabala baBeel zebul.
Hic non ejcit dæmonia niſi in Deo ſtercoris.

Origenes. Chryſoſtom. Athanaſius. Cyrillus. Prudentius.

Hiſcè Authoritatibus ſacris aſtipulantur Origenes, SS. Chryſoſtomus, Athanaſius, Cyrillus, alijque veterum, qui omnes hoc loco pro Beelzebub legunt Beelzebul. Prudentius quoque περὶ στεφάνων, hymno quinto Vincentio Martyri ſic canit:

Sed Beelzebulis callida
Commenta Chriſtus deſtruit.

Verùm hanc difficultatem vt enodemus, notandum eſt, Beelzebul hoc loco Chriſtianos Orientales, non niſi in Idololatrarum contumeliam adinueniſſe; nam quemadmodum בעל זבוב, in Hebraica lingua à בעל & זבוב deducto nomine, Deum ſeu Dominum muſcæ; ita بعلزبول Beelzebul in Arabica lingua (quâ Chriſtiani dicti paſsìm vtebantur) à بعل *beel*, & زبول *zabul*, vel زبل *zabel* deriuato nomine, nil aliud ſignificat, niſi Belum ſtercoreum, aut Deum, ſeu Dominum ſtercoris & fimi; quo nomine per contemptum vocabant idolum ſeu dæmonem Beelzebub; quod & teſtatur Abraham Ben Kattun, vbi verſum 33. cap. 23. Exodi, ad hunc modum explicat. *Non ſines apud te habitare, qui colunt Deos peregrinos vel ſtercoreos*. Stercoreos hic in opprobrium dictos, nihil dubito.

R. Abraham Ben Kattun.

Atque hoc ita eſſe, nos duo docent, primùm eſt, quod hoc nomen Beelzebul nullibi, niſi in nouo inſtrumento reperiatur; quod manifeſtè indicat, hanc appellationem à Chriſtianis primò in ignominiam idololatriæ excogitatam, Euangelioque eandem ob cauſam inſertam eſſe. Alterum nos Hebræorum mos docet, quos in fictorum Numinum contemptum huiuſmodi appellationes olim fieri præcepiſſe, varia paſsìm in eorum libris occurrentia huiuſmodi vocabula demonſtrant. Hinc mendaciſſimum illum impoſtorem, Meſſiæ ſibi nomen ſub Traiano venditantem, Barcocebam, ſcilicet filium ſtellæ prius dictum, Barchozibam filium videlicet mendacij appellare cœperunt. Huiuſmodi nominum exemplis nec vetus teſtamentum caret; Mons enim Oliuarum, poſtquam eſt idolis inquinatus הר המשחית *har hamaſchith*, id eſt, mons corruptionis dicitur, vno ſolùm

Quis fuerit Barcoceba.

Contumelioſæ nominum impoſitiones.

הר המשחת *har hammiſchat*, ſcilicet mons oliuarum ſeu vnctionis, mutata litera & Iod addito, vt nimirùm ad nomen alludatur, nec opprobrium deſit; ſic quoque blaſphematuri ſanctiſſimam legem noſtram, eam appellant און גיליון Euangilion, hoc eſt, volumen iniquitatis, ab און *auen* & גיליון *gilaion*, quorum illud iniquitatem, mendacium, fraudem; hoc volumen denotat. Plura huius farinæ hìc adducere poſſem; verùm quia illa paſsim indoctis etiam nota ſunt, de ijs ſileo. Cœterùm non ignoro Iouem Græcis quoque vocatum quaſi ſtercoreum ſeu ſimo delibutum, vt videre eſt in illo Orphei carmine: *Orpheus.*

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε Θεῶν, ἐλλύμενε κόπρῳ.

Idque citat S. Nazianzenus in ſteliteut. 1. Verùm hoc nequaquam intelligendum eſt, quaſi per ignominiam id fecerint; cùm ἐλλύμενος κόπρῳ, non magis ad Iouem ſtercoreum ibi attineat, quam illud Virgilij:

. . . . . Totamq́ infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Interpres enim ſeu Paraphraſtes eſt Virgilius, ad illud Orphei intelligendum; ab vtroque arcana naturæ duntaxat docentur, & Deus veluti inuolutus exiſtimabatur; quo nomine memoratur apud Senecam natural. quæſtion. Deorum quidam ordo, ex Hetruſcorum monumentis. Porrò ob quam rem Beelzebub aut Beelzebul appellatus ſit princeps dæmoniorum, difficilè eſt aſſerere. Origenes fatetur neſcire ſe, vndè æui iſtius homines didicerint Τὰ περὶ Βεελζεβούλ; ſed vide, ſi placet reſponſa, quæ Iuſtino Martyri tribuuntur, vbi nomen hoc ab ipſis dæmonijs ſacrificulos & ἐπῳδοὺς didiciſſe ſcriptor ille, quiſquis fuerit, autumat. Neque hunc faciunt Hebræorum monumenta dæmoniorum principem, ſed Ashmodæum potiùs, quem Chaldæus Paraphraſtes in Eccleſiaſte vocat אשמדי מלכא דשידים *Aſchmadai Regem dæmonum*; dictus autem אשמדי à שמד, quod eſt, perdidit, ſiue exterminauit, & nominibus illis Angeli abyſſi, Abaddon nempè & Ἀπολλύων perquam eſt congruum. Hunc memorat Elias Theſbites, Samaël quoque vocatum fuiſſe; volunt autem Samaël proprium eſſe Diaboli nomen, qui primos parentes fefellerit, colubro, cameli ſpeciem habente, vectum; cuius meminit R. Moſes Ægyptius in more nebuchim; verba eius ſequuntur:

Cur Beelzebub dicatur Princeps dæmoniorum.

Ionathan paraphraſtes in Eccleſiaſt. c. 1. Aſmodæi nominis etymon.

הנה כבר נתבאר זה וממה שצריך שתדעהו שביארוהו במדרש וזה שחם אמרו שנחש הורכב וחוה חיתה כשיעור גמל ושרוכבו חיה אשר חשיא חוה ושהרוכב חיה סמאל וזה השם הם יתירוהו על השטן חמצאם אומרים במקומות רבים שחשטן רצה להכשיל אברהם אבינו עד שלא יאבה להקריב יצחק וכן רצה לחכשיל יצחק שלא אחר רצון אביו: וזכרו עוד בעניין הזה בעקידה בא סמאל אצל אבינו אברהם ואומר לו למה באת במקום זה: והנה כבר שסמאל הוא השטן וזה השם גם כן לעניין כמו ששם הנחש לעניין: ואמרו בבואו להשיא חוה היה סמאל רוכב עליו והקב"ה שוחק על גמל ורוכבו:

Rambam more h. l. 2. c. 31.

Hoc eſt: *Et ecce iam explicabitur id quod neceſsarium eſt, vt cognoſcas eius explicationem in Midras, quæ eſt iſta; dicunt quod coluber ſeu ſerpens ille* Serpens qui Euam decepit fuit forma Cameli.

qui Euam decepit forma cameli erat, ſuper quem ſedit Samael, quod nomen præcisè de Diabolo dicitur, & inuenies eos in multis locis dicentes, quod ipſe inhibere voluit Abraham patrem noſtrum, ne immolaret filium ſuum; & Iſaac, ne obediret patri ſuo. Dicunt ergo hâc ratione, quod Samael venerit obuiam Abrahæ, & dixit ei, quare veniſti ad locum iſtum, & iam oſtenſum eſt, quòd Samaël eſt Diabolus, & nomen illud ipſi impoſitum ob occultam rationem, ſicut nomen נחש *nachaſè, ſimiliter; dixerunt etiam quod Samael, cùm ad decipiendam Euam veniret, ſupra colubrum καμηλόμορφον ſederit. Creator verò ridebat de camelo & equite eius,* &c. quæ ſequuntur. Hinc in veteri commmemoratione Sanctorum Eccleſiæ Orientalis legitur. Accuſationis Samaëlis ne recorderis, memento autem defenſionis Michaëlis. Eſt enim Samaël ſemita, quam nullum volatile cognouiſſe ait Thesbites, verba eius ſunt:

Samael ſerpenti ſub forma cameli inſidens Euam decipit.

סמאל לא ידעו עיט תרגום דלא חכימיה סמאל דפרח חיך
עופא וכן אמרו תנו שוחד לסמאל ביום הכפורים ויש
אומרים שאשמדי הוא סמאל ושני שמות נקראו לו וכבר
זכרתיו בשרש אשמדי

R. Elias Louita Askenaz, in Thisbe.

Hoc eſt: *Samaël, ſemita quam nullum cognouit volatile; Thargum quam non cognouit Samaël, qui volat tanquam auis; hinc eſt, quod dicunt; Date munus ipſi Samael in die expiationis; Alij dicunt, quod Aſchmadai ſit Samaël, atque ei eſſe duo nomina, de quo mentionem facit in radice.* Ita Elias; alio verò in loco ait:

ואומרים רבותינו בי נעמה אחות תואל קין היתה אם
אשמדי וממנה נולדו השדים:

Et dicunt noſtri ſapientes, quòd Noamath ſoror Thubalkain fuerit mater Aſchmadai, & quòd ex ea dæmones fuerint progeniti. Verùm de his & ſimilibus alibi copioſior dabitur diſcurrendi materia.

Sed vt vndè digreſſi ſumus, reuertamur, quis ille Beelzebub? quod idolum eius? vndè ad Hebræos muſcarius ille Deus peruenerit, explicandum reſtat.

Idolum Beelzebub vndè?

Certè Accaronitarum idolum fuiſſe c. 1. lib. quarti Regum docet. Nam cùm diſrupto fortè opere reticulato (ita enim volunt Iudæi locum illum de cancellis intelligi) cœnaculi ſui, præceps decideret Achazias Rex Iſraël, & colliſo corpore ſe malè haberet, de ſalute conſulere voluit oraculum Beelzebub Dei Accaronitarum, quod idem eſt ac Deus muſcæ; vndè F. Ioſephus de Ahaziæ caſu verbâ faciens, Τὸν Ἀκκάρωνος Θεὸν μυῖαν (quaſi diceret Accaronitarum Deum muſcam) eum appellat; quô nomine & ſeptuaginta ſeniores, & Gregorius Nazianzenus orat. ſteliceut. ſecunda, & ſi qui ſunt alij, verſionem Septuaginta ſecuti, vtuntur. Vtrum verò ab Accaronitis inuentum fuerit hoc nomen, an à Iudæis in idoli opprobrium? diſputatur. A Muſcarum multitudine, quæ victimarum carnes plerumque ſectantur, dictum, non deſunt, qui opinentur. Veri Dei enim ſacra muſcas nequaquam infeſtaſſe traditur in Pircke Auoth.

Greg. Naz. orat. ſtelic. 2.

עשרה נסים נעשו לאבותינו בבית המקדש לא הפילה אשה מריח בשר הקדש ולא הסריח בשר הקדש מעולם ולא נראה זבוב בבית חמטבח וגו׳:

Decem prodigia dicunt, Patribus noſtris oſtenſa ſunt in Ægypto in domo ſanctuarij. Nulla mulier ob odorem ſacrificiorum abortyt; nidorem nullum aut maleolentiam efflauit caro holocauſti. Ne minimam quidem muſca viſa eſt in loco occiſionis hoſtiarum &c.

Muſcæ non infeſtabant ſacra Hebræorum.

Alij volunt dictum Beelzebub, eò quod idola nidore carnium imbuta à muſcis infeſtarentur; ſunt etiam qui Baal zebahim, hoc eſt, Deum victimarum, immolationum, ſacrificiorum, ioculari vocabulo ſcripturam Deum muſcæ appellaſſe arbitrentur; vti Scaliger, *Id*, inquit, *quod dicebatur Baal zebahim, Deus victimarum, immolationum, ſacrificiorum, ioculari vocabulo ſcriptura vocauit Deum muſcæ, quòd in templo Hieroſolymitano muſcæ carnes victimarum non liguriebant, cùm tamen gentium fana à muſcis infeſtarentur, propter nidorem victimarum.* Sed mihi perſuaſiſſimum eſt, Accaronitis ipſis eum Beelzebub proprio nomine dictum, vti & poſteà non infirmis rationibus oſtendemus; quis enim Τὸ σεβιζὸ μθυον ὐβεἰζὶ? Nonne enim veluti Numinis venerandi illius mentio facta eſt ab Achazia? *Ite*, inquit, *& inquirite Beelzebub Deum Accaronitarum, num ſuperuicturus ſim ab hac infirmitate?* Ecquis Numen, quod coleret, ac de ſalutis inſtauratione conſulendum duceret, inhoneſto & ioculari vocabulo compellaret? Accedit, quod etiam Europæis Iuppiter & Hercules ſub eodem ferè nomine colerentur.

Ioſeph. Scal. Elench. trihareſ. Nu. 5.

Dico itaque Beelzebub idolum Accaronitarum idem fuiſſe quod Myagri muſcarum Dei apud Pauſaniam in Arcadicis. Nam cùm ait de celebritate, quæ Palladi Tritoni apud Arcadas agebatur: Ἐνταῦθα, ait, τῇ πανηγύρει μυάγρῳ θεῷθύσιν. hoc eſt, *In ea celebritate ante Myagro celebrant ſeu ſacrificant, preces inter ſacra heroi effundunt, Myagrum inuocantes.* Atque ita facientibus nihil præterea moleſtiæ muſcæ inferunt; mentio quoque eſt Myagri in caſtigatis Solini exemplaribus, in quibus ita legitur: *Sacellam*, inquit, *Herculis in foro Boiario eſt, in quo argumenta conuiuij latæ maieſtatis ipſius remanent; nam diuinitus in illud neque canibus, neque muſcis ingreſſus eſt; etenim cùm viſcerationem ſacricolis daret, Myagrum Deum dicitur imprecatus; clauam verò in adytu reliquiſſe, cuius olfactu refugerent canes.* hactenus Solinus. Idem ſcribit & Plinius. Sed Dei nomen non apponit, id quod & in pleriſque Solini codicibus deeſſe videmus. Plinius l. 29. c. 6. dùm de alopeciæ remedijs agit, non Myagrum hunc Deum, ſed Myodem vocauit, ita de muſcis loquens: *Nullum*, inquit, *animal minùs docile exiſtimatur, minoriſq; intellectus; quò mirabiliùs eſt, Olympiæ ſacro certamine nubes earum immolato tauro, Deo quem Myodem vocant, extra territorium id abire.* hæc ibi Plinius, qui tamen libro 8. capite 28. ſcribit quoque Cyrenaicos Achorem Deum muſcarum multitudine peſtilentiam afferente inuocare ſolitos, quæ protinus quam litatum eſt, intereunt. Gregorius Nazianzenus in prima in Iulianum Cæſarem oratione non Achorem, ſed Acaron, quod

Beelzebub idem ac Deus muſcarum. *Pauſanias.*

A Sacello Herculis arceri canes & muſcas finxit antiquitas. *Solinus.*

Plin. l. 29. c. 6

Greg. Naz. in Iul. Caſ. orat. 1.

nescio quam affinitatem cum Accaronitarum vrbe habet, vocare videtur. *Non amplius*, inquit, *muscæ quærent Deum Accaron, aut si quid muscâ est ridiculosius*. Hoc tamen planè ipse non affero, quando mihi in præsentia non suppetit Græci codicis facultas. Alibi tibi retuli apud Græcos, Iouis esse cognomen ἀπόμυιος, quem colebant à fugandis muscis appellatum; nam Solinus, vbi cùm potitiorum & pinariorum sacra institueret, Myagrum Deum, scilicet Iouem ἀπόμυον imprecatus esse dicitur; Myagrus autem Myodes, vel potiùs Myiagrus & Myiodes, Apomyius & huiusmodi muscam in se signanter comprehendunt, & quasi Dominum muscæ explicant. Ita Hercules κορυνοστίων à Trachinijs cultus; sic dictus autem, quod κορυνόπας (scilicet παρνόπας eorum linguâ, siue locustas) abegerit. Erythræis idem ἰπποκτόνος appellatus, scilicet qui vermiculos vitibus infestos occidat, & Apollo Sminthæus μυοκτόνος dictus à muribus, quæ memorat Eustathius ad 1. Iliados: *Anne verò hæc Diuûm cognomina, minùs quàm illud Accaronitarum ridicula? An Accaronitæ, quam Græci & Romani pij magis censendi, aut in idolorum titulis religiosiores?* Certè à Beelzebub hæresin format Philastrius Muscicolarum seu Muscæ Accaronitarum, qui (vt verba eius sunt) *Muscam colunt in ciuitate Accaron dicta*. Verùm his omnibus ita ritè consideratis, iam ad id, quod ab initio nobis propositum erat, exequendum, videlicet ad huius Muscilatriæ originem perscrutandam, nos accingamus; quod vt solidiùs fiat,

Iouis cognomen à fugandis muscis.

Hercules dictus quod colligeret locustas & vermiculos è vitibus.

Accaronitæ adorabant muscam.

Sciendum est, eam esse Ægypti naturam, vt post annuam Nili inundationem, ex aquarum stagnantium reliquijs, tùm animalia reptilia omnis generis; tùm maximè ingentia muscarum, culicum, similiumque molestarum bestiolarum examina exoriantur, quæ & homines & animalia miserandum in modum excrucient; adeò quidem, vt Ægyptij impudentiam & summum malum hieroglyphicè significantes, muscam pingere soleant, vt paulò post videbitur. Isaias quoque Propheta pœnas Iudaicæ perfidiæ destinatas commemorans, inter cœteras muscæ quoque Ægyptiacæ meminerit. וישרק יי לזבוב *Et sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & Api quæ est in terra Assur, & venient & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis*. Seu vt septuaginta habent: *in carectis, & in vniuersis foraminibus*. Rabbi Salomon hoc loco vocat מלחמת חזבובים exercitus muscarum Ægypti, qui rebellem populum inuadant. Ægyptij itaque cum muscarum multitudine non idola tantùm indignè conspurcari; verùm etiam sacra illa sua animalia, canes, boues, vaccas, capras, miserandum in modum cruciari viderent, de abactione muscarum oraculum consuluêre, quod respondisse fertur, muscæ cultu muscas pellendas, quod si facerent, futurum, vt muscæ imposterum reuerentiores essent; dictum factum, Ægyptij subitò ad omnia muscis infesta loca Muscarium illum Deum posuerunt; cuius symbolum hieroglyphicum erat musca cum thyrso scyllocyprio, quod præterquam quod πολύμορφον δ' ἄμμονα, muscarum quoque abactionem, gnificaret.

Inundatio Nili origo multorum animalium præsertim muscarum.

Apud Ægyptios symbolum summi mali musca.

Oraculum muscæ cultu muscæ pellendæ.

Amuletum contra muscas.

Atque



Atque huiusmodi hieroglyphico nihil in Obelisçis frequentiùs hoc animalibus appendebant, Canopis, Sphyngibus, cœteriſque idolis inſculpebant, hoc ſigno veluti pacto quodam poſito aduocatus Dæmon, ſeu Genius muſcarius, muſcas profligare credebatur. Verùm ne quicquam proprij ingenij coniecturis aſſerere videamur, audiamus Abenephium de his hoc pacto differentem:

Abenephius de ſeruitute Aegyptiaca.

والذباب يزعج كل كورة المصر وكل حيوانات ويدنجس الاصنام واشيروا المصريون
الاهم وقال لهم بعبادة الذباب يرفع الذباب ويصنعوا المصريون عل كلمة الاهم
ودفعوا الذباب بقوة صورة الذباب مع عشب اسمه في عرني السعد ووضعوه في مصلات
فرعون وفي اشط انهار وفي كل مكان الذي به الذباب كثير ـــــــــــــــــــــر ۞

Hoc eſt: *Et muſcæ infeſtare ſolebant omnem circa regionem, & omnia animalia, & idola conſpurcabant; & conſuluerunt Ægyptij oraculum, & dixit eis in cultu muſcæ muſca pelletur; & fecerunt Ægyptij iuxta verbum oraculi, & muſcæ receſſerunt ob figuram ſeu imaginem magicam muſcæ, quam fecerant Ægyptij, ponentes eam in Obeliſcis & pyramidibus, in omnibus locis denique, quæ à muſcis infeſtabantur.* &c. quæ ſequuntur.

Verùm de his & ſimilibus in Obeliſcorum myſterijs fuſiùs veluti proprio in loco tractabimus, nunc hæc tantùm inſinuaſſe ſufficiat. Atque ex his apparet, Ægyptios ſiue id oraculi ſuaſu, ſiue vt aliqui Rabbini volunt, Moſis, Cyniphes productas profligantis imitatione, ſiue alia de cauſa factum fuerit, certè primos Muſcilatriæ Authores fuiſſe & inuentores, à quibus Hebræi & Græci docti, Muſcarum ingentia illa examina à ſanis, aris, cœteriſque locis victimarum, nullâ ſanè aliâ ratione arceri poſſe crediderunt, quàm ſimilis cultus inſtitutione, quemadmodum in præcedentibus de Arcadicis ſacris atque Cyrenaicis meminimus; huiuſmodi enim cultu Hebræi ſuum illum Beelzebub, ſicuti Græci Iouem illum ſuum Muſcarium ſeu Myagrum placatum iri ſtolidè credebant. Atq; hæc de Beelzebub ſufficiant.

Muſcilatriæ origo.

CAPVT VII.

Beelſephon.

BEelzephon vel Baalſephon à בעל & צפון quod Dominum abſconditum, ſiue Septentrionis ſignificat, deducit nomen; de quo varias apud Authores opiniones reperio. Alij ciuitatem eſſe arbitrantur, vti Adrichomius in theatro terræ ſanctæ & Ezechiël Tragædus, qui in Ἐξαγωγῇ Iſraëlitarum ſub perſona Nuncij Ægyptij ſic dicit:

Ἐπ' ἀυτὰς θήκα μὴν παρεμβολὴν
Βεελζεφὼν τὶς πλήζει πόλις βεβῶς.

Alij nomen loci ſeu petræ eſſe arbitrantur, vti interpretes plerique; alij denique idolum fuiſſe Ægyptiorum opinantur, quemadmodum Rabbini; quicquid ſit, ſiue Beelzephon nomen vrbis fuerit, ſiue loci deſerti, certè aliun-

aliundè illam appellationis ſuæ originem minimè traxiſſe videtur, niſi ab idolo quondam ibi culto, vt poſteà dicemus; meminit verò huius nominis hiſtoria ſacra Exodi 14. v. 1. his verbis: *Loçutus eſt Dominus ad Moſen dicens; loquere ad filios Iſraël, vt redeant & remaneant ante Pihiroth inter Migdol & inter mare è regione Baalzephon, atque contra ipſum caſtra ponant iuxtà mare: nam dicet Pharao de filijs Iſraël, irretiti ſunt in terra, concluſit eos deſertum.* Hoc loco per Baalſephon omnes Rabbini quotquot in hunc locum commentantes reperire licuit, idolum intelligunt. Rabbi Abenezra ait idolum fuiſſe à Pharaonis Magis ad cœleſtium corporum poſituras fabricatum κ τὼ μάγων; & iuxtà ſinum Arabicũ collocatum, ad obſeruandos & retinendos Iſraëlitas, irretiandoſq; ſeu infatuandos, & à deſtinata, diuinituſque datâ profectione auertendos vim habens magicam, verba eius ſunt:

Exodi c. 14. v. 1.

Beelzephon idolum auerruncum ſiue Teleſma magicum.

R. Abenezra.

לפני בעל צפון: אמר כי הרטומי מצרים עשו בדברי המזלות צורות נחשת וזה חוא באל צפון שלא יוכל עבד לברוח ממצרים לעבור הצורה:

E regione Baalzephon dicitur, quòd Magi Ægyptij fecerunt iuxtà rationem Aſtrologicam imagines æneas, & illa ſunt quæ vocantur Beelzephon, & non poterat ſeruus vllus fugere ex Ægypto; quin tranſeundo imaginis occultâ vi impediretur. Quæ verba vt meliùs intelligantur, ſciendum eſt, Ægyptiorum antiquorum morem fuiſſe, idola quædam arte magicâ conſtructa omnibus ijs in locis, vbi facilis eſſet in Ægyptum irruptio, ad hoſtium impetus varia Dæmonis illuſione coërcendos ponere, vt paſsìm in hoc opere probabimus. Atque ex horum idolorum numero Beelzephon quoque fuit, quem Beelzephon, quaſi dicas Septentrionis Dominatorem dicebant, eò quod Septentrionalem plagam, ad Typhonios inſultûs ex Septentrione potiſſimùm ſæuientes reſpiceret; per Typhonios autem inſultûs, omnia infortunata & calamitoſa, Plutarcho teſte, intelligunt; hunc igitur Beelzephon ea in parte, quâ ex mari rubro in Ægyptum facilis acceſſus datur, veluti loci portæ, vel (vt vulgò dicunt) paſſûs cuſtodem potuiſſe videntur. In Angiportu, quæ eſt è regione maris rubri, inter Phihiroth & Migdol, quæ nomina ſingula neſcio quid petroſum, & præcipitoſum inſinuant. Loci huius ſitum deſcribit his verbis R. Salomon:

Beelzephon cuſtos finium Ægypti.

Plutarch. in lib. de Oſiride & Iſide.

ויחנו לפני פי החירות: הוא פיתום ועכשו נקראת פי החירות על שם שנעשו שם בני חורין והם שני סלעים גבוהים זקופים וחגיא שביניהם קרוי פי הסלעים:

Iarchi.

Et caſtrametabantur ante Phihiroth, ille locus Pithom, iam vocatur Phihiroth, eò quod facta ſunt ibi duo foramina, quæ cauſabantur per duas petras altas erectas, & vallis, quæ inter eas vocatur os petrarum. Thargum hieroſolymitanum loco Phihiroth; habet קדם פונדק חירותא hoc eſt, ante hoſpitium foraminum ſeu cauponem. R. Ionathan Ben Vziel in Thargum Babylonico dicit, has petras fuiſſe figura quadrata in ſimilitudinem hominum maris & fœminæ, in quorum ſupremitate foramina à natura producta ſpeciem oculorum expreſſerant, ait locum illum Ægyptiacè fuiſſe dictum Thanes; verba eius hìc ſubiungam, ex Thargum Babylonico Syris characteribus ſcripto deprompta:

R. Ionathan Ben Vziel in Thargum Babylonico.

ܗܠܠ ܚܡ ܚܬ ܗܢܐ ܠܗ ܒܗܡ ܣܢ ܡܗ ܠܥ ܡ ܡܡ ܡܗ
ܫܢܐ ܗܢ ܚܡ ܘܐ ܘܐ ܚܢ ܚܡ ܚ ܚܬ ܗܢ ܒ ܗ ܗ
ܡ ܚ ܦ ܚ ܡ ܡ ܗ ܗ ܒ ܚ ܡ ܚ ܡ ܚ ܗ ܗ ܚ ܗ ܗ ܗ ܗ

Thargum manuſcriptũ Syriacis Characteribus.

Hoc eſt: *Locutus eſt Dominus ad filios Iſraël, vt reuerterentur & castrametarentur ante* פומי חירתא *phume hirta, vbi ingentia quadrangula facta ad ſimilitudinem filiorum hominum maris & fœminæ, & oculi eorum aperti; iſte locus eſt Tanis, inter Migdol & inter mare.* Quod non intelligendum eſt, quaſi ipſa Regia vrbs hoc loco fuerit ſita, ſed quod Taniticum territorium totum hunc tractum à Pythom & Phihiroth ad mare vſque comprehenderit. Beelzephon itaque propriè erat inter mare & præcipitia Migdol, quibuſcum promontoria Phihiroth ex altera parte vallem cauſabantur, per quam via vnica erat ad mare Erythræum; nec quiſquam deuiare poterat, ob ingentia rupium præcipitia, vtrinque viatoribus inacceſſa. Verùm Chorographiam huius loci hìc ad maiorem informationem apponendam duxi.

Situs & locus ſtationis Beelzephon.

Atque ex appoſita hìc Chorographia clarè patet, locum hunc fuiſſe tùm ſqualidum, ſolitarium, & rebus omnibus ad victum neceſſarijs deſtitutum; tùm præruptis vndique montibus atque præcipitijs ita obſeptum; vt eum ingreſſis vix ſeſe extricandi daretur opportunitas. Appareret etiam idolum illud Baalſephon alio loco poſitum non fuiſſe, quam quo id iuxtâ vim verborum ſacræ Scripturæ poſuimus, quicquid dicat Adrichomius. Cùm enim totum littus maris rubri montibus, paludibus, carectorumque frequentia obſeptum, importuoſum redderetur & inacceſſum, hoc vnico loco excepto, vbi ripa ſpacioſa erat, & via per anguſtias montium è mari rubro in Ægyptum facilior patebat aditus; certè non importunô locô Beelſephon cuſtodem illius portæ Ægypti poſuiſſe cenſendi ſunt. Erat autem ille locus ſolis Ægyptijs notus, tùm ob dictam

cauſam

cauſam, tùm ob diuitias gemmarum & lapidum pretioſorum, aliaque maris reiectamenta, quæ paſsim ibi in deſerto littore maris depoſita inueniebantur, cuiuſmodi & filios Iſraël ibidem caſtrametatos collegiſſe, non obſcuris verbis oſtendit Ionathas Ben Vziel, hoc loco ſic commentans:

Vzielides in Thargum citato.

ואדביקו יתהון כד שרן על ימא כנשין מרגליין ואבנין טבן דדבר פישון מגינוניתא דעדן לגו גיהון וגיחון דברינון לימא דסוף וימא דסוף רמא יתהון על גיפיה :

Et deprehenderunt, inquit, *eos iam caſtrametantes iuxtà mare, occupatos in colligendis gemmis, & lapidibus pretioſis, quos Phiſon tulit ex horto voluptatis* (paradiſo) *in medium Gihon, & Gihon inuexit eos in mare rubrum, & mare rubrum eiecit eo loco in ſuam ripam.* Quæ verba etſi quoad circumſtantias, fabuloſa appareant; ex Strabone tamen & Arriano apparet, littus hoc loco ſcatere rubinis, gemmis, alijſque pretioſis lapidibus, quæ mercatoribus magni queſtus lucrique materiam ſuppeditent. Ægyptios quoque crebrò huc concedere ſolitos ad ſacrificandum Beelſephon, ex R. Abenezra colligitur, qui hoc loco commentans, ait, Moſen cùm cognouiſſet viam ad Beelſephon, Ægyptiorumque ſacrificia, ei quotannis illo in loco fieri ſolita; eò proficiſcendi licentiam à Pharaone petiuiſſe, vt ſacrificijs verò Deo ibidem inſtitutis, ſacrificia execranda Beelſephon deſtrueret, quod & ex his verbis colligit. *Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto; Deus enim Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacrificemus Domino Deo noſtro; ne fortè nobis accidat peſtis aut gladius*; verba Abenezræ ſubiungo:

Ripa maris rubri gemmis & pretioſis lapidibus ſcatet.

Exodi 84.

Abenezra.

ובעבור זה כתוב כי ברח העם ולפי דעתי בעבור שאמר משה לפרעה דרך שלשת ימים נלך במדבר נראה לפרעה מדבריו כי ידע משה חדרך אשר ילכו בה אל מקום בעל צפון אשר יזבחו שם :

Et propterea, inquit, *ſcriptum eſt, fugit populus, & iuxtà meam opinionem ideò dixit Moſes ad Pharaonem, viam trium dierum eamus in deſertum ad ſacrificandum; & ex verbis eius ad Pharaonem apparet; quod nôrit viam, quâ ire ſolebant ad locum Beelzephon, vt ibi idolo ſuo ſacrificarent.* Cùm verò Pharao Moſen Dei monitu reuertentem vidiſſet, id virtuti Beelzephon aſcripſiſſe, ac proindè dixiſſe; coarctati ſunt in terra, concluſit eos deſertum, vbi pro (coarctati) Hebraica veritas habet נבוכים, hoc eſt, perplexi irretiti, & vt cum Abenezra loquar:

כאנשים אשר לא מוצאים עצה ולא יודעים מה יעשו :

Inſtar hominum omnis conſilij inopum, & quid facere aut incipere debeant, ignorantium, mente captorum, quod proprium eſt ijs, qui incantatione magicâ infatuati ſunt, quali Iſraëlitas virtute Beelſephon infatuatos Pharao credebat. Confirmant dicta verba Thargum Hieroſolymitani, quæ idolum in Iſraëlitas vim exeruiſſe faſcini, manifeſtè indicant; vti paulò poſt citabimus; imò ipſe Pharao cùm iam Iſraëlitas in eas anguſtias redactos videret, vt elabi non poſſe viderentur, in conſpectum Beelſephon veniens, ad placandum idolum ſacrificia inſtituiſſe:

Thargum Hieroſolymitanū.

ופרעה חוא מעות צפון משתזיב וקריב קורבנין :

Et Pharao videns idolum Zaphan, veluti refugio ſuo ſacrificia obtulit. Atque

que ex his omnibus fusè demonstratis patet, Beelzephon non ab vrbe aut alio loco, sed ab idolo ibidem ab Ægyptijs culto denominationem sumere; quæque hìc fusiùs potissimum tractanda suscepi, propter eos, qui nescio qua de causa hæc veluti commenta Rabbinorum aspernentur; huiusque loci interpretationem ab Hebræis factam non satis prudenter cauillentur. Videtur nonnemo vel libros Rabbinorum non intellexisse, vel illam falsitatis, ac nugacitatis Rabbinicæ dicam in gratiam Magistri sui Scaligeri, Hebræis impegisse. Certè Rabbinorum scripta, præsertìm vbi fidem nostram non cauillantur, & si superstitiones, quas frequenter incurrunt, eximas, prorsùs contemnenda non putem, cum sub nonnullis figmentis & ingenij, quibus indulgent lusibus, multa præclara non secùs ac sub Sileno quodam cimelia abscondita contineantur; sed hæc per transennam dicta sint; quare eò vndè digressi sumus, redeamus. Porrò quale idolum illud fuerit, quod ab Ægyptijs cultum, Hebræi appellarunt Beelzephon, difficilè omninò est asserere. Thargum Hierosolymitanum, id cum Phegore seu Beelphegore confundit.

Thargum Hierosolymit. scriptum literis Syriacis.

ואמר פרעה לבני ישראל תעיין הינון בדחלא הוה עליהון פגור דהוא לקבל מישרא

Et dixit Pharao filijs Israël, errantes sunt ij in solitudine, prævaluit super eos idolum Phegor, quod est è regione deserti. Quod inconuenienter dici non potest, præsertìm si Phegor hìc pro Priapo, vt hortorum, camporum, syluarumque custos & Deaster est, accipiatur. Thargum Babylonicum multa posita fuisse huiusmodi idola asserit; quibus tamen diuinâ virtute sublatis & destructis, solum Baalzephon ex omnibus Ægyptiorum Dijs remansisse ait.

Thargum Babylonicum.

הוא אתרא דתנים דביני מגדול וביני ימא קדם טעות צפון דמשתייר מכל טעון דמצרים בגין דיימרון מצראי בחור הוא בעל צפון מכל טעוותא דאשתייר ולא לקא וייתון למסגד ליה:

Ille, inquit, *locus est Tanis inter Migdol & mare, ante idolum Zaphan, quod supereſt ex omnibus idolis Ægyptiorum, ideò dicunt Ægyptij, quòd illud idolum Beelzephan electum est præ omnibus alijs idolis quæ superſunt, & non confractum fuit, & venerunt, vt adorarent illud.* Idola autem reliqua à Deo dissipata deducit ex illo Numerorum 33. quo occisis primogenitis, Deum & in Dijs eorum vltionem exeruisse habetur. Qualia autem ea fuerint idola, sequentibus verbis demonstrat:

ומצראי מקברין ית דקטל יי בהון כל בוכרא ובטעוותהון עבד מימרא ד״יי דינון: דטעוות מתכא הוון מתרככין טעות אבנא מתגדעין טעות פחרא מתעבדין בקיקין טעות דאעא מתעבדין קסם ודבעידי מייתין:

Ægyptij, inquit Thargum, *sepeliebant primogenitos suos, quos Dominus in idolis Dijsq; eorum faciendo vltionem occiderat, idola verò fusilia seu conflatilia liquefacta sunt, idola lapide efformata, idola fictilia, vel testacea confracta & contrita; idola certâ diuinandi arte, & Astrologicâ scientiâ constructa, facta sunt in similitudinem iumentorum seu brutorum mortuorum.*

Variæ formæ idolis Beelzephon.

Ex quibus solum illud, quod Baalsephon dicitur, remansit; reliquis

vel diuinâ vltione confractis, vel ab Hebræis discedentibus furto sublatis, (erant enim multa illorum ex auro, argento, aliaque pretiosa materia confecta) quæ sanè vnica causa esse poterat tantæ in elapsos Hebræos, Pharaonis, reliquorumque Ægyptiorum exacerbationis & prosecutioni continuatæ occasio; sperabat enim futurum, vt & diuitias, & idola sua recuperaret; idque auxilio Beelsephon solius restantis adhuc, quod sciebat eo loco constitutum, ad quod ægrè Hebræi peruenire possent; vel si peruenirent, vi occultâ tamen idoli impediti retrogredi cogerentur, ac sic inter angiportus istos, veluti in montium quadam nassa deprehensi, internecioni darentur. Errant hìc interpretes illi, qui aiunt Beelzephon fuisse canem æneum latratu suo Israëlitas arcentem; & quamuis ipsi Authores huius faciant Rabbinos, mihi tamen neminem hactenus è Rabbinis, qui id assereret, videre contigit, quamuis singulari studio id inquisiuerim; vndè patet, multa passìm Rabbinis, de quibus ne quidem somniarunt, affingi. Cœterùm verisimile est, Ægyptios non solùm in Phihiroth imagines magicas seu idola; sed & in alijs Aegypti locis, quibus aut facilis esset in Aegyptum aditus, aut à quibus fuga Israëlitarum timeretur, posuisse; cuius rei non obscura argumenta præbent Iuppiter Ammon in arenis Lybicis iuxtà catabathmum Ægypti; Sminthæus Appollo inter paludes & mare in ipso ex Phœnicia in Ægyptum introitu, veluti loci custos constitutus; aliaque de quibus vbertìm in hoc opere passìm dicemus. Erat præterea moris Ægyptijs, Mercurium veluti viarum custodem terrarumque præsidem sub tetragonis lapidibus, quos Hermas vocant, colere; num forsan celebris ille Hermanubis Ægyptiorum Mercurius, Beelzephon ille Typhonis Borei domitor, de quibus hucusque diximus? Certè si interpretes superiùs reprehensi canem istum æneum pro Hermanubi accipiant, rem acu tangere videntur. Ionathas sanè de quadrangulis petris superiùs loquens, non inobscura Hermarum positarum indicat vestigia. Sed hanc difficultatem modò suspendemus, vsque dùm maior lux affulgeat, magis enim ingenuum semper esse iudicaui, ignorantiam meam in rebus inexploratis adhuc fateri, quàm eam vagis coniecturis, & sine fundamento manifesto pertinaciter tueri. Satis enim me feciisse arbitror, hoc loco certis & solidis rationibus, Beelzephon idolum magicâ arte constructum fuisse, & ad impetus hostium coërcendos dicto loco positum, demonstrasse. Quare his relictis ad alia stylum conuertamus.

Ægyptij multum confidebant in Beelzephon.

Canis figura fuisse Beelzephon.

Iuppiter Ammon in Lybia.

Sminthæus Apollo.

Mercurius viarum custos.

CAPVT VIII.

De Baalgad Idolo Syrorum.

Arias Montanus in Hebr. & Chaldaic. Neminum interpret.

CVm Arias Montanus Baalgad interpretetur Idolum fortunæ, vel felicitatis, sicuti & omnes ij, qui in Iosue commentati sunt, vbi capite 11. v. 17. & 13. v. 5. eius mentio fit; operepretium me facturum existimaui, si hoc loco eius quoque originem explicarem; præsertìm cùm neminem, qui de hoc idolo Hebræorum aliquid certi tradiderit, reperìam.

Baal-

Baalgad igitur olim ciuitas ad radices montis Hermon, quæ montis Libani pars est, sita fuit; cuius præter sacram Scripturam, alioſque interpretes sacros, meminit Beniaminus quoque Hebræus hisce verbis: Baalgad vbi situm fuerit.

מלאודיקיא באת ימים בבעל גד אשר היא מדינה באפסי ארץ חסין ושל יושבי ארץ מלך מכובד מהם כמו נביא ובלעדו לאורעים שר אחר Beniaminus.

A Laodicea, inquit, *veni biduo in Baalgad, quæ est ciuitas in finibus terræ Hassin, est incolis princeps, quem venerantur vt Prophetam, & præter hunc, alium non cognoscunt.* Iosue vndecimo dicitur: *Et partem montis, quæ ascendit Seir vsque Baalgad per planiciem Libani, subter montem Hermon.* Vbi Paraphrastes Chaldæus loco Baalgad vertit גרמישר, hoc est planitiem seu campum Gad; siue itaque Baalgad nomen vrbis, siue loci campestris, certè nomen suum aliundè non habet, nisi â Gad idolo, eò in loco culto. Est autem Gad apud Hebræos idem quod fortuna bona, quam in Syria olim cultum, colligi potest ex illo 30. Geneseos: Gad, bona fortuna.

ותלד זלפה שפחת לאה ליעקב בן ותאמר לאה בגד: Genes. 30.

Hoc est: *Et peperit Zilpha ancilla Liæ Iacobo filium, & dixit* Lia *Begad.* Vbi Latina editio habet, *feliciter*; Hebræorum pleriq;, sicuti & Græci Fortunam bonam hìc intelligunt. Liamque hoc loco locutam, quasi partui bene esset ominata. Dictis astipulantur in Thargum Onkelos ואמרה לאה אתא גדא: *Et dixit Lia, venit Gad*, id est *fortuna*, vel vt Hierosolymitanum habet אתא גדא *atbagada*, quod in idem recidit. Cœteri Rabbinorum Gad idem esse volunt, מזם טוב *mazal tob*, hoc est, bona fortuna, siue sidus bonum, aut Genius bonus, voluntque idem esse quod stella Iouis, quam כוכב צדק *cochab zedek* appellant. Sic R. Abenezra hoc loco: Onkelos. Thargum Hierosolymit. Gad idem quod Mazal tob, siue stella Iouis. R. Abenezra.

ויש אומרים שפירוש גד מזל טוב כאשר הוא בלשון ישמעאל וכמוהו העורכים לגד שלחן והוא כוכב צדק: והנכון להיותו כמו גדודי שמים:

Dicunt autem, quòd explicatio vocis Gad, idem est, quod Mazal tob, sicuti in lingua Arabica etiam, & instruunt ipsi mensam, quam stellæ Iouis appellant & dirigunt eam iuxtà militiam cœli. Cui consentit explicatio Rabbi Salomonis. Rasi.

בגד פירוש בא מזל טוב כמו גד גדי וסינוק לא דומה לו העורכים לגד שלחן: ואגדת שנולד מחול כמו גודו אילנא:

Bagad explicatio eius est, Mazal tob, siue bona fortuna venit; & dirigunt bonæ fortunæ mensam indicantes. &c.

Nota hìc בגד Bagad diuisim legendum esse גד, בא (cuiusmodi voces Maforethæ notant 15. quæ scribuntur vt vna, ac leguntur vt duæ) significatque *Mazal tob*, siue quod idem est, fortunam bonam. Vidi ego non semel in Germania Iudæorum ædibus hæc verba superscripta, queis bono Genio se domus custodiam deuouere intellexi. Significant etiam hæc verba idem, quod apud Latinos verba illa, quod felix, faustumque sit; quibus vtimur, cùm rem magni momenti aggredimur; his ita explicatis iam non exigua difficultas oritur, quæ sit illa bona fortuna, cuius auxilium auspicaturi opera sua Syri olim implorabant. Mùnsterus Rabbinis Quidnam sit Gad siue bona fortuna. Munsterus.

aſtipulatus ait eſſe כוכב צדק hoc eſt, *ſtellam iuſtitiæ*, quô nomine Iouem appellant Hebræi: *Cocheb Tzedek*, inquit, *Stellam iuſtitiæ denotat, eò quòd liberorum generationi ſecundùm Aſtrologorum dogmata, radijs ſuis conducat, vndè etiam puellæ deſponſatæ annulus traditur, in quo ſcriptum eſt* מול טוב *Mazal tob. Nam Mazal eſt ſidus ſeu ſtella; vndè dicunt Rabbini, non eſſe aliquam herbam in terra, quæ non habeat proprium* מזל *ſeu ſtellam influentem, & dirigentem in cœlo*. Hæc ille. Mazal verò plurali numero nempè מזלות *Mazaloth* (quod & immutato nonnunquam ל in ר, מזרות *Mazaroth* ſcribitur) nunc planetas, nunc duodecim ſigna Zodiaci ſignificat; iuxtà illud 23. ſecundi libri Regum; adolebant incenſum Baal, Soli, Lunæ, planetis; Hebraica lectio habet מזלות, ſeptuaginta verò interpretum τῖς μαζεχθ, & vniuerſæ militiæ cœli. Vndè Suidas: Μαζεχθ τὰ συστήματα τῶν ἀστέρων ἃ ἐν τῇ σωμθείᾳ ζῶα καλοῦσι. *Mazuroth ſyſtemata ſunt aſtrorum, quæ paſsim animalia appellantur.* Hinc Hebræorum Aſtronomi Zodiacum vocant אופן המזלות ſcilicet circulum Mazaloth ſeu ſignorum. Præterea non deſunt, qui τὸ Gad δαιμόνιον vertant, vt 70. Interpretes capite 65. v. 11. Nam hoc loco vbi Hebraica veritas habet:

Mazal tob, Stella Iouis.

Mazaloth 12. ſigna Zodiaci.

Suidas.

Gad dæmonium.

חעורכים לגד שלחן וממלאים למני ממסך:

Præparantes Gad menſam, & implentes Meni vinum mixtum. Illi vertunt: Ἑτοιμάζοντες τῷ Δαιμονίῳ τράπεζαν, καὶ κλειθρῶντες τῇ τύχῃ κέρασμα. *Præparantes dæmonio menſam, & implentes fortunæ vinum mixtum*. Quamuis alij etiam ſic vertant, præparantes Ioui menſam, & implentes planetis libamen. Quicquid ſit, ſiue Gad Iuppiter, ſiue fortuna, ſiue dæmon dicatur, ſemper in idem recidit; cùm hæc nomina ſæpè inter ſe confundantur, vti ex dictis patet; in quibus Gad, ſiue Mazal tob idem eſſe diximus, quod Deus, Iuppiter, fortuna, Genius, ſiue Dæmon. Ex quibus etiam patet, Gad & Baalgad idem eſſe, atque olim inter profana Numina, non Gentium ſolùm, ſed & Iudæorum quoque, ſi iudicio veruſtiſſimorum Græcorum, Hebræorum, & Chaldæorum ſtemus, recenſita fuiſſe, imò & Latinorum; nam veteri Iſaiæ editione ita etiam legitur: *Qui ponitis Fortunæ menſam, & libatis ſuper eam,* (vbi in Hebraico Legad habetur) In quæ verba ſic commentatur R. Salomon.

70. Interpr.

Gad & Baalgad idem.

Raſsi in 65. c. Iſaiæ.

שם ע"ז העשויה על שם המזל ובלשון משנה יש גד גדי וסינוקלא למני למניין חשבון הכומרים היו ממלאים אגנות מזג יין ממסך יין מזוג במים:

Nomen eſt alienæ ſeruitutis, cui impoſitum nomen planetæ alicuius, vt phraſi Thalmudica dicitur Gad, Gadi, Sinukla, & Meni, id eſt, Aſtrologico ſacerdotum calculo, implentes crateres mixtos vinô, libantes vinum mixtum aquâ. R. Dauid Kimchi paulò propiùs ad huius loci explicationem accedit, cùm dicit:

Radak.

גד פי' מזל כלומר מקריבים למזל מן מזלוכ ואמרו רז"ל שהוא כוכב צדק כי כן יקרא בלשון ערבי וממלאים למני ממסך כלומר השלמים ממסך יין לנסך למני והוא שם כוכב ויש מפרשים לכוכבים מהם מנויים והם שבעה כוכבי לכת:

Et ponitis menſam Gad, quod explicant Mazal, quaſi diceret Propheta litan-

tantes Mazal, vni ex planetis ; & dicunt Rabb. mem. eorũ in benedict. quòd illa sit stella Iouis sic vocata in lingua Arabica ; & implent libamen Meni, quasi diceret pacificas & victimas, seu libamen vini ad libandum ים Meni; & ipsa stella est, quæ reuocatur ad septem, quas vocant errantes. Atque hisce ponebant mensas, in quibus positis idolis libabant, teste paraphrasi Babylonica, quæ hìc loco Gad & Meni habet :

Thargum Babylonicum.

והמסדרין למעוות פתורין דרחלתיהם אגנים:

Et ordinant idolis suis mensas, & Dijs suis terrificis crateres.

Nequaquam igitur censendum est, Liam cùm benè ominata partui Zilphæ dixisset *Begad* ; hanc faustam tantum fuisse exclamationem. Sed inuocationem Numinis Begad, quo iuxta Gentilium consuetudines & mores, quibus adhuc irretita erat, inuocato, filium in vita prosperaturum esse credebat, cui & in signum suæ erga Numen inuocatum fiduciæ, Numinis nomen filio imposuisse, verisimile est ; quasi diceret בא גד *Veni bona fortuna, veni faustum Numen.* Quæ cùm ita sint, nihil sanè aliud modò restat, nisi vt vndè Numinis huius Baalgad, cultus, & inuocatio ad Hebræos profluxerit, iam quoq; explicemus. Verùm cùm Numen hoc antiquissimum, & primis post diluuium temporibus Hebræis vsitatum comperiam, certè id aliundè promanasse non arbitror, nisi ex Ægypto, quam idolorum Hebræorum Seminarium non incongruè dixero. Verùm vt hæc omnia non vagâ tantùm coniecturâ, sed eâ quâ par est, authoritate, comprobentur.

Lia imponit filio suo nomen à Gad, stella felici.

Ægyptus gentilũ Deorum Seminarium.

Sciendum est, Astrologorum antiquissimos Ægyptios fata eorum, qui nascuntur à fortuna siue sorte seu à parte quam vocant, fortunæ, maximè dependere putabant ; atq; indè τὰ τῆ ἐτῶς, de re, inquam, familiari, militiâ, peregrinatione, magistratu, coniugio, opibus, nobilitate, & quæ sunt id genus alia, iudicabant. Constituto enim themate genethliaco à Solis loco ad Lunæ, per signa consequentia putabant ; quot in eo numero tot horoscopo adijciebant, & vbi earum finis, ibi sortem fortunæ collocabant. Sortem hanc veluti alterum habebant Horoscopum, & alterum ab ea thema formabant. Et quemadmodum à themate primo ea, quæ ad ipsum natum, corpus nempè & animam, vti interna spectare possint, petebant, ita in secundo illo, cuius prima sedes erat sors, fortunam, studia, labores, & quæ sunt alia externa, quærebant. Hæc est illa fati ratio, quam in vnam summam natura, vt ait Manilius traxit :

Astrologorũ Ægyptiorum opinio.

Gentiliacum systema.

Nam quodcunq; genus rerum, quodcunq; laborum
Quæq; opera atque artes, quicunque per omnia casus
Humana in vita poterant contingere sorte,
Complexa est.

Manilius l. 3. Astron.

Labores autem illos, opera, artes, casus singulari vocabulo Ἄθλα vocat Manilius, it vt prima sedes, id est, sors fortunæ sit primum Ἄθλον ; secundum, hoc est, sors militiæ, secundum Ἄθλὸν ; tertia nempè sors rerum vrbanarum, tertium Ἄθλὸν ; eo modò deinceps ordine de reliquis. De

Ἄθλα in themata genethliaco quid?

Horo-

Horoſcopio thematis, quod diximus ſecundum, iuxtà illud :

Hunc fortuna locum teneat, ſubeuntibus Athlis
Ordine naturæ ſicut ſunt cuncta locata.

Nos verò Ἄθλα non à Græcis mutuata, ſed ab Hebræa voce חחל *hatal* deriuata, aſſerimus. Eſt autem *hatal* idem quod ligare, & מחחלות *machtaloth* idem quod ligaturæ, quaſi loca Syſtematis Genethliaci, ita vniri & colligari debeant ad ſumendum iudicium, vt nulla deeſſe poſſit, quin totum inſtitutum irritum fiat.

Vt Dodecatemoriá autem (vndè duodecim loci ſeu thema genethliacum) ita etiam priſcis illis ſeculis ſortes, vti videtur, in vſu fuerunt; vetuſtiſſimi Ægyptiorum Mathematici proprias ferè omnium rerum & quæſtionum ſortes in aſtrorum poſitu capiebant. Teſtatur Scholiaſtes priſcus ad tetrabibli partem tertiam: Εἰώθασι γάρ, inquit, λαμβάνειν οἱ Αἰγύπτιοι κλήρους ἀπὸ τῶν κεφαλαίων, vbi κεφάλαια *pro capitibus ſiue angulis, aut titulis duodecim locorum, ſiue rebus ſpeciatim à Mathematico quærendis ſumuntur*. Verbum ſanè, teſte Seldeno è Rhetorum vſu acceptum, κλήρους autem omnes illos ſiue ſortes aut partes, vti nonnulli nominant, reijcit Ptolomæus, vt inutiles præter κλῆρον ſolummodò τῆς τύχης ſcilicet ſortem fortunæ, quam vetuſtiſſimo Aſtrologorum dogmate nixam, eodem cuius meminimus modò & nocturnis & diurnis genituris deduci præcipit, non quidem vt perperam aliqui interpretantur, à Sole ad Lunam, ſed ab hac ad illum per conſequentia ſigna computatam. Nam ritè ſeruata ratione à Sole ad Lunam numerando, ita ſe habet Luna ad ſortem fortunæ, vt Sol ad Horoſcopum; & ſicuti hic & Solaris, ita & illa Lunaris, vt benè notat Seldenus, pars eſt aſcendens, quod optimè ſanè conſonat thematis Athlorum figuræ Manilianæ. Luna item apud Ægyptios antiquitus erat propria hæc ſors; & ἀγαθὴ τύχη, quod Hebræorum טוב מזל, & Thargum Hieroſolymitanum גדא טבא *Geda taba* vertunt, appellabatur. Planetarum enim ſingulis ſuæ erant ſortes, vt

Scholiaſtes in 3. tetrabibli partem.

Sors quid?

Seldenus de Diis Syris.

Saturno	Νέμεσις.
Ioui	Νίκη.
Marti	Τόλμα.
Soli	Ἀγαθοδαίμων.
Veneri	Ἔρως.
Mercurio	Ἀνάγκη.
Lunæ	Ἀγαθὴ τύχη.

Hermes Ægyptius apud Picum Mirandulanum.

De quibus Hermes Ægyptius apud Picum Mirandulanum aduerſ. Aſtrolog. 6. c. 18.

Malæ aut Bonæ ſorti omnia olim attribuebantur.

Hanc itaque ſortem ſeu bonam fortunam tanti faciebant Ægyptij Aſtrologi, vt penes eam omnes humanæ vitæ mutationes, omnemque facultatum, & honorum, & amicitiarum, & commodorum arbitrium eſſe crederent. Hanc res humanas ſuſque deque vertere pro ſuo arbitrio; hanc in ſingulos homines vim habere; hanc ciuitates, regna; hanc amicitias euer-

euertere cùm libuerit; hanc omnia illa euersa,& iacentia erigere,opulentia, hominumque frequentia replere, & florentissima efficere arbitrabantur. Quare si quid prosperum, si quid ex voto, si quid felix ex obscuris causis eueniret; aut contra, si quid turbulentum, molestum, calamitosum contingeret,id totum Fortunæ siue bonæ siue malæ tribuebant. Hinc Ægyptios Harpocrati leguminibus litantes(quem nos alibi Deum frugum, aliarumque rerum nondum ad perfectionem deductarum explicauimus) exclamantesque γλῶσσα τύχη, γλῶσσα δαίμων, *Lingua fortuna, lingua dæmon*, vti Plutarchus memorut, ad nihil aliud nisi ad præsides dictos respexisse verisimile est; imò & id manifestis verbis innuit Vettius Valens Antiochenus, quem apud Seldenum vide. Dicebant autem γλῶσσα, tùm vt Harpocratem digito suadentem silentia, Deum & fortunæ filium, hominem esse dicere,morte piandum crimen significarent; tùm vt his vocibus πολύμορφον δαίμονα, Isidem, inquam, Ægyptiorum fortunam,Harpocratis matrem faciliùs attraherent; vti alibi dicemus. Cùm enim Ægyptij in omnibus suis actionibus electionibusque Astrologicis ad Σχηματίσαντον τὸν ὡροσκοπον respicerent; siue πρὸς τὴν ἀγαθὴν τύχην, vel sortem Fortunæ. Hanc autem ab Hermete Lunæ seu Isidi dicatã suprà dixerimus. Certè non sine ratione Harpocrati litantes,mediante filio,sortem fortunæ, seu fortunã bonam, & vitæ, & bonorum externorum veluti præsidem seu ἔφορον, in lucem prodeuntes,Isidem,inquam, inuocasse,censendi sunt. Quam consuetudinem Hebræi,vti in Aegypto didicerant;ita in Assyriam vicinasq; regiones eam deferentes, cõseruantesq; ac singulari cultu,vt בעל גד satis demõstrat,prosecuti videntur; quamuis in hoc ab Aegyptijs differant Hebræi, quod hi Iouem, illi Lunam sub fortuna seu ἀγαθῆς τύχης nomine colerent, & inuocarent. Hoscè secuti sunt post Græcos maximè Latini, qui nullam Deam maiori cura coluisse videntur, quam fortunam; vt infinita propè ei hìc Romæ inscriptiones factæ testantur; quas videbis apud Gruterum, & Lipsium in theatro antiquarum inscriptionum.

Harpocratis inuocatio.

Vettius Valens Antioch.

Isidis inuocatio sub nomine bonæ Fortunæ intelligitur.

Luna bona, Fortuna dicta Ægyptijs, Iuppiter Græcis.

Quæ porrò fuerit fortuna Capitolina, quæ Exquilina, Nortia, Prænestina, Primigenia, Cœca,Seia,Rhamnusia Nemesis, aliaque fortunæ ludibria,nostri instituti non est explicare, quare de ijs auidus lector Giraldum consulat integro Syntagmate de ijs tractantem. Fuisse autem bonam fortunam eiusque sortem (à qua cœteræ omnes, vti à radice deducebantur) in thematis secundi constructione pro Dea habitam, delubra à Græcis & Romanis, vti dictum est, eius honori erecta satis demonstrant. Solenne enim erat illis ΤΗ ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ monumenta dedicare. De Romanis quidem Plutarchus in Romaicis n. 107. Διὰτι Ῥωμαῖοι τύχῃ σέβονται πρωτογένειαν αὐτὴν εἶναι προσαγορεύουσι, scilicet, *quamobrem Romani venerantur fortunam primigeniam?* De Græcis verò Chronicon Alexandrinum ijs huiusmodi cultum familiarem admodum fuisse memorat, & inscriptiones tùm Romæ, tùm maximè Prænestæ *Veneri & Fortunæ primigeniæ* factæ, testantur; per primigeniam autem Fortunam, sanè nihil aliud intelligi potest, nisi Nati Domina, quæ recenter geniti modum felicitatis, arcanis quasi cœli tabulis describeret. Et Iuppiter puer, qui lactens cum Iunone in-

Fortuna Capitolina, Exquilina, Nortia, Prænestina.

Plutarchus in Romaicis.

Chron. Alex.

Primigenia fortuna quid?

gre-

gremio Fortunæ Prænestinæ olim sedit, castissimèque à matribus cultus est; idipsum satis aperire videtur. Atq; hæc de bona Fortuna sufficiant.

Ex quibus patet, Baalgad Hebræorum seu Gad, siue is fuerit Iuppiter iuxtà mentem Rabbinorum, siue Regina cœli, Luna, Isis iuxtà Ægyptios, siue vt alij גד pro גדוד השמים *Gedud haschamaim*, id est, militiâ aut exercitu cœlesti, quomodo eum explicat R. Abenezra, accipias; certè fortunæ themati hactenus explicato non malè conuenire. Reginam cœli eandem cum fortuna cœli facit Philastrius: *Est*, inquit, *hæresis inter Iudæos, quæ Reginam, quin & fortunam cœli inuocat, quam & cœlestem vocant in Africa, eiq; sacrificia offerre non dubitabant*. Nec inconuenienter; Luna cùm id est Regina cœli, & sors sua pro eodem possint vsurpari. Verùm de his omnibus fusiùs tractabimus, cùm de Ægyptiorum antiqua Astrologia, eiusque mysterijs verba faciemus.

CAPVT IX.

Thamuz, seu Adonis Idolum Hebræorum & Phœnicum.

EZechiël, postquam nefarias Troglodytarum superstitiones, atque omnigenas Numinum effigies, quas veluti in Pantheo quodam adorandas Sacerdotes collocârant, monstrante Domino, conspexisset; ecce ad portam templi Aquilonarē, mulieres quoque sese offerebant, quæ considentes solennibus lamentis plangebant Thamuz. *Et introduxit me ad ostium portæ domus Domini, quæ est ad Aquilonem, & ecce sedebant ibi mulieres plangentes Thamuz*. Græca 70. Καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ γυναῖκες καθήμενοι θρηνοῦσι Θαμμοῦζ. Chaldaica paraphrasis:

Ezechielis.

70. Interpret.

Chaldaica paraphrasi.

והא תמן נשיא יתבן ויבכתן ית תמוז׃

Per Thamuz igitur hoc loco intelligitur idolum, quod tamen quale fuerit, variant interpretes; putarunt quidam imaginem fuisse in cuius oculos plumbum imponeretur, & quæ admoto igne & plumbo liquefacto flere videretur; sic R. Salomon Iarrhi hoc loco; verba subiungam.

Quale idolū fuerit Thamuz.

מבכות את התמוז צלם אחד שמחממות אותו מבפנים והיו עיניו של עופרת והם נתובין מחום ההיסק ונראה באילו בוכה ואומרות תקריבו הוא שואל תמוז לשון היסק כמו על די חזה למויה ואתונא אין יתירא מבכות את התמוז פייש׳נמ פלוריר לאלק אלפין בלע״ז׃

Rasi in eū locum Ezechiel.

Idolo inditū plumbum, quo liquefacto flere videbatur.

Plangentes Thamuz, scilicet simulachrum quoddam, quod calefaciebant intus, & oculis eius ex plumbo, quod illi dolo infuderant; plumbo itaque calore liquefacto imago videbatur quasi flere; & dicebant mulieres accidite, ille petit quippiam, apparebat sicut species fornacis accensi. quasi diceres Gallicè Fissantes pleurer, le Dieu escaillè. Quibus verbis R. Dauid Kimchi astipulatur hoc loco sequentibus verbis:

אין סוף

HORIZON ÆTERNITATIS

Sephira Prima Summa Corona

SYSTEMA SEPHIROTICVM X. DIVINORVM NOMINVM



יש מפרשים כי מבכות הוא כנוי ר״ל משמחות את התמוז בירח תמוז והיו עושים חג לע״ז והיו הנשים באות לשמחו וי״מ שהיו עושים בתחבולות שיבואו המים לעיני ע״ז הנקראת תמוז והיו בוכה לומר שהיה שואל שיעבדוהו:

Explicant, inquit, *quòd* (flentes) *reuocentur ad tripudia & gaudia, quæ menſe Thamuz in honorem Thamuz celebrabantur, nam hoc menſe feſtum huic idolo faciebant, & venire ſolebant mulieres, vt gauderent: & explicant hìc quòd fecerint in dolo & fraudulentia, vt aquis ex oculis idoli Thamuz erumpentibus id flere videretur, fletuq; rogare, ac ſeruitium diligens extorquere à ſuis cultoribus.* Rambam in directore perplexorum ex mente Sabæorum ait, Thamuz fuiſſe Prophetam quendam idolorum, qui à Rege quodam iniuſtè interfectus ab imaginibus ex omnibus mundi angulis in Babyloniam ad auream Solis ſtatuam confluentibus ſit tota nocte deploratus, verba eius ſunt: *Rambam in moreh.* Fabula de Thamuz.

ובספר נזכר ספר על איש מנביאי ע״ז שהיה שמו תמוז קראו מלך לעבוד השבעה כוכבים והשנים עשר מזלות והרגו המלך ההוא הרג משונה וזכר שליל מותו התקבצו הצלמים מקצות הארץ אל ההיכל אשר בבבל אשר לצלם הזהב הגדול אשר הוא צלם השמש והיה הצלם נתלה בין השמים והארץ ונפל באמצע ההיכל והצלמים כלם סביבו והתחילו לקנות על תמוז ולהגיד מה שקרהו והצלמים כלם בובים ומקוננים כל הלילה וכעלות השחר עפו הצלמים ושבו להיכליהם בכנפות הארץ והיה זה מנהג מתמיד בתחילת יום מחדש תמוז יקוננו ויבכו על תמוז:

In prædicto verò libro, ait Rambam, *narratur de quodam Sacerdote ſeu Prophetà gentili* (idolorum) *qui dictus eſt Thamuz; qui cùm prædicaret cuidam Regi, vt ſeruiret ſeptem ſtellis & ſignis duodecim; præcepit Rex eum interfici graui morte. Nocte verò mortis ipſius conuenerunt omnes imagines ab extremis terræ in templo Babylonis ad imaginem auream magnam, quæ ſcilicet erat imago Solis, & pendebat inter cœlum & terram, & cecidit in medio templo, & omnes imagines ſeu ſimulachra circumquaque: & narrauit eis quicquid contigerat Thamuz; imagines verò flebant & lamentabantur per totam noctem, manè verò euolauerunt omnes imagines ad templa ſua vſque ad extremum terræ; & conſuetum eſt in anno ſemper in principio die menſis Thamuz lamentari & flere ſuper Thamuz.* Hæc Rambam. Atque huic Thamuz Prophetæ idolorum videtur affinis eſſe Thamud iſte toties in Alcorano decantatus; hunc enim Apoſtolum & Prophetam dicit; hunc prædicaſſe ait, Deumque propitium omnibus ijs, qui fidem eius verbis haberent, reddidiſſe; hunc nullum ſcire ait niſi Deum, ſic enim ſurata 14. ابراهيم dicta: Fabuloſa traditio de Thamuz. Thamud in Alcorano.

وقال موسي ان تكفروا انتم ومن في الارض جميعا فان الله الاغني والحميد الم ياتكم نبو الذين قبلكم قوم نوح وعاد وثمود هورسول الله والذين من بعدهم لايعلمهم الا الله ۞

Alfurcan ſurata 14.

Et dixit Moſes, ſi abnegetis vos, quicunque in terra ſimul, profectò Deus diues laudabilis. Nonne venit ad vos fama eorum, qui ante vos populi Noë, Vaadi & Thamud hic Apoſtolus Dei, & qui poſt eos, non ſcit eos niſi Deus. Sed de hoc inferiùs videbimus. Præterea Dauid Kimchi in octauum Ezechielis narrat, Thamuz à multis quoque ſumi pro animali quodam, quod habebant ij, qui ſimulachrum Thamuz colebant: Radak in 8. Ezech.

ויש מפרשים תמוז שם חיה שהיו עובדים צלם שלהם ותרגום ויערעון תמוזין:

Explicant autem Thamuz idem eſſe quod animal, quo vtebantur Thamuzo-

Thamuz animal idololatris vsurpatum.

latræ iuxtà Thargum & obuiauerunt Thamuzin. Sed de hoc ille viderit; quicquid sit, omnium optimè sentiunt ij, qui Thamuz eundē faciunt cum Adonide, quemadmodum D. Hieronymus, qui hoc loco pro Thamuz legit Adonidem, verba eius sunt: *Adonis siue Thamuz*, inquit, *mense Iunio Amasius Veneris, pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur; eundem Iunium mensem eodem nomine appellant Hebræi, & anniuersariam ei celebrant solennitatem, in qua plangitur quasi mortuus, & posteà reuiuiscens canitur atque laudatur.* Huic congruit Author Lexici Alexandrini, qui Adonidem cum Thamuz quoque confundit sequentibus verbis:

Thamuz idē qui Adonis.

Lexicon Alex.

Τῶτῳ τῷ τετάρτῳ ἔτει Μηνὶ πέμπτῳ Ἐζεκιὴλ προφητεύει περὶ ὧν ἐποίει ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ἀνομιῶν, καὶ δεκάτῃ πάλιν τοῦ αὐτοῦ πέμπτου ὁ αὐτὸς ὅτι πλείονα ἀνομουώτων αὐτῶν, καὶ τοῦ Θαμοὺζ. ὅπερ ἑρμηνεύεται Ἀδωνὶς θρηνουμένων προφητεύει ἐλέγχων, καὶ ὀνειδίζων τὸν Ἰσραὴλ τὰς ἀνομίας αὐτῶν.

Hoc quarto, inquit, *anno, quinto mense vaticinatur Ezechiël de ijs, quæ domus Israël impiè agebat. Et rursus decima eiusdem quinti mensis, idem de maioribus malis præuaricantium & lamentantium Thamuz, quod Adonis Græcè vertitur*, &c. Prætereà Thamuz & Adonidem eundem docent esse vtrique communes in solennitatibus eorum habitæ cœrimoniæ, communis mensis vtrique dicatus, communes vtrique planctus & lamentationes exhibitæ. Adonis quidem ab apro occisus deploratur à Venere amante eum, quæ cùm inferos enixè deprecaretur, vt viuus restitueretur Amasius, ac eius amplexibus ipsius denuò bearetur, inuidente Proserpina, tandem est transactum, vt alternis vicibus vtraque Dea iuuenis amore sex mensibus frueretur. Meminit huius Adonidis eiusq; solennitatis Lucianus in Dea Syria.

Adonidi & Thamuz eædem solennitates.

Lucianus in Dea Syria.

Λέγουσι γὰρ δὴ ἐν τῷ ἔρχον τῷ ἐς Ἀδωνιν ὑπὸ τοῦ συὸς, ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι, καὶ μνήμην τοῦ παθήματος τύπτονται, καὶ ἑκάστοτε ἕτεροι, καὶ θρηνέουσι, καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι, καὶ σφίσι μεγάλα πένθεα αἰεὶ τηνικῶν ἵστανται. Ἐπὰν δὲ ἀποτύψωνταί τε καὶ ἀποκλαύσωνται πρῶτα μὲν καὶ γίζουσι τῷ Ἀδωνίδι· ὅκως ἔοντι νεκύῃ. καὶ τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ ζώειν τε μιν μυθολογέουσι, καὶ ἐς τὸν ἠέρα πέμπουσι.

Adoni ab Apro occisus.

Dicunt enim in sua regione contigisse, vt Adonis ab apro ictus fuerit, atq; ad eius rei memoriam singuli quotannis se plectunt & lamentantur, & diem celebrant, & magnus luctus in illa regione per id tempus exoritur; vbi verò se percussérint, & luxerint, primùm Adonidi inferias persoluunt, tanquam vitâ defuncto; deindè altero die ipsum viuere inquiunt, & in cœlum mittunt. Hæc Lucianus. Meminit quoque huius luctus Gratius Poëta libro de venatione.

. . flet adhuc, & porrò flebit Adonim,
Victa Venus.

Thamuz veriùs nil aliud quàm Osiris Ægyptius à Typhone occisus & planctus.

Hinc & Orpheus in hymno ab honore lachrymarum, qui illi impendebantur δακρυότιμον Adonidem vocat. Quæ omnia cùm diligentissimè considero, certè Thamuz seu Adonidem nil aliud esse arbitror, quàm Osiridem Ægyptium. Astipulatur primò sententiæ meæ Stephanus de Vrbibus: Ἄμαθος ἡ πόλις τῆς Κύπρου παλαιοτάτη, ἐν ᾗ ἐσεβάσθη Ἄδωνις Ὀσῖρις. *Amathus*, inquit, *ciuitas Cypri antiquissima, in qua colebatur Adonis Osiris.* Qui cùm Ægyptius esset, Cyprij & Phœnites proprium fecerunt: ex quo patet quoque duos fuisse Adonides, Cyprium vnum, alterum Byblium, qui vt in

Stephanus de Vrbibus.

Duo Adonides Cyprius & Byblius.

in plerisque gentilium Deis fit, confunduntur. Iterum Thamuz & Adonidem eundem cum Osiride testatur mors, quam ἀφανισμον, & reditus in vitam, quam εὕρεσιν appellabant, quæ vno eodemque mense Ægyptijs, & quotannis celebrabantur; mense nempè Athyr, qui post annum Nabonassareum ab Augusto fixum, in Nouembrem Iulianum incidit; vt benè notat Seldenus. Mortem autem Osiridis & reditū, eodem quoq; tempore celebratum Plutarchus tradit, & vetus Romanorum Calendarium in Nouembri εὕρεσιν, festum habet, quod repertū Adonim siue Osiridem denotat, ab Ægyptiorum moribus propagatum; Athyr Ægyptiorum fixus procul, vt vides, abest ab Hebræorum mense Thamuz, scilicet Iunio, in quo luctus & εὕρεσις τῦ Thamuz instituebatur; quod tamen, vt intelligatur

Selden. in Synt. 2. de Dijs Syris.

Notandum est, in anno vago Ægyptiorum, nullum fuisse festum, nullum mensem (vt soli illi sciunt, quibus reconditior est rerum Ægyptiacarum cognitio) qui non vnumquemque, non mensem solùm Iulianum, verùm & diem totius anni pertransibat in magna illa CIↃ CD LX. annorum periodo; postquam autem figeretur ab Augusto annus, festa sua vnusquisque mensium retinuit eâ serie, eâ anni tempestate, quâ tunc erant peragenda; fixo anno, figebantur menses & festa.

Anni vagi Ægyptiaci ratio.

Iudæorum autem annus non ita vagus, mensem Thamuz ab æstiuo Solstitio nunquam disterminabat. Eadem igitur sacra, & ob eundem planctus ille vtrisque videntur fuisse. Et Ægyptijs mense Athyr vago, ad morem patrium; Iudæis verò mense fixo Thamuz; atque in hiscè omnibus mecum consentit Seldenus.

Non mirùm igitur, si Iudæi vbi â vicinis traxerunt nomen Adonidis & Osiridis, ita à mense, in quo vterque celebrabatur, in Thamuz mutarunt; maximè cùm solennis etiā idem fuerit ritus in Ægypto. Alexandrini enim eô ipsô die, quô festū planctus siue Ἀδωνιασμῦ apud Byblienses in Phœnicia est celebratum; quotannis epistolam ollâ seu vase iunceo, aut papyraceo inclusam, peractis ritè cœrimonijs in mare mittebant, quæ spontè Byblum ferebatur, & repertum Adonim Osiridem nunciabat. Hoc quamprimùm acceperunt Byblienses, quæ expectabant mulieres, gemitus & lamenta ob amissum Adonim, & iam denuò repertum in sacra commutabant gaudia; mirâque lætitia, quod reliquum erat festi, Deum excipientes peragebant. Meminit huius legationis Procopius in Isaiam ad cap. 18.

Festum Adonis à Byblensibus in Phœnicia celebratum.

Procop. in c. 18.

Φησὶ γὰρ Ιεζεκιὴλ καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ γυναῖκες καθήμεναι θρηνοῦσι Θαμούζ. ὅπερ ἐστὶ τὸν Ἀδωνιν. Ἐποίουν δέ τι τοιοῦτον οἱ τὴν ἐρημωθεῖσαν πόλιν οἰκοῦντες. Κεραμὸν λάβοντες ἐνέβαλον ὑποσολὼ πρὸς τὰς ἐν Βύβλῳ γυναῖκας ὡς ἀρηθέντος Ἀδώνιδος. Εἶτα σφραγίσαντες ἐνέβαλλον τῇ θαλάττῃ τριήρεις τινὰς ἐπ' αὐτῷ ποιήσαντες, καὶ ὡς οἱ πεμπόντες ἔλεγον. αὐτομάτος εἰς Βύβλον ἀποκομίζετο, καὶ πένθος θρηνεῖν ἐκεῖ γυναῖξιν ἀπεργάζετο.

Nam & apud Ezechielem in hæc verba legimus; Et vidi, & ecce sedentes mulieres Thamuz (id est Adonim) lugebant. Tale verò quippiam erat, quòd vrbis illius ciues efficiebant; in testam literas ad mulieres, quæ Bybli erant, tanquam Adonide reperto conjciebant; quæ obsignata posteà, sacrisq; peractis in mare demissa (vt dicebant qui mittebant) Byblum spontè deferebatur, lugendiq; ciuitatis mulieribus finem aduentu suo faciebat. Ijsdem penè verbis rem explicat Cyrillus. Vas verò illud seu ollam caput papyraceum vocat Lucianus βυβλίνῳ

Cœrimoniæ in repertione Adonidis celebratæ.

Cyrillus.

Lucianus

Epistola diuinitus appellit septem dierũ spatio.

κεφαλὴν, eamque diebus septem ex Ægypto Byblum ait, mari ac vento diuinitus præparatis transuehi solitam. R. Dauid Kimchi בלי גומא instrumenta iuncea, vel etiam ספינות גומא id est, naues iunceas vocat :

Radak.

השולח בים צירים הוא המלך אשר מעבר לנהרי כוש
ישלח מלאכים דרך ים ובכלי גומא ישלחם ופי׳ ספינות
עשויות מהגמא והם קלות ללכת עלפני המים:

Ille mittens per mare Legatos, ille, inquit, *Rex erat, qui trans flumen habitabat in Æthiopia, hìc mittebat nuncios via maris, & in instrumentis seu vasis iunceis; & explicant arcas seu naues factas è iunco, papyro, seu scirpo; sunt enim huiusmodi leues ad tranandum mare*. Rabbi Saadias in libro de fide ea vocat

R. Saadias l. de fide.

ערפות גומא scirpeas fiscellas; ab Ægyptiorum autem more de literis iunco inclusis, & per mare Byblum transmissis, interpretatur Procopius ante citatus illud Isaiæ c. 18. mittens per mare legatos, & in vasis iunceis per superficiem aquarum, vbi βιβλους βυβλίνας habent Septuaginta. Huic igitur ἀφανισμῶ καὶ ἑυρεσι Adonidis omninò respondet ζήτησις Osiridis, de qua suprà capite de Osiride fusè diximus. Phœnices verò, Cyprios, Hebræosque ab Ægyptijs mutuasse huiusmodi cœrimonias, ex ijs, quæ hactenus de Adonide & Thamuz dicta sunt, satis superque demonstratum est. Nam vt suprà diximus, Sacerdotes Ægyptij statis anni diebus in abditis se tẽpli partibus corpus Osiridis, & idolum fingebant habere sepultum; sed ignoto loco omnibus, quem & eo ipso die veluti à Typhone (quem aprum ob ferociam & immanitatem vocabant) interfectum, cum summa mœstitiæ significatione, atque enormi lamentatione plangebant. In signum verò luctûs capitibus rasis, pectora percutientes per vicos & compita circumuagabantur; quæ omnia apprimè congruunt ijs, quæ suprà ex Luciano de planctu & cœrimonijs Adonidi fieri solitis adduximus.

Literæ iunco inclusæ.

Epistolæ Byblinę quià?

Osiris cum Adonide idem.

Quòd igitur Ægyptijs est Osiris à Typhone interfectus, ab Isíde & sodalibus eius deploratus; hoc Phœnicibus & Syris est Adonis ab apro (quo nomine Typhonem dictum ante insinuauimus) occisus, à Venere & Proserpina deploratus, & ab inferis reuocatus. Iterum quemadmodum Aegyptij per Osiridem eiusque obitum mysticè intelligunt Solis recessum; sic & Phœnices per Adonim nihil aliud intelligebant, nisi Solem illum, qui rebus omnibus præbeat nutrimentum & germinandi facultatem, iuxtà illud Orphei :

Comparatio parallela.

Orpheus in hym. Solis hymn. in Adonim.

Εὐβελε πολύμορφε ξοφὴ πάντων ἀεί δηλε
Κόρη, καὶ κόρε σὺ πᾶσι θάλ(Θ. ἄϊς Ἄδωνι
Σβεννύμενε λάμπων δὲ καλαῖς ἐν κύκλασιν ἄρας.

Qui cunctis alimenta refers, prudentia cuius
Plurima, qui variô lætaris nomine Adoni,
Germinum & idem Author, pariter puer atque puella
Extincte, atque iterum splendens labentibus astris.

Hinc

Hinc Syriacè Adonim dicebant, quasi diceres Dominum, testè Hesichio: Ἄδωνις δεσπότης παρὰ Φοινίκων· Laconibus quoque κῦρις & κῦριε Adonis dictus, id est, κύριε, eodem teste; & Ptolomæus de Orientalibus, qui Trigono Aquilonari subsunt, Venerem adorant, & Martem Adonim, seu Dominum eum appellantes, Καὶ μυστήρια τινα μετὰ θρήνων ἀποδίδοντες αὐτοῖς. *Et mysteria eorum cum planctu celebrant.* Finxerunt enim antiqui, qui Adonim Solem esse putarunt, illum ab apro hirsuta & aspera fera ictum, quòd aspera sit & hirsuta hyems, per quam Solis vires paulatim deficiunt, ea res est omninò Veneri inimica, quoniam per aëris temperiem viget Venus, frigus verò, veluti inimicum naturæ opus abhorret. Cùm Sol igitur in signis sex australibus extiterit per signiferum incedens, breuioresque fuerint dies, ac longiores noctes, tunc dicitur Adonis apud inferos morari cum Proserpina; cùm verò signa Borealia longiores dies fecerint, tunc est apud Venerem, per quam omnis venustas, omnisque nidor aruis restituitur, iuxtà illud Orphei:

Qui modò sub terris habitas, & tartara nigra,
Frugiferumq; refers in cœlum corpus.

Syri Adonim dicunt Dominum.

Adonis Syriacè & Hebraicè Dominus est.

Mystica ratio Adonidis.

Venus & Proserpina, indicantur per Solem, nunc in signis borealibus, nunc hyemalibus existentem.

Hinc festum quoque Adonidis mense Thamuz circa Solstitium videlicet æstiuum, quô Sol Boreales partes relinquendo, ad Australes commeat, celebrantes, nihil aliud voluerunt ij, qui primùm has nœnias instituerunt, quám Solis accessum & recessum, quem vt amissum nunc lugebant, & renatum lætis excipiebunt auspicijs; sed & de his, & similibus in sequenti Syntagmate proprio loco, & ex professo agemus.

Festum Adonis circa Solstitium æstiuum quid mysticè.

Quare patet ex dictis, Osiridem, Adonidem, Thamuz, nomine quidem diuersum, re idem omninò esse; cœrimonias quoque aliundè non nisi ex Aegyptiorum schola promanasse. His igitur ritè sic consideratis, vna adhuc difficultas, quam quidem nemo hactenus attigit, restat discutienda, vt omnia, quæ hactenus dicta sunt, de plangentibus Thamuz omninò aptemus. Est autem sequens: Cur videlicet Osiris & Adonis ab Hebræis vocentur Thamuz, & vndè illud nomen; num à mense ad idolum? num verò ab idolo ad mensem translatum sit? Quid igitur peregrinæ literæ de hoc nobis manifestauerint, videamus.

Osiris, Thamuz, & Adonis idem re.

Abenephius in libro de seruitute Aegyptiaca, ait, Thamuz (quod nos vel mensem, vel idolum interpretati sumus suprà) deriuari à Rege quodam Aegypti nomine Tamusi, dicitque eum primùm fuisse rituum & cœrimoniarum; quæ in luctuosa illa Osiridis solennitate obseruari solebant, institutorem; regnasse autem eum illo tempore, quo filij Israël in Aegypto commorabantur; cùm verò huiusmodi luctus maximè fierent circa Solstitium æstiuum, quo Sol æstiuâ conuersione retrogreditur ad Austri partes; Hebræos ritibus hiscè & annuis lamentis assuetos, eos postmodum eodem tempore etiam, dùm extrà Aegyptum viuerent, frequentasse, ab eorum institutore Thamusi, non idolum solummodò, sed & mensem quoque Thamuz appellasse; verba eius Arabica subiungimus:

Etymon verum Thamuz

Abenephi. حين ما بني اسرايل عمروا في الارض مصر كان بعض من الملوك مصر وهو عليم وفلسوف اسما ثموزي هو اول من اقام العبره الاصنام والحدود الاهم الذين فتنوا فيهم اوسيريس ببكا وعويل كثير وادا بني اسرايل اختلطوا مع لمصريين واتعلموا اعمالهم فلما رجعوا الى كورتهم اقاموا لحدود المصريون واكملوا لدبايحهم ببكا وذوح كعادة المصريون وكان يسمون الشهر الذي بكوا فيه ثموز من الملك اسمه ثموزي

Eo, inquit, *tempore, quo Iſraëlitæ in terra Ægypti commorabantur, quidam è Regibus rerum in Ægypto potiebatur nomine Thamuzi ; fuit autem iſte Rex primus, qui ritus & cœrimonias in luctuoſa illa Oſiridis feſtiuitate exhiberi ſolitas inſtituit, quotannis repetendas; Hebræi verò cùm Ægyptijs commixti, opera eorum diſcerent ; ecce in regionem ſuam reuerſi, & ſacrificijs eorum initiati quotannis illa cum eo planctu & luctu, quô in Ægypto ſolebant, celebrarunt. Menſem autem in quo hæc celebrari conſueuerant ab eorum inſtitutore primo Thamuzi , Thamuz*

Thamuſi Rex primus inſtituit ſolennia Iſiaci luctus.

appellarunt. Sic Abenephius ; quæ ſanè Chronologiæ Regum Aegypti , quam in primo Syntagmate exhibuimus quàm optimè congruunt; nam & circa idem tempus , quo Thamuzi regnaſſe dicitur, reperio Tetmoſis, quem alij etiam Tamoſin appellant, è quo ſane magna Thamuzi nominis veſtigia apparent. Præterea tradit Euſebius ex Manethone, hunc Regem floruiſſe tempore perſecutionis filiorum Iſraël . Ex quo concludi poteſt, eum nimiô zelo, quo erga patrios Deos, & cœrimonias, ſacrificiaque eorum ferebatur, contra Iſraëlitas veluti idolorum, rituumque Ægyptiorum contemptores, crudelem eam perſecutionem mouiſſe; quin & Philaſtrius ad hunc quoque alludere videtur, dùm dicit : *Tamur* (lege Tamuz) *filius fuit Regis gentilium , cuius Iudææ mulieres ſimulachrum cum fletibus adorabant, impietatemq; gentilium colentes, ei offerre ſacrificia non deſinebant.* Adijcit autem, quaſi ex Ægypto nomen peteret. *Thamuz enim Pharao ille dicebatur Rex Ægyptiorum, qui ſub beato Moſe , Ægyptijs præſidebat illo tempore* . Certè Plato in Phœdro Thamuz quoq; cuiuſdam meminit regnantis, tempore Mercurij Triſmegiſti, quem Taut appellat ; quæ omnia ſimul comparata , optimè ijs, quæ hactenus de Thamuz diximus, quadrare videntur. Quod verò Rambam dixit, Thamuz fuiſſe Prophetam idolorum, qui mortuus ab omnibus terrarum ſimulachris in Babylonia conuenientibus fuerit deploratus ; hinc originem ſuam traxiſſe videtur , quod Ægyptij putarent, omnes eos , qui ſeduli fuiſſent in vita patriorum Deorum cultores ; eos poſt mortem publico Deorum conuentu, Heliopoli aut Memphi (quam vrbem multi Babyloniam Aegyptiam dixerunt) inſtituto honorari; ijſque cum fletibus inferias peragi; quibus peractis, eos ad vitam beatam perduci . Atque ex his omnibus apparet, quâ ratione tot, ac tam diuerſæ de Thamuz, eiuſque cœrimonijs allatæ ſententiæ ſint conciliandæ ; omnes enim Iſiacam, Aegyptiacamq; ſolennitatem feſtiuitatemque reſpicere videntur ; Thamuz autem non proprie Adonidem, vel Oſiridem ſignificat, ſed nomen ab eo Rege, qui cœrimonias Iſiacas , ſi Abenephio credamus, primus inſtituit, nomine Tamuſi, deriuauit ; quæ ſi benè diſtinguantur, facilè ea, quæ paulò ante ex Philaſtrio, Rambam, Alcorano, alijſque ab hiſtorica veritate cœteroquin abſonis, adduximus , concilia-

Tetmoſis idē qui Thamuzi perſecutor Iſraelitarum.

Philaſtrius.

Plato in Phœdro.
Taut quis ?

Conciliatio ſententiæ diuerſorum de Thamuz.

ciliabuntur; omnes enim illi, vti dictum Regem Aegypti Isiacæ festiuitatis Authorem, Thamusi nomine, in nominis impositione; ita in luctu ritibusque Isiacorum consuetudinem obseruasse videntur.

CAPVT X.

Apis seu Vitulus aureus.

HEbræos olim in deserto Vitulum seu Bouem aureum adorasse ex illo Exodi 32. luculenter patet: *Videns autem populus, quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron, dixit; Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Et paulò post: *Formauitq; opere fusorio, & fecit eis vitulum conflatilem; dixeruntq; filij Israël, hi sunt Dij tui Israël, qui eduxerunt te è terra Ægypti.* Vbi etsi Hebraicum עגל, & Græcum μόσχος, Vitulum sonent, sæpè tamen in sacra Scriptura hoc nomen עגל pro שור positum reperimus; vt Psalm. 105. יעשו עגל בחורב *Et fecerunt vitulum in Horeb*, vbi pro עגל *ægel* שור *schur*, hoc est, Bos legitur, imò id satis paraphrastes ille Metricus Apollinarius in hunc locum demonstrat, cùm Vitulum hunc vocat κεφαλὴν μόσχου· hoc est, cornibus iam apprehensibilem. *In Exod. 32.*

Ἐν δ' ἄρα χωρήβῳ κεφαλὴν μόσχου ἔτάξαν.

Omitto hìc Ionathanis paraphrasin Chaldaicam, qui in caput 13. Oseæ commentans pro עגלים traducit תוריא hoc est, Boues. Herodotus quoque famosissimum illum Bouem, quem Apim vocant, passìm μόσχον, teste Diuo Athanasio, nominat; pro eodem igitur sæpè sumuntur Vitulus & Bos; quæ ideò præmittenda hìc duximus, ne Lectorem forsan scrupulus eius in lectione sequentium retardaret. His itaque intellectis, tria nobis in hoc capite potissimùm examinanda sunt; Primum est, quodnam sculptile aut conflatile fuerit hoc idolum? Alterum est; vtrum hìc Bos verè fuerit idem ac Apis Aegyptiorum? Tertium est; quomodò hi ritûs Apidis ex Aegypto ad Hebræos promanârint. *Vzielides in c. 13. Oseæ. Athan. contra Gentes.* Quale fuerit idolum Israelitici Vituli.

Ad primum, quod attinet, non desunt, qui putent Aegyptios non integrum Bouem, sed bouinum solummodò caput adorasse, sic antiquus Scriptor Tertullianus, qui libro tertio aduersus Iudæos, ex auro conflato Bubalum caput processisse ait; cui astipulatur Optatus Mileuitanus; *Temporibus*, inquit, *Mosis, populus Israel caput aureum vituli coluit*. Lactantius de vera Sapientia, c. 10. *In luxuriam*, inquit, *prolapsi ad profanos Ægyptiorum ritûs, animos transtulerunt; cùm enim Moses Dux eorum ascendisset in montem, atque ibidem quadraginta dies moraretur, aureum caput Bouis, quem Apin vocant, quod eis signo præcesserat, figurarunt*. Aureum itaque caput vituli dicti Authores ponunt, non quod idolum præcisè fuerit μοσχοκέφαλον, sed hoc loco iuxtà idiotismum Hebraicę linguæ locuti videntur, quo sæpè pars pro toto sumitur, vt illud 2. Regum c. 3. *Nunquid caput canis ego sum?* Accedit quod huiusmodi modus loquendi ferè originem suam traxerit è communi illo Gentilium dicterio, quo Christianos, meliùs dixeris, Iudæos, nunc caput asini, nunc porci adorasse blaterabant; de quibus legę *Tertull. aduersus Hebraos c. 3. Optat. Mileu. l. 3. Lactant.* Verum caput tantùm Vitulinum adorarint. *2. Reg. c. 3.*

Appio-

Appion apud Ioseph.

Appionem apud Fl. Iosephum, multa temerè de hoc Numine ὀνοκεφάλῳ effutientem. Diodorum Siculum de statua lapidea in templi Hierosolymitani adytis ab Antiocho Ehiphane reperta, figurâ humanâ, barbâ promissâ, & quæ teneret manibus librum; item Gnosticorum, quem inscribunt,

Statua ὀνοκέφαλος Hierosolymi.

τὸ γέννα μαείας librũ, in quo mira de Zacharia perempto ob asininũ Numen, inter sacrificandum, ab eo conspectum, & vulgò proditum, scelesti ostentabant. Et quem Sabaoth inter Numinum portenta vocitabant, eorum

Sabaoth Gnosticorum Numen caput Asini habuit. *Epiphanius. Tacitus hist.* 5

nonnulli asini, alij porci figuram habere prædicabantur; Φασὶ δὲ, scripsit Epiphanius, Τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μόρφην ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου. Tacitus quoque loquens de effigie, qua monstrante errorem sitimq; depulerant, in penetrali sacrato, asinum intelligit. Hic itaque cultus capitis Asini, Bouis, Porci, passìm apud Authores confusus cernitur; vndè colligere possumus id, quod ante innuimus, citatos Authores ex hac occasione Vitulum illum conflatilem caput bubalum quoque denominasse. *Est in Musæo viri illustris*

Simulachrum æneum in Musæo Torquati Alexandri Rom.

Torquati Alexandri Romani, de antiquitatum notitia benè meriti, munitionum Castri S. *Angeli Præsidis, inter alias antiquitates Ægyptiacas, quarum dexterrimus explorator est, simulachrum æneum, maxima præbens, huius in deserto peracti cultus Bouini vestigia, verùm cùm illud necdum incisum esset, consultiùs id in Tomum tertium, vbi omnia eiusdem hieroglyphica monumenta producemus, differre visum fuit.*

Cultus Vituli aurei refert cultum Apidis.

Ad secundum quod attinet, certum est, Hebræos huinsmodi μοχολατρείᾳ nihil aliud indicare voluisse, quàm Apidis cultum, quem dùm in Aegypto commorabantur adhuc, tantô studiô coli videbant; confirmat hanc assertionem nostram D. Hieronymus in caput quartum Oseæ: *Videntur*, inquit, *idcircò mihi populus Israêl in solitudine feciße sibi Vituli caput, quod coleret, & Ieroboam filius Nabat vitulos aureos fabricatus, vt quod in Ægypto didicerant,* Ἅπερ ἐν Μνεύει, *qui sub figura boum coluntur, esse Deos, hoc in superstitione seruarent.* Consonat huic id, quod suprà ex Lactantio adduximus, testimonium; quibus porrò ritibus conflatus sit hìc Vitulus, & quâ arte, Authores variant.

D. Hieron. in 4. c. Oseæ.

Rabbini hunc Hebræorum Apidem à Magis Aegyptijs, dæmoniacis artibus productum in deserto esse asserunt; ideò Rabbi Salomon Iarrhi id מעשה שטן, id est, opus dæmonis vocat, & præstigijs Magicis tribuit sequentibus verbis:

ביון שהשליבו הזהב לאור בכור באו מכשפים ערב ורב
שעלו עמהם ממצרים ועשוהו בכשפים ויש אומרים מיכה
היה שם שיצא מתוך דמוסי בנין שנתמכמך בו במצרים
והיה בידו שם ומם שכתב בו משה עלה שור עלה שור
לעלות ארונו של יוסף מתוך נילום והשליבו לתוך הכור
ויצא העגל:

Cùm verò, inquit Rassi, *proijcerent aurum in ignem, in cuppam fusoriam, seu meliùs in modulos, venerunt Magi Arab & Rab, qui ascenderunt cum filijs Israêl ex Ægypto, & fecerunt vitulum istum arte magicâ dicentes; Vbi est Deus iste, qui egressus est de medio operis lateritij, in quo exercitabantur filij Israêl in Ægypto;*

Arab & Rab Magi.

& fuit

& fuit in manu eius nomen & lamina, in qua Moſes ſcripſerat hæc verba, עלה שור עלה שור *aſcende bos, aſcende bos, vt aſcendere faceret in ijs arcam Ioſeph è medio Nili; & his dictis proiecerunt in medium cupellæ fuſoriæ, & egreſſus eſt Vitulus.* Et paulò poſt clariùs ſeſe explicat:

ולא נאמר אלה אלהינו מבאן שערב רב שעלו ממצרים
הם שנקהלו על אהרן והם שעשוהו ואחרכך המעו את
ישראל אחריו:

Et non dicitur, iſti ſunt Dij noſtri; eò quod Arab, Rab, qui aſcenderant ex Aegypto, illi congregati ſunt ſuper Aaron, & illi fecerunt illum, & poſteà præuaricare fecerunt Hebræos. Indicat hanc Dæmonis fallaciam quoq; Ionathan Chaldæus Paraphraſtes hiſcè verbis:

Ionathan paraphraſtes Chaldæus.

וחמא עמא ארום אשתהי משה למיחות מן טוורא ואתכנש
עמא על אהרן כך חמון דעבר ומנא דקבע להון ואול סמנא
ואטעינון וחדר לבבהון זהוהון ואמרו ליה קום עיבד לנא
דהלן די ימיילן קדמנא:

Et vidit, inquit, *populus, quia retardaret Moſes deſcenſum de monte, & congregatus eſt populus ad Aaron, & abijt Satanas, & errare fecit eos, & exaltauit cor eorum ſuperbum, & dixit ei* (Aaroni) *fac nobis Deos terrificos, qui præcedant ante nos.* Huic conſonat Thargum Hieroſolymitanum:

וחוה כד קרוב משה למשריתא וחמא ית עיגלא וחינגין בידיהון דרשיעיא מחנגין
ומגחנין קדמוי וסטנא חוה בגוהון מטפז ומשוור קדם עמא:

Et Moſes appropinquat caſtris, & vidit Vitulum & Iſraelitas, inſtrumenta Muſica in manibus eorum peſſimis, ſaltantes, tripudiantes, & repentes, incuruanteſq; ſe ante eum; & Satanas ipſe in medio ſaltabat, & choros agebat ante populum. Ex hiſcè colligitur, eos inſtrumenta muſica more Ægyptiorum quoque adhibuiſſe, fortè ſiſtra illa fuerunt, & tibiæ, quibus maximè huiuſmodi ſolennitas in Ægypto peragebatur.

Muſica in conflatione Vituli adhibebatur.

Hunc itaque Vitulum aureum ad Apidis exemplar factum fuiſſe, non ea tantùm, quæ hucuſque ex varijs Authoribus adducta ſunt; ſed & cœrimoniæ quoque; queis illum conflatum venerabantur, ſatis ſuperque demonſtrant. Erat enim Apis iuxtà Herodoti deſcriptionem, varijs notis ſymbolicis inſignitus, variaſque in corpore ſuo gerebat imagines, quas ſuprà, vbi de Apide egimus, exhibuimus; ſimiles notas aureo Vitulo ab Aarone impreſſas non inobſcurè indicant verba illa textus Hebraici:

ויקח מידם ויצר אותו בחרט ויעשהו עגל מסכה ויאמרו אלה אלהיך ישראל אשר
העלוך מארץ מצרים:

Et accepit de manibus eorum (aurum ſcilicet) *& formauit illud cum ſtylo & fecit vitulum conflatilem, & dixerunt, hi ſunt Dij tui, qui te eduxerunt ex Aegypto.* Super quæ verba ſic commentatur R. Salomon:

ויצר צורה בחרט כלי אומנות הצורפין שחורטין וחורתין בו צורות בזהב כעין
סופר החורת אותיות בלוחות פנקסין כמו וכתוב עליו בחרט אנוש וזהו שתרגם
אנקלוס ויצר יתיה בצינא לשון זיוף חוא כלי אומנות שחורטין בו בזהב אותיות ושקורין
בלעז גרי"ל ומזיפין על ידו חותמות:

Vitulus varijs signis fuit insignitus.

Et formauit, hoc est, *effigiauit illud aurum cum stylo, quod est instrumentum aurificum, cuius ope in auro incidunt & scalpunt figuras varias, estq; similis stylo scriptoris, quô in pugillaribus suis scribere solet literas, iuxtà id, Et scribe super eum stylo hominis. Et hoc est, quod dicit Onkelos, et figurauit id* בזיפא *in stylo, hoc est, instrumento opificij eorum, qui in auro varias eò perficiunt cœlaturas; et Zoophora et Lemniscos, quæ Gallicâ voce vocantur* נויל, *et quo annulos quoque obsignatorios incidunt*. Hoc itaque Aaron decircinasse dicitur Vitulum illum suum aureum; vtrum verò figuras immediatè in aurea massa? vtrum in modella seu forma argillacea priùs expressérit, dubitant Authores; nos quantum ex Interpretum Orientalium monumentis colligere licuit, arbitramur; Aaronem postquam inaures collegisset, eas in vnam aliquam massam colliquasse, atque hanc massam in Vituli demùm figuram eâ ratione adaptasse, vt effigiatus iam Vitulus argillaceæ materiæ impressus, modellam seu formam præberet, quâ vituli multi postmodum funderentur; iuxtâ petitionem Hebræorum, qui non vnum aliquem Deum, sed Deus sibi multos fieri postulabant, qui eos veluti per cohortes præcederent; atque hoc ita esse, clarè patebit ijs, qui huius loci versum paulò pensiculatiùs rimabuntur. Certè Thargum Hierosolymitanum, & Ionathan Ben Vziel opinionem nostram ijsdem omninò verbis asseruerunt, vt sequitur:

ונסיב מידהון יצר יתיה בשושיפא ורמא יתיה בטופרא ועבדיה עיגל מתכא
ואמרו אלין דחלתך ישראל דהנפקוך מארעא דמצרים:

Id est: *Et formauit aurum illud Stylo cælatorio, et proiecit in modellam seu formam ad hoc præparatam, et fecit illis vitulum conflatilem; et dixerunt, hi sunt Dij, qui te eduxerunt è terra Aegypti*. Primò itaque Aaron omnes figuras in Vitulo iuxtà Ægyptiorum consuetudinem, forsan notis hieroglyphicis effigiauit; deindè impresso Vitulo sic effigiato in materiam præparatam seu argillam, matricem seu (vt vulgò vocant) modellam coniecit; quâ facta tandem ipsis, vti vulgata editio quoque testatur, opere fusoriô Vitulum conflatilem produxit, & iuxtà Rabbi Salomonem quoque: וחשליכו לתוך התכור ויצא העגל: *Et proiecit eum in medio moduli, et egressus est vitulus*.

Modulo fundebatur Vitulus.

Quòd autem Aaron modulum fecerit ad plures Vitulos fundendos, ex hoc colligitur, quòd Hebræi statim, ac felicem primæ fusionis successum videbant, *Hi sunt*, inquiunt, *Dij tui terrifici, qui te eduxerunt ex Aegypto*, in vno denotantes plures alios fundendos (quos forsan fudissent, nisi improbum ausum Moses aduentu suo impediisset, vt Abenezra ostendit) qui iuxtà consuetudinem Ægyptiorum in diuersis deserti locis finibusque collocati, illis veluti Dij quidam essent Auerruncj; & respiciebant fortè Hebræi, ad celebratissimos istos Boues Ægyptiorum Apidem & Mneuium, quorum hic Soli, ille Lunæ dicatus, vterque veluti auerruncum Numen adorabatur. Certè Ieroboamum ad hos quoque respexisse, cùm duos aureos Vitulos fabricatus, vnum in Dan, in Bethel alterum collocauit adorandos, S. Hieronymus suprà citatus non inobscurè indicat. *Cùm enim*, teste sacra pagina, *diù in Aegypto delituisset, reuersus in patriam regnumq; adeptus, duos vitulos aureos fabricatus est, Numinisq; patrij Ægyptiorum memor, Ecce*, inquit, *Dij tui Israël, qui eduxerunt te de terra Ægypti*.

Vituli Ieroboam, referebant duos Boues ab Ægyptijs coli solitos.

Non

Non desunt, qui velint, Hebræos ideò posuisse Vitulum, quod duorum planetarum superiorum esset coniunctio magna sub idem tempus, quo Hebræi ex Ægypto migrabant; hunc Vitulum positum esse veluti ἀντίτεχνον Tauro cœlesti, quam tamen sententiam refutat R. Abenezra his verbis: Astrologica obseruatio.

וחכמי המזלות אמרו כי חמחברת הגדולה לשני העליונים היתה במזל שור וזה כזב כי לא היתה רק במזל דלי ועל דרך חכמת המזלות חוא מזל ישראל ורבים נסו זה הסוד דור אחר דור גם אני ראיתי ככה והנה שמוחו בחצי שמים: Abenezra.

Sapientes, inquit, *& Astrologiæ periti aiunt, quod coniunctio magna duorum superiorum fuit in signo Tauri; sed hoc verum non est, quia illa non fuit nisi in signo Aquarij; nam iuxtà Astrologicam rationem illud signum propriè conuenit Israelitis, & multi tentauerunt secretum hoc, successu temporum per varias progenies, & ego etiam inueni sic, & ecce posuerunt illud in medio cœli.* Hęc Abenezra.

Quicquid sit, siue ille Vitulus Astrologicâ superstitione, siue alia quadam ratione confectus fuerit; hoc certè nobis luculenter patet, eum Apidis omnibus numeris absolutam fuisse imaginem. Quod & figuræ ab Aarone in eo decircinatæ satis ostendunt, nec enim facilè intelligi potest, quid stylô fecerit, nisi notas Apidis hieroglyphicis insigniti, aut eiusmodi aliquid insculpserit. Iterum cùm populus iam Vitulum conflatum erexisset, ait sacra pagina, *Seditq; populus, vt manducaret & biberet, & surrexerunt vt luderent*, id est, vt conflatile Numen cantu & choris celebrarent; & paulò post in persona Mosis dicitur; *Non est vox, quæ resonet fortitudinem, nec est vox, quæ resonet debilitatem; sed vocem cantantium ego audio, siue choros ducentium, aut τὴν ἀρχόντων οἴνε, vt reddunt Græci, nempè commessantium seu vitulantium*; Quid aliud hisce verbis nobis refertur, nisi chori, ludi, conuiuia, ac gaudia publica; quæ Aegyptij Apidi solenni pompâ Memphim à Sacerdotibus deducto pueris in sacro illo comitatu carmen honori eius gregatim præcinentibus, celebrare solebant. Quid aliud Moses indicauit, cùm Vitulum igne combustum, contritumque in puluerem aquis submersit, nisi Apidis in sacri fontis seu Nili profundo submersi mactationem, quam quidem non imitari, sed in idololatriæ huiusmodi opprobrium exequi intendebat, quemadmodum & Iosiam Regem fecisse in libris Regum videre est. Æmulabantur in cantione Vituli solennitates Ægyptiorum

Porrò Bos ille seu Vitulus erat aureus, quod mysterio non carebat; ab Aegyptijs quippè totum didicerant, qui præter duos Boues Apim & Mneuim, quos viuos in septo quodam, teste Herodoto, nutriebant, vt in præcedentibus fusè dictum est; aureus quoque Boum, Vitulorumque imagines colebant, quas & publicè in templis, templorumque valuis collocabant, in collo, auribus, manibus, cingulo, inaurium, armillarumque loco gestabant, quemadmodum fusè ostendetur in practica hieroglyphicorum Obeliscorum interpretatione. Ex auro verò erant conflatæ, quod aurum esset analogum Soli, cuius imaginem referebat Vitulus. Hinc multi arbitrantur è Rabbinis, inaures, armillasque, quas Aaron sibi dare petebat, fuisse reliquias è spolijs Hebræorum, dùm ex Aegypto migrarent collectas; fuisseque in ijs præter varias sacrorum animantium, Apidum Cur Vitulus ex auro conflatus. Inaures aureæ pro Vituli conflatione cur?

quoque figuras inciſas, quas in honorem Oſiridis ſeu Solis paſsìm portare ſolebant, perpendant, qui hæc intelligunt, vtrum forſan Aaron aliquid ſimile ex ijs armillis veluti ex archetypo quodam, in conflato Vitulo formauerit. Certè, qui ea, quæ ſuperiùs diximus, cùm hiſcè benè contulerit, magna ſanè huius veritatis argumenta reperiet; erat prætereà moris apud Aegyptios, ſolenniſſimum illum τῆς ἀφανισμῦ καὶ εὑρέσεως Oſiridis βεμόρφος diem, præcone adhibito ſolenni voce proclamare, vt populus ad ſacri Numinis feſta deuotè celebranda redderetur inſtructior. Aaron certè, dùm ſolennitatem craſtinam conflato iam Vitulo, exſtructiſque altaribus Iſraëlitis promulgans dixit; חג ליי מחר *Feſtum Iehoua cras*, ad nihil aliud reſpexiſſe videtur, niſi ad ritûs & cœrimonias Iſiacorum; nôrat enim ſuperſtitioſi populi indolem, cui nil gratiùs eſſe poterat, quam ea omnia agere & peragere, quibus tantopere afficiebantur, dùm in Aegypto adhuc degerent; quod & indè patet, vt enim idololatris magis placeret, quemadmodum Seldenus quoque notat, Dei optimi maximi Nomen ineffabile, eiq; proprium, idolo tribuere voluit. Septuaginta ibi ſcribunt, ἑορτὴ τῷ κυρίῳ. Notum eſt autem tetragrammaron illud à Græcis iuxtà vetuſtiſſimum ritum nunc in κύριον, nunc in Ἀδωναῖ, quod idem Hebraicè ſonat; verti, & pro eo Adonai legunt Iudæi ex veteri inſtituto; vtrum verò tam antiquum fuerit Adonis nomen Oſiridi attributum, dubium eſt; nos ſanè æquè antiquum arbitramur, cùm & Adonis Hebraicum ſit, imò & Byblius Adon Oſiris appellatus à Martiano Cappella, id ſatis oſtendat; quem ſecutus Auſonius in Myobarbum Liberi patris ſic canit:

Oſiridis occultationis, & inuentionis dies.

Seldenus de Dijs Syris.

Auſon. in Myob. epig. 29.

Ogygia me Bacchum canit,
Oſirin Æg ptus putat,
Arabica gens Adoneum.

Ipſique & Adonidi eaſdem cœrimonias, eadem ſacra fuiſſe, fusè ſuprà, vbi de Thamuz tractatum eſt, demonſtrauimus.

Ex his igitur omnibus ritè inter ſe collatis, tandem concludimus, omnem illum μοχολατρείας Hebræis vſitatæ proceſſum, ab Aegyptijs ad Hebræos immediatè profluxiſſe; probatione id non indiget, cùm & ritus in conflando Vitulo adhibiti, tripudia, conuiuia, chori, inſana vociferatio, decircinationes figurarum in Vitulo ab Aarone factæ; Magorum incantamenta, ſimiliaque, de quibus in præcedentibus actum eſt, ea ſatis ſuperque demonſtrent. Scribit Martinus à Baumgarten, extare adhuc in hunc diem ſepulturam 3000. virorum ad præceptum Moſis poſt adorationem Vituli per filios Leui interfectorum; Vitulum quoque lapideum in memoriam aurei combuſti, fuiſſe eodem in loco deſerti poſitum; aquam etiam vicinam, in quam cineres diſperſit Moſes, ſaxum denique rotundum, ad quod tabulas legis alliſas confregit. Moſes Gerundenſis vilem hanc idololatriam adeò Deo diſplicuiſſe ait, vt non ſit vltio Iſraëlitis, in qua non ſit vncia de iniquitate Vituli.

Martinus à Baumgarten in Itinerario ſuo Arabiæ.

Rambam.

אין לך פורענות בישראל שאין בה אונקיא מעון העגל׃

Non

Non est tibi Israël vltio, in qua non sit vncia de iniquitate vituli. Quantitatem autem Vituli aurei Hebræi ex voce מסכה, quæ per Geometriam, aut κῦ τλω ἰζοψηφίαν resoluta, præstat 125. numerum talentorum auri, quibus constabat Vitulus. Sic enim reperio apud R. Salomonem:

לשון מתכת דבר אחד מאה עשרים כ"ם והמשה קנטרי זהב היו בו בגימטריא של מסכה:

Dictio hæc, inquit, *vnum verbum*; *centum viginti quinque talenta auri iuxtà vocis* מסכה *resolutionem arithmeticam in eo fuerunt*; atque hoc etiam Eliam Thysbitem referre ex Thargum Hierosolymitano, Seldenus dicit, quamuis ego nihil horum in dicto Thargum inuenerim, etsi studiosè inquisiuerim. Sed hæc de Vitulo aureo dicta sufficiant, nunc ad alia.

Grauitas peccati, quo Israel præuaricatus est.

מ 40
ם 60
כ 20
ה 5
125 centenarij.

Quantitas auri in conflatione Vituli adhibiti.

CAPVT XI.

De Idololatria Salomonis, & quà ratione ad ipsum ex Aegypto ea primùm deriuata, ingentia nullo non tempore apud Hebræos incrementa sumpserit.

DIximus in præcedentibus, quâ ratione improbus ille idolorum cultus, ac cœtera alienæ seruitutis dogmata, quæ in Aegypto didicerant Hebræi, post exitum è domo seruitutis, successiuâ traditione paulatìm propagata, magnos in Hebræorum Ecclesia postmodum progressûs fecerint. Nunc verò dicendum est; vndè multiplex ille idolorum cultus, qui post tempora Salomonis in populum Dei irrepsit, promanârit. Nunquam enim idololatriam magis floruisse apud Hebræos, quam post mortem Salomonis, tùm rituum & cœrimoniarum peregrinarum introductio, tùm lucorum, nemorum, saltuumque cultus, excelsorum ad hæc ararumque exstructio satis, superque ostendunt. Causam huius adeò frequentis idololatriæ varij variam assignant; alij eam nefandis Salomonis sceleribus imputant; alij impuni vitæ licentiæ, quæ apud Hebræos prauo Salomonis exemplo vigebat tunc temporis; alij alias causas assignant, vt libidinem insatiabilem, & mulierum alienigenarum insanos amores, quibus inescatus paulatìm, infatuatusq; ex summo sapientiæ fastigio in imum stultitiæ barathrum præceps factus, vnà secum, quotquot dissolutioris vitæ desiderio tenebantur, miserè traxit; quæ omnia vt benè intelligantur;

Idololatria maxime floruit post mortem Salomonis.

Scelera Salomonis.

Sciendum est; nihil in sacrarum literarum sermone frequentiùs, quàm fornicationem & idololatriam & re, & nomine coniunctissima esse. *Ne vxorem*, inquit Deus, *de filiabus eorum, scilicet alienigenarum accipies filijs tuis, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios vestros in Deos suos*. Et idem etiam sub auaritiæ nomine, quæ vt Hieronymus interpretatur ad Ephes. pertinet ad insatiabilem libidinem & luxuriam. *Fornicator*, ait, *Apostolus, auarus est, quæ est idolorum seruitus*. Et ad Colossen. *Fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus*. Sed significantiori, quamuis magis arcanâ dicendi ra-

Exod. 34. *Ezech.* 6. & 12. *Paralip.* 21. *Leuit* 19. *Osee* 1. *Isai.* 1.

Luxuria & libido idololatria dicitur.

Ephes. 5. *v.* 5. *Colōss.* 3. *v.* 5

Numer. 33. di ratione res eadem ſignificata eſt, Numerorum 33. *Si nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanſerint, erunt vobis quaſi claui in oculis, & lanceæ in lateribus*; id eſt, mulieres alienigenæ, quæ ſtimulent inferiorem illam laterum partem, quæ pungant ilia, & ad rem turpem impellant. Et Ioſue 23. *Sint vobis in foueam, & laqueum, & offendiculum ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris*. Cur autem idololatria cum fornicatione comparetur, & cur vtrique commune nomen ſit, non vna cauſa eſt; alij dicunt Apoſtaſiam, quâ homo relicto Deo Opt. Max. vero animarum Sponſo, ad alienam ſeruitutem deſciſcit, eſſe veluti fornicationem quandam, ita Theodoretus; eoque detorquet id Ezechiëlis: *Feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis*. Quidam ex ipſo idolorum nomine hanc conuenientiam deſumunt: nam cùm Baal fuerit primum & vniuerſaliſſimum nomen cuiuſuis idoli, vti in præcedentibus meminimus; Baal autem ſignificet maritum aut Dominum, qui rem propriam ſibi ſubijcit, & quaſi ſubiugatam habet. Ab eadem radice בעל quod eſt poſſidere aut ſubiugare rem aliquam inſtar mariti cum quodam potiendi ardore. Quare accipitur plerumq; pro coniugali, & vxoriare, & vertitur ab interprete, dormire cum vxore; ergò ex ſuo nomine Baal, & idola Baalim, maritum, Dominum & ſubiugatorem ſignificant. Cultores verò, quia illis ſe deuouebant, & addicebant, vt nomine ipſo reſponderent, eleganter dicebantur inſtar fœminæ mariti dominio ſubijci, & quaſi ab idolis ſubagitari, vim & dominatum in ſuos cultores exercentibus.

Ioſue 23. Theodoretus. Vox Baal expenditur.

Non deſunt, qui hanc conuenientiam ex certis quibuſdam quaſi cœrimonijs nuptialibus, quibus idololatria conſtabat, concludant. S. Auguſtinus certè inter alios idolorum ritus referens, quaſdam in Capitolio fœminas ſedere ſolitas, quæ ſe à Ioue amari putabant, nec Iunonis quidem iracundiſſimæ aſpectu terrebantur. Strabo agens de Perſarum, Medorum & Armeniorum Idolis ſic ſcribit de Anaitide. *Hæc*, inquit, *eſt Venus in Oriente culta Armeniorum idolum; Illuſtriſſimi eius nationis filias ſuas Virgines ei dedicant, ac lex eſt, vt longo tempore apud Deum conſtupratæ, deindè nuptui dentur, nemine talis mulieris coniugium dedignante. Tale quippiam etiam Herodotus de Lydijs mulieribus ſcribit, omnes enim eæ, vt ait, meretrices ſunt, & amatores ita blandè tractant, vt vel hoſpitium præbeant, & ſæpè plura munera dent, quam recipiant; vtpotè ex re lauta ſumptum ſuppeditantes, non autem quoſuis recipiunt, ſed dignitate ipſis pares*. Quare huiuſmodi mulieres turpiſſimæ ſubijcientes ſe Dijs notari videntur; Beruch 6. *Mulieres eorum decerpentes, & viginti nouem mulieres apponunt Dijs argenteis, & aureis, & ligneis, id eſt, ſedulò miniſtrant, veluti vxores maritis*. Huc faciunt ſtuprorum infandorum opportunitates, & occaſiones, quas impijſſimi idolorum Sacerdotes turpiſſimis hominibus præbebant; cuius nobile exemplum ſcribitur à Ioſepho l. 18. c. 4. & Hegeſippo l. 2. c. 4. *Scribunt de Paulina, non minùs probitate morum, quàm natalium claritate illuſtri, ad hæc opulenter formoſa, vt quæ eſſet in ipſo ætatis flore; cuius cùm pudicitiam Decius Mundus equeſtris ordinis iuuenis, nec prece, nec pretio ducentarum drachmarum millium pro vnica nocte oblata flectere potuiſſet; fraude compoſitâ cum Sacerdotibus Iſidis, cuius cultui ve-*

S. Auguſtinus. Ritus in Capitolio. Strabo. De Venere Anaitide. Herodot. l. 1. Beruch 6. 27. Ioſeph. l. 18. antiq. c. 4. Paulina ad ſtuprum adigitur mira aſtutia.

hemen-

hementer addicta erat Paulina, fingunt Legatum miſsum ab Anubide, qui ipſius formâ captus, iubeat, vt ad ſe veniat: illa libenti animo ſuſcepto nuncio, & marito quoque admonito, quod paratum ſibi eſſet Anubidis cubile, in templum educta, & tenebris conciliantibus in latentem ibi Mundum incidens, totam noctem obſecuta eſt iuueni, Deo ſe gratificari exiſtimans. Huc vſque Ioſephus. Sed cùm hæc quæ diximus, non in cuiuſque idoli religione fierent, alia magis communis ratio quærenda eſt, quæ in cuiuſuis idoli cultum conueniat, vt fornicatio & impudicitia nominari poſſit; quam quidem certiorem dare non poſſumus, quàm eam, quæ à Sapiente indicatur. Initium omnis fornicationis eſt exquiſitio idolorum; & adinuentio eorum, corruptio vitæ eſt; quod idola ijs cœrimonijs colerentur, quæ ad omnem obſcœnitatem & quæuis enormia ſcelera homines impellerent; & hoc quidem permittente Deo in ſupplicium idololatriæ, iuxtà illud Apoſtoli: *Tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ*, &c. Vbi exponit S. Ambroſius, qui etiam addit aliam non prætereundam rationem. *Quòd Deum incurioſum colentes, atque per hoc negligendum, magis ac magis hebetati ſint, & ad mala omnia admittenda fierent promptiores.* Tùm etiam, vt ait Athanaſius oratione contra idola. *Inſtituta eſt idololatria deſiderio eorum, qui ſtupris & propudijs pleni, figmentis repræſentantur.* Itaque turpiſſimam ſibi ſuorum Deorum vitam idolorum cultores imitandam propoſuerunt; addit pulchrè Athanaſius originem idolorum inueſtigans. *Malitiam præuiam fuiſſe anteambulonemq; idololatriæ, cùm ea ſola magnifaceret, quæ animo concupiſceret, & cum voluptate aſpectaret, in corporeis affectibus voluptatem ſentiens rerum diuinarum oblita, & propemodum omnes ciuitates, omnibus libidinibus ſcatent, ob immanitatem morum, quam in ſuis Dijs conſpiciunt; neque eſt in hoc genere Deorum, quem caſtum appelles. Olim certè Phœniſſæ mulieres ante idola proſtituebantur, dedicantes Numinibus ſuum quæſtum, perſuaſæ meretricatu ea propitiari, ac proſperitatem rerum indè naſci. Viri quoque abdicato ſexu, nec ſe ampliùs mares eſſe ferentes, mulierum naturam affectauerunt, tanquam hôc pactô honorifici gratiq; Matri Deorum facturi eſſent; omnes autem in turpiſſimis viuunt, & certamen inter ſe prauitatis ſuſcipere videntur; & vt dixit Sanctus ille Chriſti Miniſter Paulus: Mulieres eorum mutauerunt vſum.* Hæc S. Doctor.

C. 14. 12.

Ambroſius.

Athanaſius.

Turpis cultus idolorum.

Hinc iam ſublucet alterius non omninò facilis quæſtionis cauſa, quid eſſet, quod alienigenas tam immenſa tamque proiecta cupido inceſſeret, eos quibuſcum conſueſcerent, Iſraëlitas, ad ſuorum idolorum religionem pertrahendi; illud videlicet, quod cum prauis voluptatibus omninò immerſæ & excœcatæ tenerentur, quarum Magiſtros & fautores ſuos ipſos Deos arbitrabantur; priuandis ijs ſe credebant, niſi viros, quibus ſubiugatæ eſſent, ſuæ quoque impuriſſimæ religioni ſubijcerent. Atque hinc eſt aſſeueratio Sacræ hiſtoriæ. *Certiſſimè auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos alienos.* Neque ſolùm propter improbitatem fœminarum; ſed etiam propter nequitiam eorum, qui illarum deſideriô & libidine capti, illud vel maximè primùm ſibi ſtatuerunt, vt Numen non agnoſcerent, niſi quod ſibi deprauatæ vitæ impunitatem & præſidium aliquod polliceretur; iuxtà illud Orientis Illiberitani.

Cur mulieres alienigenæ tanto ſtudio ſuos ad cultũ idolorum pertraxerint?

3. Reg. 11.

Quæ

Quæ furor impulerat, laſciuus duceret error,
Eſſet & hoc licitum, quod fuerat libitum.

Cyrillus.

Deceptrix itaque res, Cyrillo teſte, Mulier eſt, & idonea ad decipiendum ſemel ſuis captos laqueis; nam inter arma alia habet voluptatem, quâ mens vincitur. His igitur laqueis, his pedicis irretitus Salomon in profundum idololatriæ cecidit. *Rex enim Salomon,* ait ſacer textus, *adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitas, & Ammonitidas, Idumæas, Sidonias, & Cethæas, de gentibus; ſuper quibus dixit Dominus filijs Iſraël. Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras; certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos earum; his itaque copulatus eſt Salomon amore ardentiſſimo.*

Salomonis caſus.

Mirum ſanè, quod inter hos fœminarum greges, nulla mentio Iſraëlitarum fœminarum fiat. Et quidem pulcherrimas habiſſe Salomonem, Ioſephus atque Theodoretus diſertis verbis docent: *Inſaniens*, inquit Ioſephus, *in mulieres, & in rebus Venereis immodicus, non contentus ſuæ regionis mulieribus, multas externæ originis duxit, Sidonias, Tyrias, Ammonitidas, Idumæas.* Quamuis Suidas in verbo Aſtarte ſic numeret, vt dicat peregrinas vxores ſimul cum Iſraëliticis impleſſe numerum illarum ſeptingentarum & trecentarum concubinarum; ſed cùm nulla indigenarum in ſacra hiſtoria mentio fiat, ſubit animum ſuſpicio, ſuæ vel pauciſſimas, vel ferè nullas, aliarum tribuum aliquantò plures: peregrinæ tamen gentis & religionis plurimas, vt quarum nullo vnquam faſtidio afficeretur habuiſſe; cuius rei cauſa paulò altiùs â nobis eſt petenda.

370. Concubinæ Salom.

Fuit ſanè Hebræorum genus, vt in libidinem incredibiliter procliuè, ita in idololatriam facilè, & ad adulteria proiectum, & omnis peregrini cultus ſiue animi ſiue corporis appetentiſſimum. Atque hoc vnum aliorum vitiorum caput & origo, animi quædam naturalis inconſtantia, & mentis mutabilitas, quæ propria & effrænium cupiditatum, ea quæ domi ſunt faſtidiens, & ſemper ex nouitate nouam voluptatem captans. *Nouis,* (inquit Seneca) *cupiditatibus occupati, non quod habemus; ſed quid petamus, inſpicimus; non id, quod eſt, ſed in id, quod appetimus intenti; quicquid enim domi eſt, leue eſt.* Hinc illa in adulteria procliuitas Iſraëlitarum faſtidientium quod domi erat, ſitientium alienos fontes; hinc illa quoque alienigenarum fœminarum concupiſcentia; quod Hebræorum ingenium cùm benè exploratum haberet Balaam, ſuggeſſit Regi Balac peſſimum illud conſilium obijciendi peregrinas fœminas peregrinanti populo, cuius meminit Ioannes in Apol. c. 2. *Doctrina Balaam, quæ docebat Balac mittere ſcandalum coram filijs Iſraël, edere & fornicari.* &c. Cuius rei hiſtoria narratur Num. 24. & 25. neque verò tantùm fuit vnicum Madianiticum ſcortum; ſed vt Ioſeph narrat l. 4. c. 6. plurima & à Principibus Iſraël in connubium ducta, apud quem in hunc locum opportuna eſt huius rei narratio. *Si breuem* (inquit Balaam) *de illis conſequi quæritis, hôc conſiliô voti compotes efficiam, filiorum formoſiſſimas, quæ pulchritudine ſuâ mentes eorum expugnare poſſint, quantum fieri poteſt, cultas & ornatas mittite, vt circum-*

Seneca.

Cur Salomon non indigenas ſed alienigenas tantùm amauerit.

caſtra

castra obuersemur, & iuuenibus complexus expetentibus faciles se præbeant; vbi verò captos viderint, subitò sese proripiant. Cumq; rogatæ fuerint, vt maneant, non annuant, nisi persuasis, vt relictis patrijs legibus & cultu Dei, à quo illas acceperunt, Madianitarum & Moabitarum Deos venerentur. Res ita peracta est; Iamq; adolescentes blanditijs allectos, & cupidine feruentes, puellæ relinquere parant; tùm illi tristes mulierum discessu, precibus instant, ne se derelinquant, sed futuræ coniuges, & omnium facultatum Dominæ apud ipsos maneant. Hæc promissa iureiurando affirmantes, & lachrymas fundendo, quo magis eas ad commiserationem flecterent. Tùm illæ, postquam consuetudine suâ vinctos animaduerterunt, sic respondent. Quandoquidem amare vos, & ambitionem nostram molestè ferre assueratis, si beneuolentiæ coniugalis fidem dederitis, libenter vobiscum, vt legitimæ nuptæ nos coniungere sumus; illis verò se quolibet modò fidem daturos pollicentibus, & nihil præ amore nimio recusantibus. Necesse est, inquiunt, si vultis nobiscum vitam degere, Deos nostros colatis; neq; enim aliô argumentô persuadebitis amorem istum vos non fingere, nisi eosdem nobiscum Deos colatis, & adoretis; neq; absurdum fuerit, si terræ, in quam venistis peculiares Deos colere malitis; præsertìm cùm nostri per omnes Regiones honorentur; vestrum nemo præter vos cultu dignetur aut cœrimonijs; at illi cupiditate cœci, quo trahebantur sequentes, à religione patrum desciscebant, & in mulierum gratiam nihil non contra legem faciebant: vt iam tota castra iuuenum impietas inuaderet, & auita religio in extremum periculum deduceretur; iuuentus enim gustatis semel peregrinis moribus inexplebiliter in eos ferebatur. Atque hæc ideò fusiùs ex Iosepho descripsimus, vt appareret, quantum in Hebræos malum alienigenarum fœminarum consuetudo inuexerit.

Modus & ratio quâ Israelitæ ad amorem alienigenarum traherentur.

Neque solùm capiebatur populus peregrinâ pulchritudine, sed peregrino ornatu; quare omnes illæ cœrimoniæ ducendæ vxoris captiuæ, quæ præscribuntur Deut. 21. videlicet, vt radat cæsariem, circumcidat vngues, deponat vestem, in qua capta est, deturpet faciem, deflendo patrẽ & matrem suam vno mense; eo pertinebant, vt si fortè pulchritudine harum rerum victor captus foret, deferberet, aut extingueretur amoris concupiscentiâ capillis resectis, & ornamentis depositis, quæ est frequentissima in eo loco obseruatio interpretum. Ex hoc eodem capite, id est, ex illa ingenij Hebræi inconstantia, est illa peregrinæ vestis tam curiosæ ex alijs nationibus imitatæ curiositas & studium inter Israëlitas. Quod acerbiùs reprehendit Deus, Sophon. 1. *Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrinâ.* Cum qua simul & peregrinum Deorum cultum induebat, quod propriè ex Hebræo dixerunt Septuaginta. *Qui induti sunt vestimentis alienis.* Et interpretatur D. Hieronymus eos, qui pro Dei cultu venerati sunt idola; quasi peregrinitas vestium peregrinitatem etiam religionis adduceret. Cuius rei rationem eleganter & argutè indicauit Theodoretus; cùm enim lex vestimenta ex lino & lana contexta prohiberet Deut. 22. verisimile est, eos, qui inter Israëlitas diuitijs sese offerrent, & delicijs diffluerent, finitimorum vestes imitatos esse, & in locum vestimentorum ex lino confectorum, ornatum ex purpura elaboratum, & artificiosum induisse; quod contra traditionem legis diuinæ fuit. Vides igitur

Hebræi mirum in modũ externis rebus capiebantur.

Cultus vestium prohibetur in lege & quare?

simul cum peregrina veste diuinæ legis contemptum induisse. Ex quibus patet, non multa fuisse Israëlitica scorta Hebræis, eò quod externæ maiori essent in precio, & quod eas Hebræi insanè deperirent, iuxtà illud Comici :

Adeon' est demens & peregrina?

Hebræi viri amabant peregrinas.

Hæque peregrinæ voluptates ipsæ meretriciæ sunt, quibus incredibiliter capiebantur, molliebantur, & eneruabantur Hebræorum ingenia, & ad omnem peregrini cultus impietatem alliciebantur.

Salomonis casus.

His itaq; (ait Sacra historia) *copulatus est Salomon amore ardentissimo*, vel vt Septuaginta habent, *Ad eas adhæsit Salomon amando.* Quod quamuis simplici locutione dictum videatur, latet tamen illa ardentissimi amoris vis, quam expressit Latinus : *His laqueis Sapiens cor constrictum contabuit*; his incitatus amoribus omnia præclara, vilescente animo, despiciebat; his denique, vt placeret, à Deo ipso desciscendo Apostata factus, Dijs alienis adhærere non est veritus; in quorum gratiam Fana quoque excelsa, aras exstruxit, magnificè exornauit, thura & libamina obtulit. Quæ cùm ita sint, nunc tandem videamus, quænam illa fuerint excelsa, & Fana, quæ Aræ, qui Luci, quos Salomonem in gratiam mulierum exstruxisse commemorat Sacra historia; quique sint Dij, quos coluit, & vndè eorum origo profluxerit.

CAPVT XII.

De Fanis, Excelsis, Lucis, Aris à Salomone exstructis.

Duo perficiunt actum idololatriæ.

DVo sunt potissimùm, quæ idololatriam perficiunt, internus adorationis cultus, externus honoris. Prior videtur cum quodam mentis errore coniunctus, tribuente Diuinum aliquid creaturæ. Posterior siue amore, siue metu aliauè mentis affectione exhiberi potest, nullo mentis errore, tametsi & hìc illicitus. Hinc orta dubitatio cuiusmodi fuerit ille Salomonis idolis exhibitus cultus; merè ne externus, an internus etiam?

Augustl. 14. de ciuit. c. 11. Raban. 4. Regum 23. Sedul. 1. ad Timoth. c. 2. Galatinus. Cyril. 7. contra Iulian. Greg. sup. id Iob c. 4. l. 12. Mor. c. 112.

Priorem partem amplectitur S. Augustinus, Rabanus, Sedulius, Galatinus, omnes Rabbini; qui omnes asserunt, sapientissimum Salomonem nequaquam adeò desipuisse, vt figmenta hominum adoraret; sed blanditijs muliebribus seductum eos externè tantùm coluisse, eisque Fana exstruxisse. Alteram partem tenent Cyrillus, alij quam plurimi, Gregorius l. 12. c. 12. Moral. *Qui prius*, inquit, *Deo templum construxerat, assiduitate libidinis etiam perfidiæ substratus, idolis construere templa non timuit; vt ab assidua carnis petulantia vsq; ad mentis perfidiam veniret.* Cùm itaque Salomon non extrinsecô tantùm cultu, sed & intrinsecô ac verô latriæ actu coluerit Deos alienos, iustô Dei iudicio id sic permittente. Illud sanè maximum pondus in animo Salomonis habere potuit, vanissimis superstitionibus ex fœminarum persuasionibus iam irretito, multum conferre posse putauit,

putauit,

tauit, ad imperij dilatationem, si illarum Prouinciarum Deos, in quorum tutela essent, propitios sibi redderet, ac religioso cultu demereretur. Quod profectò persuasionis caput fuit, cùm scorta illa Ægyptia, & Madianitica ad suam religionem Israëlitas pellexerunt; vt suprà ex Iosepho narrauimus; sic enim inter cœtera dicebant: *Nec absurdum fuerit, aut vitio vertendum, si terræ, in quam veniſtis, peculiares Deos colere malitis: præsertim cùm noſtri per omnes Regiones honorentur, veſtrum nemo præter vos, cultu dignetur aut cœrimonijs; aut igitur cœterorum more vobis eſt viuendum, aut alius Orbis quærendus, vbi ſoli iuxtà veſtra inſtituta vitam agatis.* Ad quam rem alludere videtur illa Imperatoris Iosue oratio ad populum capite 24. *Eligite, cui ſeruire potiſſimùm debeatis, an Dijs Amorrhæorum, in quorum terra habitatis*, &c. Quare & singulas prouincias in singulorum Deorum tutela ponebant, & montes Dijs montium, valles Dijs vallium attribuebant, quorum præsidiô fausta sibi, & felicia omnia, siue in montibus, siue in vallibus pollicebantur; iuxtà illud: *Dij montium ſunt Dij eorum; ideò ſuperauerunt nos; ſed meliùs eſt, vt pugnemus contra eos in campeſtribus, & obtinebimus eos.* At de his alibi pluribus.

Cur Salomon fœminis aſſenſerit.

Particulares Dij.

Orat. Ioſue.

Dij prouinciales.

3. Reg. 20.

Potuit ergo fieri, vt eâdem superstitione duceretur Salomon, quâ Ægyptij, quibus cùm frequens illi intercedebat necessitudo, præterquam quod plurimas quoque Ægyptias mulieres in copulam sibi assumpsisset; qui eum in patrijs ritibus & cœrimonijs Dijs exhibendis passìm instituebant, & arte, quâ Romani posteà exterarum prouinciarum Deos sibi conciliantes, atque in suam vrbem euocantes conceptis verborum formulis, & solennibus ritibus alliciebant, eâdem Salomonem instructum Deos externos sibi conciliasse patet. Quam vaniſſimâ persuasionē exprobrare non obscurè videtur Sacra historia Regi Achaz 2. Paralip. 28. *Immolauit*, inquit, *Dijs Damaſci victimas percuſſoribus ſuis, & dixit; Dij Regum Syriæ auxilientur eis, quos ego placabo hoſtijs, & aderunt mihi.* Cùm ècontrario ipsi fuerint ruinæ ei, & vniuerso Israël; & clariùs 2. Paralip. 25. 14. *Amaſias poſt cædem Idumæorum, & allatos Deos filiorum Seir, ſtatuit illos in Deos ſibi, & adorabat eos, & illis adolebat incenſum; quamobrem iratus Dominus contra Amaſiam, miſit ad illum Prophetam, qui diceret ei; Cur adoraſti Deos, qui non liberauerunt populum ſuum de manu eius?* Quasi exprobraret illi persuasionem falsam, fore vt propitios sibi redderet illarum prouinciarum Deos, si illos coleret: contra quem errorem eleganter argumentabatur Prophetа; & sapientissimè Rahab Iosue 2. 11. iam ad veri Dei cognitionem adducta, ex eadem re colligebat verum Deum Hebræorum non solùm cœlo, sed & vniuersis terræ prouincijs præsidere. *Dominus*, inquit, *Deus noſter, ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum.* Nequaquam igitur, vt ad institutum nostrum reuertamur, hæc aliena fuerunt ab ingenio Salomonis; cùm curiosissimus esset, & sedulus rituum vicinarum gentium scrutator præsertìm Ægyptiorum, qui sapientiæ, & profundioris eruditionis famâ tunc temporis præ cœteris omnibus toto orbe clarebant; nam frequens mentio familiaritatis, quæ ei cum Vaphre Pharaone fuisse, cuius & filiam in vxorem duxisse, Sacræ literæ docent, satis ostendunt; eum

Salomon ab Ægyptijs mulieribus ſacra Ægyptiorum doctus.

2. Paralip. c. 28.

2. Paralip. 25 Amasias impius idololatra.

Salomon mutа accepit ex adytis Ægyptiorum.

Salomon Ægyptiacis dogmatis imbutus.

multa ex adytis Ægyptiorum recondita, tùm relatione fœminarum Ægyptiarum, quas ſapientiſſimas connubio ſibi copulaſſe veriſimile eſt, tùm Pharaonis, Sacerdotumque familiaribus literis hauſiſſe, quæ eum ad dicta ſcelera impellerent; imò Origenes hoc ipſum pulchrâ quâdam allegoriâ indicare videtur. *Ille*, inquit, *dùm eſſet ſapientiſſimus, & ingentis apud Deum meriti; tamen quia ſe tradidit multis mulieribus, deceptus eſt. Ego puto quòd multæ mulieres multa dogmata, & multarum Gentium diuerſæ philoſophiæ nominentur; quæ cùm ſingula agnoſcere & perſcrutari, vtpotè & ſcientiſſimus & ſapientiſſimus voluiſſet, ſemetipſum inter diuinæ legis regulam tenere non potuit. Similiter & Ammonitarum, ſed & reliquarum Gentium* (Moabitarum, Ægyptiorum, Sidoniorum, Tyriorumque) *quorum mulieres dicitur recepiſſe & ædificaſſe templa, vel imolaſſe idolis earum.* Salomon itaque, vt mulieribus, quas deperibat, atdentiùs coniungeretur, ea ſtudebat addiſcere, quæ grata ſciebat futura ſuis mulieribus, cuiuſmodi erant ſacra dogmata Ægyptiorum, aut vicinarum Gentium, quæ illæ ex ipſa Ægypto veluti ex perenni omnis ſuperſtitionis fonte hauſerant; vt qui amore flagrans vnum cum ipſis eſſe deſiderabat, diſſimilitudine morum, rituumque Religioni earum propriorum non fieret diuerſus; nôrat enim optimè, quantum in amore fouendo augendoque valeret mutuò ſe amantium in omnibus ſimilitudo. Hinc vt eam conſtanter in omnibus conformem actionibus earum teneret, Fana erigere, & Excelſa, Araſque ædificare, vno verbo, nihil non agete in earum fauorem cœpit. Verùm qualia illa Fana fuerint, & qualia Excelſa, Lucique, iam tempus, ordoque poſtulat, vt dicamus.

Origenes.

Amoris vis.

Fana, Excelſa, Aræ, Luci.

FAnum ſiue à Fauno primo eius inuentore, ſiue a fando, vtporè in quo fari & oracula reddere Dij ſolerent, ſic dictum; certè hoc loco idem eſt, quod Excelſum, vti teſtatur textus tùm Hebraicus, tùm Græcus, quorum ille במה, quod Diuus Hieronymus vertit Fanum; hìc verò ὕψιλον habet, quod omnes vertunt Excelſum, verba vtriuſque textus ſubiungam.

ויבנה שלמה במה לכמוש שקוץ מואב ולמולך שקוץ בני עמון:

Salomon verò ædificauit fanum Chamos idolo Moab, & Melchom idolo filiorum Ammon. Vbi loco במה Græca lectio habet ὕψιλον. Καὶ ὠκοδόμησε Σαλομὼν ὕψιλον Χαμὼς εἰδώλῳ Μωὰβ ἐν τῷ ὄρει τῷ πρὸς ζωπον Ἱερουσαλὴμ, καὶ Μελχὼμ εἰδώλῳ τῶν Ἀμμων. Fanum igitur & Excelſum hoc loco pro eadem re ſumuntur, videlicet, loco excelſo & eleuato, vbi Dijs alienis à Gentibus ſacrificia peragebantur.

Et tametſi Excelſum aſſerat eam loci celſitudinem, quam diximus; alij tamen ideò ſic dictum autumant, quod gentes in montibus excelſis, & ſublimibus collibus ſacrificare ſolerent frequentiſſimè, quanquam etiam aliquando in vallibus, vt eleganter notatur illo Ezechielis 6. 2. vbi popu-

Quid Excelſum.

Ezech. 6. 2.

li ſu-

li superstitio frequens in excelsis perstringitur, aliquando in vallibus; *Montes Israel audite verbum Domini Dei; Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, & rupibus, & vallibus. Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam Excelsa vestra, & demoliar animas vestras, & confringentur simulachra vestra.* Vbi non solùm nomine vallium, sed etiam nomine rupium intelligi loca humilia, & conualles nemorosas interiacentes inter duos montes, aut duas rupes, indicat Hieron: alij ex fide dignioribus Rabbinis; sed tamen frequentior superstitio in montibus; vndè tam frequens & ardens omnium Prophetarum execratio montium & collium sub persona meretricis in omni colle excelso & frondoso. Nos tamen Excelsorum appellationem non ad montes tantùm, & colles, & tecta, sed ad quasuis Basilicas & ædes sacras, quas templa seu delubra vocant præcelsa & magnifica reuocamus; etsi non malè quoque pro ijs locis, in quibus sublimia altaria, super quæ etiam eleuabantur in altum, & imponebantur sacrificia, sumi possint, quod maximè indicant Excelsa in Topheth, qui locus erat profundus, & vallis Gehennæ; ædificauerunt Excelsa Topheth, quæ est in valle filij Ennom, ex quo elucescit Excelsa & Fana sæpè numero pro re contenta, hoc est, pro aris κ) τλω καζηστιν, sumpta fuisse. Et quidem Altaris nomen Latinum ab altitudine dicitur; teste enim Isidoro, Altare est quasi alta ara, licet Festus velit, altare non esse aram quorumcunque Deorum, sed in quo Dijs superis sacrificaretur, quibus proindè aræ superiores & celsæ erigerentur, sicut Dijs terrestribus in terra; Dijs verò inferis in effossis terræ, aut in antris sacra fiebant; & pro diuersitate locorum, quibus credebantur Numina præsidere, statuebantur aræ vel in montibus, vel in vallibus, vel ad flumina, vti in superiori Syntagmate fusè declaratum est. Illud etiam peculiare notat Vatablus Ezech. 20. 39. *Bama* propriè esse altare valdè excelsum, ad quod per gradûs ascendebatur, quale fortè prohibetur à Deo Exod. 20. 26. *Non ascendes per gradûs altare meum*. Et fortè quale etiam templum describitur Iunonis à Virgilio:

Sacrificia in locis altis.

Altare quid?

Diuersis Dijs diuersa loca eligebant.

Vatablus. Quid Bama?

. . . donis opulentum & Numine Diuæ
Ærea, cui gradibus surgebant limina, nixæq;
Aere trabes; foribus cardo stridebat ahenis.

Virgilius.

Ego sanè in hoc nostro loco Fanum intelligo Excelsum seu Aram, Altareque erectum ad Deorum cultum, idque magnificum & regale, & non nisi ex marmore aut lapide, quale D. Thomas Gentiles habuisse dicit. *Gentiles*, inquit, *construebant altaria magna & sublimia*. Hìc enim videtur fuisse Gentium ritus, vt aras lapideas, ac marmoreas suis Numinibus erigerent. Tales Aræ erant Ægyptiorum, quas Pyramides & Obeliscos vulgò dicimus, qui in Deorum honorem tàm in templis, quàm extra templum in locis publicis erigebantur plenæ sacris & diuinis mysterijs, quemadmodum alibi fusiffimè declarabitur. Cùm enim Ægyptus humilis esset, & montibus careret, loco montium adinuenerunt excelsa illa Pyramidum & Obeliscorum, quas propriô nomine appellabant ΠΙCΤΦΛΛΟC ΙΦΤ ϡ

S. *Thom.* 1. 2. q. 102. a. 7. 3.

Aræ Ægyptiorum Pyramides.

Cur Ægyptij Pyramidibus vsi sint.

hoc

hoc eſt, Deorum columnas ſeu aras; ad quas per gradûs aſcendebatur, intùſque extùſque plenæ erant omnigenâ idolorum varietate, iuxtà illud:

Marmoreas ſtant fulua canum ſimulachra per aras.

Ex quibus patet, hanc Excelſorum appellationem Hebræis vſitatam aliam originem neſcire, niſi quam ab Ægyptijs hauſit; qui Pyramides & Obeliſcos circa templa conſtitutos, aras ſeu columnas Deorum, vt dictum eſt, nuncupabant; ſed ne ſoli coniecturæ inſtare videamur, audiamus Abenephium id manifeſtis verbis, cùm de Obeliſcis loquitur, oſtendentem:

Abenephi. واقاموا الكهنة مصر هذا حجار مرتفعة بصورة لحد مدور وثقبوا بهم بحروف السرّ برء الاسرار حكمتهم واسموهم مذبحات اللهم ـــــــ

Luci, Nemora Dijs consecrata.

NIhil frequentiùs in sacra historia, quàm Luci, vel plantati ab impijs, vel succisi à sanctis Regibus; ac proindè vti Prophetæ lucos & ligna frondosa, sic & aras insectantur: Vndè verò profluxerit iste lucorum cultus, nunc dicendum est.

Scimus priscam primorum Patriarcharum, qui verum Deum colebant, religionem fuisse in lucis & arboribus, locisque opportunis ad silentium & Deo vacandum, sicuti scriptum est: *Egressus est Isaac ad meditandum in agro.* Paradisus quoque nihil aliud fuit, quàm sacrum quoddam nemus, manu Dei consitum, traditum homini tanquam primo Sacerdoti, & templi illius nemorosi custodi, vt operaretur & custodiret illud; quod verbum operandi in Hebraico עבד satis demonstrat; propriè enim id significat operari seruiendo & administrando res diuinas; accedit quod Deus in hoc nemore sacram sibi peculiariter voluit arborem scientiæ boni & mali, omninòque intactam mysteriorum in ea contentorum contemplatione suspiciendam. Præterea Abrahamum quoque nemus in Bersabæa plantasse legimus, ibique nomen Dei æterni inuocasse: Paradisus.

וישע אשל בבארשבע ויקרא שם בשם יי אל עולם: *Gen. 21.*

Et plantauit lucum in Bersabæe, & inuocauit ibi nomen Dei seculi. Vel vt Septuaginta Θεὸς αἰώνιος, vbi Onkelos Paraphrastes Chaldæus:

ונציב נציבא בבארשבע וצלי תמן בשמא דיי אלהא עלמא: *Onkelos.*

Et plantauit plantationem in Bersabæa, & inuocauit ibi nomen Domini Dei æterni. Thargum verò Hierosolymitanum dicit: Abrahamum hortum plenum optimis fructibus plantasse, & peregrinos hospitio suscepisse, quibus gratis necessaria omnia suppeditabat; nihil aliud exigens pro pretio, quam vt scilicet orbis Conditorem agnoscerent, venerarentur, & timerent Rectorem cœli & terræ, cuius solius donum esset, quicquid comedissent vel bibissent; sicque vera religione institutos, & ad vitæ melioris instituta conuersos dimittebat, verba Thargum citabo: *Thargum Hierosolym.*



Thargum Hierosolym. Syris characteribus scriptum Bibl. Vatic.

Et statuit, inquit Thargum, *in Bersabæa paradisum, posuitq; in medio eius cibum & potum* (id est, præparauit conuiuium) *hospites verò qui manducarant & biberant, offerebant ei dona, eò quod comedissent & bibissent, & noluit accipere quicquam ab ijs: sed dixit eis pater noster Abraham: Orate patrem vestrum qui in cœlis est, de cuius manibus manducastis & bibistis, & non moti sunt locis suis, vsq;*

dum

dùm ad habitandum ſecum aſſumptos in via æternitatis, & cognitione veri Dei inſtruxiſſet; & confitebatur ibi, orabatq; in nomine Dei æterni. Hæc Thargum.

Caietanus. Caietanus quoque diſertis verbis ait, nemus illud fuiſſe tanquam templum & oratorium tàm Abrahæ, quàm alijs colentibus verum Deum. Abrahamum ſecutus eſt Iacob filius, qui & quercum ſummo Deo ſacraſſe legitur Geneſis 35. & Ioſue 24. Gen. 35. & Ioſue 24. *Ioſue tulit lapidem prægrandem, poſuitq; eum ſubter quercum, quæ erat in ſanctuario Domini.* Vbi vides quercum ſiue quercetum eſſe ſacrum Deo. Similiter religioſa quercus, aut quercetum videtur fuiſſe illud, ſub quo Gedeoni Angelus Domini apparuit Iud. 6. Iud. 6. quod ex ara, quæ in eodem loco fuit, colligitur; ſubditur enim: *Tulit omnia ſub quercu, & obtulit ei*, &c. Fuit quoq; ſimul nemoris & arboris cuiuſdam religioſæ vſus ad ſepulchrum, quod violare non licebat, vt conſtat ex Geneſ. 35. vbi ſepelitur Debora ſubter quercum, & 1. Regum 31. Habitatores Iabes Galaad ſepeliunt oſſa Saul, & filiorum eius in nemore Iabes; ſeruiſſe quoque quercetum ad inaugurationem principum, Iudicum 9. legimus. Gen. 35. 1. Reg. 31. Iudic. 9. *Conſtituerunt Regem Abimelech iuxta quercum; quæ erat in Sichem.* Antiquos igitur Patres ſyluas & nemora, dùm templa necdum haberent, ad Diuini Numinis cultum & venerationem, intraſſe, araſque exſtruxiſſe ex dictis patet; cauſam dant Rabbini, quòd loca ab hominum conſortio remota apparitionibus diuinis, quales ſyluæ ſunt & nemora, aptiora ſint, iuxtà illud: *Ducam eum in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* Hinc Moſen non niſi in ſolitudine montis Sinai, Dei alloquio fruitum legimus; Eliam quoque in deſerto Deum vidiſſe ſacra Regum hiſtoria monſtrat. Hinc ob eandem cauſam, in lege gratiæ ad apicem Chriſtianæ perfectionis tendentes, Chriſtum ſecuti, eremos & ſolitudines ad faciliùs, & ſine vllo impedimento diuinis contemplationibus vacandum petiuêre.

Cur deſerta deuotionis gratia petierint antiqui.

Sed hæc omnia ad vaniſſimam idolorum ſuperſtitionem à Dæmone diuinitatis Simia deluſa tranſtulit antiquitas; occupans montes, colles, valles, torrentes, nemora, & arbores frondoſas, & opacas, iuxtâ illud Iſaiæ. *Qui conſolamini in Dijs ſubter omne lignum frondoſum, immolantes paruulos in torrentibus, ſuper eminentes petras, in partibus torrentis pars tua.* Vel vt Ionathan vertit:

Diabolus Dei Simia.

Iſaie c. 57.

רפלחין לטעוות תחות כל אילן ענוף׃

Hoc eſt: *Qui colunt & venerantur idola ſua ſubter omnem arborem floridam.* In quem locum ſic commentatur R. Dauid Kimchi.

תחת כל עץ רענן כי אילן כלל לעצים כי כן היה דרכם לעבוד ע״ז תחת העצים הרעננים ועליהם להים שחטים הילדים והיא עבודה שהיו זובחים לח הבנים וכן אמר יחזקאל הנביא ובשחטם את בניהם לגלוליהם והיו עושים זה בנחלים מקום שהיו שם סלעים, תחת הסעפים ופי׳ סעפים שנים וכן בסעיף סלע עיטם כמו שן סלע נקרא כן לפי שהוא לסלע כמו הסעיף לאילן בחלקי נחל כשהיו מוצאים אבן חלקה ויפה באבני הנחל היו עוברים לח על דרך שאמרו רבותינו זכרונם לברכה חלקי שם תאר לאבן חלקה׃

Subter omne lignum frondoſum; quoniam Dij fiunt è ligno, ſic enim vſitatum fuit ſeruituti alienæ, ſacra ſua peragere ſub arboribus virentibus & ramis luxuriantibus.

riantibus (sacrificabant pueros) *erat seruitus aliena, quâ filios suos immolabant Dijs suis ; & faciebant hoc in vallibus, in loco, vbi erant petræ, & subter ramos, explicatur autem hæc vox* סעיף *duobus modis, & sic in ramo siue dente scopuli machinationes eorum ; sicut enim se habet dens ad petram, ita ramus ad arborem, vel in loco petroso & ramoso.* [*in partibus vallium.*] *Eò quod simul ac inuenirent lapidem leuigatum, & pulchrum aspectu inter lapides vallium, subitò colebant ipsum iuxtà id, quod de similibus Rabbini nostri dicunt ; Pars mea figura lapidis leuigati.* Hæc R. Dauid. In syluis ergò locis vmbrosis, petrosis, ramosisque templa sua prisca constituit superstitio. Meminit huius quoq; Plinius : *Hæ fuerunt quondam Numinum templa ; priscoque ritu, simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant, nec magis auro fulgentia, atque ebore simulachra, quam lucos ac nemora consecrant ; & in ijs silentia ipsa adoramus.* Plin. li 12. c. 1.

Certè Ægyptios, lucos sacrasse Dijs ; memorabile illud nemus Ammonis in deserto Lybiæ honori eius consecratum, de quo suprà in capite de Ammone. Iuncosusque lucus, in quo Beelsephon ab Ægyptijs constitutum suprà quoque asseruimus ; cæterique luci locique frondosi diuersis in locis, vrbibusque Ægypti, vt Heliopoli, Canopi, Sai, de quibus lege Herodotum, Athenæum, Pausaniam, satis testantur ; quorum omnium cultus cùm multò ante Salomonem viguerit, certum est, Hebræos & Græcos ab Aegyptijs eum quoque sicuti cætera omnia accepisse ; ab his verò ad cæteras Gentes deriuatus huiusmodi cultus, totum orbem passim peruasit. De Germanis nominatim scribit Tacitus : *Lucos & nemora consecrant, Deorumque nominibus appellant secretum illud, quòd solâ reuerentiâ vident. His simulachra Deorum addita, id est, statuæ è stipitibus rudibus & impolito robore.* Tacitus l. 1. de morib. German. Vt describit Lucanus in obsidione Massiliæ.

Lucus erat longo nunquam violatus ab æuo
Arboribus, suus horror inest ; tùm plurima nigris
Fontibus vnda cadit, simulachraque mista Deorum.
Arte carent, cæsisque extant informia truncis
Ipse situs, putrique facit iam robore pallor
Attonitos. Lucanus.

Quanquam non dubium est, quin posteâ etiam variæ Deorum formæ sculperentur ex ligno, marmore, & fundetentur ex ære & metallis, sicque adderentur lucorum aris. Porrò lucum sacrum cædere, aut temerare nefas erat, ac proindè plerique à Poëtis memorantur incædui, iuxtà illud Aeneid : Luci cur incædui.

Lucus in vrbe fuit media lætissimus vmbra
Hìc templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat.

Vbi Seruius quoque obseruat, vbicunque Virgilius lucum ponit, consecrationem etiam poni. Ac nescio quam ex vmbrosa illa profunditate concipiebant delusi præsentiam Numinis, vt ille dicebat. Seruius in Virgil.

Lucus Auentino ſuberat niger ilicis vmbra,
Quo poſſis viſo dicere, Numen ineſt.

Atque ſub prætextu cultus Numinis conuiuia, choreas, & impuriſſimas quaſuis cœrimonias adhibebant, vt ſæpè iam diximus; quæ omnia euincunt Salomonem, vel in Lucis Fana & Aras conſtituiſſe, vel certè plantaſſe ritu profano; ſed iſtud potiſſimùm, quod luci & nemora idolorum ſeruirent impudicitijs, & operibus tenebrarum; nam vmbram quærebant, teſte D. Hieronymo: *Vmbram*, inquit, *quærentes deſeruerunt veritatem, tùm prætereà quod priſtina & voluptuoſa religio auſteritatem vnius & veræ religionis euerterat; inter vmbras enim & tenebras impuris voluptatibus obſequebantur*. Quod in hac ipſa re indicauit Philo. *Lucus nullus eſt intra eius ambitum, quia lex id multis de cauſis vetuit; primò, quia verum templum amœnitates non poſtulat, ſed ſeueram caſtimoniam, prætereà condenſa ſyluarum maleficis conueniunt, ex latibulis ſecuritatem & inſidiarum occaſionem quærentibus*. Quod ſi in his lucis priſca illa ſuperſtitio luminarium, tùm etiam velaminum aliorumque donorum, quibus ſuperſtitioſiſſimæ fœminæ arbores & nemora exornare ſolebant, ſuppellectilem poſuit, quam frequentes ibi lucernæ lucebant? quanta domuncularum, aut aliorum tegumentorum copia, & cura? quanta donorum opulentia ſub Rege opulentiſſimo? de primo nomen ipſum admonet, dictum lucum, quod ipſe careat luce per ſe; & propterea appenſis lucernis luceat. De ſecundo videtur id 4. Reg. 23. cùm Ioſias deſtruxit ædiculas effœminatorum, pro quibus mulieres texebant, quaſi domunculas luci, vbi Complutenſes legunt. *Deſtruxiſti domum initiatorum, quæ in domo Domini, in quo mulieres texebant ibi ſtolas luco.* Et fortè de his ſiue domunculis, ſiue velamentis arborum loquitur Arnobius, cùm libro 5. vbi de Acdeſti interfecto loquitur. *Quid lanarum*, inquit, *vellera, quibus arbores colligatis & circumuoluitis ſtipitem? nonne illarum repetitio lanarum eſt, quibus iam deficientem contexit genitrix Diuûm, & teporis aliquid rata eſt ſe poſſe membris conciliare frigentibus?* Et quidem fabula ea Aedeſtis, turpis & obſcœna ſimiliter res, quam peragebant, aut patiebantur effœminati ſub his domunculis ad truncos arborum, ſubijcit indè Arnobius: *Quid compti violaceis coronis, & redimiti arboris ramulis? Nonne illud indicant, vti mater primigenijs floribus adornauerit primum miſerabilis indicem teſtimoniumq; fortunæ?* De tertio id eſt, de donis & anathematis ex ramis luci ſuſpenſis, res peruulgata, de quo Arnobius l. 1. *Venabar* (ò cœcitas!) *nuper ſimulachra, veternoſis in arboribus tænias*.

Quòd ſi deniq; roges, qui Luci, aut ex quibus arboribus plantati, an ex oleis, an alijs arboribus frugiferis, an ex ſylueſtribus fuerint. Philo ſupracitatus tùm ex frugiferis, tùm ex ſylueſtribus lucos cõſtitiſſe ait. Apud Hebræos enim idololatras hæ arbores erant in vſu & pretio, ſecundùm illud Oſeæ: *Subtus quercum, & populum, & terebynthum*; quia bona vmbra eius. Sed hæc de Lucis breuiter dicta ſufficiant, nunc ad Deos, qui in huiuſmodi locis luciſque colebantur, deſcribendos, calamum conuertamus.

D. Hieron. in 4. Oſeæ.

Lucus impuritatibus ſeruiebat.

Biblia Complutenſia.

Arnobius.

Rami arborum donis ornabantur.

Quæ arbores lucis conſecratæ.

CA-

CAPVT XIII.

Astartha Dea Sydoniorum.

SAlomonem non Lucos tantùm plantasse, sed & Fana, Arasque, & eas quidem nequaquam vacuas; sed varijs idolorum simulachris ornatas exstruxisse, coluisseque, ex sacræ historiæ contextu abundè patet: *Cùmq; iam*, inquit, *esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos; nec erat cor eius rectum cum Domino Deo suo; sed colebat Salomon Astarthen Deam Sidoniorum, & Chamos Deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum.* Et paulò post: *Tunc ædificauit Salomon Fanum Chamos idolo Moab, in monte, qui est contra Hierusalem; & Moloch idolo filiorum Ammon; atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant Dijs suis.*

Astoreh, Astaruth, Astartha idem sunt.

Quinam itaq; hi Dij recensiti fuerint, & vndè promanârint, nunc dicamus; ac primò quidem de Astartha, Astaroth, vel vt alij volunt, Astoreth, variæ diuersorum occurrunt sententiæ. Quorum alij de nomine, alij de re contendunt. Illi Astartha idem esse volunt quod Astaroth, aiuntque nomen esse genericum ad omnes Deas, vt placuit Augustino quæstione 16. in Iudices; colligere id videtur potissimùm ex 1. Reg. 31. capite, *Cùm suspendunt arma Saul in templo Astaroth*, & 1. Reg. 7. cùm iubet Samuel auferri de madio populi Baalim & Astaroth, quos adorasse fatetur populus, vbi Septuaginta nomine plurali legerunt; *Seruierunt Baalim & Astarthibus*, vt eleganter obseruat & exponit citatus Augustinus citato loco. Porrò hanc eandem esse, quæ Adagartes nominatur à Petro Crinito l. 14. de honesta disciplina c. 8. de hoc tamen dubium reperio Giraldum. De vocis autem origine Montanus iam adducendus existimat; esse vocem originis Hebraicæ. Alij aliter ab Hebræo deducunt: nam eadem vox 7. Deuteronomij, sumitur pro gregibus ouium, quare dici Astarten volunt, quasi ouillum simulachrum. Sic R. Dauid Kimchi:

Astartha quænam fuerit?

Arias Montanus.

ואומרים ר" שהצלמים עשתרות עשויים בצורת הצאן:

Astaroth, inquit, *iuxtà RR. imagines sunt factæ ad similitudinem ouiũ.* Alij curiosiùs deducere nituntur ex עש quod Arcturum seu plaustrum interpretantur, & שור quod ordinem significat, quasi sit vnum ex astris gyrantibus, & cùm pluraliter dicatur, significabit duodecim signa Zodiaci; sed hoc vt nimis curiosum, ita minùs solidum & magis incertum. Suidas ab astro ei nomen factum, Luciferumque esse autumat. Illud certum est, vocem esse peregrinam, & illius gentis, apud quem illius cultus vigebat: sicut enim religionem & ritûs peregrinos, ita sanè & nomen ipsum peregrinum, & inter gentes vulgatum, Hebræis placuisse credendum est; & si coniecturis agendum sit, non malè Astaroth deriuare poterimus ab Arabico seu Punico الزهره *Alzaharet*, vel meliùs ab Ægyptia voce ⲧⲥⲧⲣⲱⲧ *Tisurot*, quod Thesaurus noster Copto-Arabicus Venerem interpretatur. ⲧⲥⲧⲣⲱⲧ autem ab Astaroth non multum differt. Ex quo colligo Asta-

Radak.

Variæ deriuationes vocis Astaroth.

ⲧⲥⲧⲣⲱⲧ quid Ægyptiace.

roth vocem esse Coptam seu Ægyptiam, variâ diuersarum gentium prolatione passim corruptam: confirmat opinionem meam Syrorum idioma, quod Venerem aliô nomine non indigitat, quàm voce ܥܫܬܪܬ *Astaruth*, vel vt in Nomenclatore Syriaco quoque legitur ܥܫܬܪܬ *Asteruth*, quæ si paucula excipias, omninò ad Ægyptiorum seu Coptitarum ϯⲥⲧⲣⲱⲧ sunt affinia. ϯⲥⲧⲣⲱⲧ autem seu Astaroth, quam Astarthen Græci vocant, Reginam Ægyptiuisse, Isidemque in nutricem filij sui assumpsisse Plutarchus testatur libello de Osiride & Iside; hisce accedit authoritas Suidæ suprà citati: *Astarthe*, inquit, *à Græcis Aphrodite, à Latinis Venus dicitur; nomen ab astro factum est, eius enim esse Luciferum fabulantur*. Lucifernm verò, Hesperum & Venerem idem astrum esse, vel ex primis Astronomiæ elementis patet; sed de hoc in sequentibus vberiùs volente Deo dicemus. Nunc ad eos accedemus, qui non tàm quid nominis Astaroth, quàm quid rei sit, perplexi variè confligunt. Montanus Iud. 1. vbi de Astaroth scripturus dicit, nomen esse nulli proprium, sed commune ad Deas, & eas omnes, quas in Deorum numerum referret antiquitas; deducitque nomen à radice אשר *Aser*, quod diuitem seu beatum significat; accommodari tamen ad eas Deas, quæ in singulis locis colerentur. Sed cùm non videam, quâ ratione nomen Aloreth vel Astaroth deduci possit à radice עשר; nam tunc dicetur עושרת aut עשרות: & videri quidem nomen prorsus peregrinum, peritiores linguæ sanctæ docent; certè ipso nouitatis nomine suspicionem habet falsitatis ea Montani opinatio, in hoc vnum consentientibus vniuersis interpretibus, esse nomen alicuius Dei proprium, id quod ipsa plana scripturarum verba præ se ferunt, & peculiare prouinciæ nomen, quæ Numen aliquod profitebatur & colebat; qualis erat Ægyptiorum Isis seu Venus, quam & ϯⲥⲧⲣⲱⲧ appellatam in præcedentibus diximus. Philastrius de hæresi asserit: Astar & Astaroth fuisse homines, & fœminas, quorum figuras post Mosis obitum plurimum colebant; quæ nomina Regum Syrorum fuerunt & Aegyptiorum, quorum filij filiæque, cùm à suis populis colerentur, post etiam templa ijs facientes, post mortem illorum progeniem ibidem sepelientes, Deorum, Dearumque nomina eis afferebant cum sacrificijs; quæ, paucis exceptis, nequaquam dissentire videntur ab ijs, quæ supra de Astarthe ex Plutarcho adduximus. Non desunt qui asserant, Astaroth idem esse quod עשרות Aseroth seu lucos ipsos Dijs dicatos; colligunt verò hanc opinionem ex illo Sam. 7. vbi Septuaginta habēt Τὰ ἄλση Ἀστάρθ, scilicet lucos Astaroth, & Hebraica veritas:

Asteroth idem quod Isis.

Suidas.

Alia derivatio.

Philastrius c. 27.

Aseroth idem quod Luci.

Sam. 7.

עזבו את יי ויעבדו לבעל ואת האשרות:

Dereliquerunt Dominum & coluerunt Baal atque Astaroth. Verùm sequenti versu 7. legitur, *Obliti sunt Domini Dei sui colentes Baalim*, ואת האשרות & Aseroth siue lucos, quod simul ad Astaroth ipso nomine alludere videtur, & lucos significat. Septuaginta ibi, Καὶ λατρεύοντες τῇ Βααλ, καὶ τοῖς ἄλσεσι, scilicet *Baal & lucos colebant*. Verùm falluntur omnes ij, qui huic sententiæ fauent. Aliud enim hìc quàm locum arboribus consitum intelligas oportet;

tet; videlicet Asteroth, quæ & à luco, in quo colebatur, & à quernis foliis quibus ornabatur אשרה dicta, multis erroris materiam præbuit; erat enim proprium gentibus à lucis, vrbibus, montibus, antris, vbi colebantur Numina, nomina Deorum deriuare; vti Iuppiter ἔνδενδρος à Rhodijs sic dictus, & Nemorensis Diana, δρυώδης Bacchus; Albunea Dea, aliaque sexcenta huiusmodi, quæ apud Giraldum videantur amplè pertractata. אשרה autem hoc loco non lucum significare, sed ipsum simulachrum patet ex R. Dauid Kimchi, qui in radice אשר, omne lignum quod colitur אשרה dictum esse scribit, verba eius sunt sequentia:

Quid proprie Asteroth.

Dij à locis nominabantur.

Radak.

אשר אשרה נאמר כלעז נעבר בעבודה זרה:

Omne lignum quod colitur seruitute alienæ barbaræ אשרה *Aserah dicitur*. Astipulantur huic Leui Ben Gerson, & R. Salomon, qui de idololatria Achabi loquentes 1. Reg. c. 21. voce אשרה *Asera*, siue lucũ, aut quercũ, siue quercinum simulachrum, cui cultus exhibebatur, intelligi aiunt; sed & Iudic. 6. Gedeon destruxit altare Baal, & succidit האשרה *Asera*, quæ super Altare, ita enim verto Hebraicum עליו super ipsum, non iuxtà ipsum, quod & Septuaginta sic vertisse videntur, qui ἐπ' αὐτοῦ habent, id est, super altare; quin & Iosias l. 4. Reg. docuisse domus scortatorum legitur, quæ erant iuxtà domum Domini, vbi & mulieres cortinas texebant pro Asera. In quem locum sic commentatur Rabbi Dauid Kimchi super hæc verba: ויתץ את בתי הקדשים: *Et succidit domus scortatorum & effœminatorum*.

Ben Gerson. R. Salomon. Idolum Asaræ querceũ.

Radak l. 4.

ת"י את בתי הקדשים מיעוותא והענין מורה על ו אשר הנשים אורגות שם בתים לאשרה אבל האשרה שעשה מנשה בבית יי עשה שם בת ם לנשים ש ארגו יריעות לכבוד האשרה בתים לאשרה יריעות ה ו אורגות שם וה ריעות ה ו בתים לאשרה כמו בתים לב ר ם אפשר שהיו אותן יריעות תלויות סב יב האשרה והיה לאשרה ב תוכקום ו ית דינשיא מיתין תמן מכולין לאשרה:

Exponuntur domus scortatorum, idola, per quæ docetur, quod mulieres texebant ibi domos Asaræ; veruntamen Asara, id est, simulachrum, quod fecit Manasses in domo Domini, fecit ibi domus mulieribus texentibus cortinas in honorem Asaræ; iterum cortinæ fuerunt textæ ibi, & cortinæ fuerunt domus Asaræ, id est, in honorem Asaræ extructæ, & domus separatæ; verisimile autem est, huiusmodi cortinas fuisse appensas circa Asaram; & fuit Asaræ domus & locus, & expositio eius est, quod mulieres sedentes ibi sollicitè quærebant & exspectabant Asaram. Quæ verba sanè nequaquam de simulachro Numinis dici possnnt; nisi quis forsan lucum in ipso templo plantasse Manassem, domosque ædificasse, & cortinas circa lucum extendisse dicat; quod imprudentis est asserere. Verisimile autem est, huiusmodi idolum Asaræ fuisse ligneum & ex quercu; vndè forsan sub luci seu quercûs vocabulis, in fictæ diuinitatis opprobrium designatur; nam & combustum est à Iosia Rege, & cineres eius dispersi sunt in sepulchra filiorum populi, vt habetur 4. Reg. c. 23. v. 6. Simulachra igitur lignea Astarthæ dicata Ascherim & Ascheroth

Mulierum superstitiones in lucis.

Idolum Asaræ.

seu

seu lucos sæpiùs dicta sentio; vt & ad nomen simul alluderetur, & tam impari diuinitati materiæ contumelia ipso vocabulo exprobraretur; vti benè quoque obseruat Seldenus. Nos verò inferius alias quoque rationes huius appellationis indicabimus.

Seldenus Synt. 2. fol. 147.

S. Augusti. Iuno Astartha dicitur.

S. Augustinus quæst. 16. in Iudices; Iunonem putat esse Astarthen; secuti sunt eum Glossa interlinearis Nicolai Lyrani, Abulensis, & Dionysij: & qui dicunt eandem esse cum Luna, ij sunt Masius, & Lucianus in Dea Syria. Probat Augustinus locũ indicatũ ex eo, quod existimet Baal esse nomen Iouis, quem illo nomine Dominum vocabant linguà Punicâ siue Arabica: vndè Baalsamen, quasi Dominum cœli intelliguntur dicere; Samen quippè apud eos cœli appellantur, videtur autem Baalsamen esse corruptum; apud Arabes enim non inuenitur Baalsamen, sed بعلسماي *Baalsamai*: cùm autem Iuno fuerit Iouis & soror & coniunx, profectò cùm tam frequenter iungantur in scriptura Baalim & Astaroth, oportet intelligamus fuisse Iouem & Iunonem.

Venerem autem Astarthen præter Suidam Cicero quoque asserit, hìc enim inter quatuor Veneres, Astarthen quoque computat, verba eius sunt. *Venus prima è cœlo spuma procreata, ex qua & Mercurio cupidinem secundum natum accepimus; tertia Ioue nata & Dione, quæ nupsit Vulcano; sed ex ea & Marte natus, Anteros dicitur; quarta Syria, Tyroq; concepta, quæ Astarthe vocatur, quam Adonidi nupsisse traditum est.* Rem eandem secuti videntur posteriores non pauci, Nicetas, Cedrenus, vbi agit de Salomone; cum quo facit, quod Eusebius l. 1. de præparat. c. 7. quod est de Phœnicum Theologia, Astarthen facit Amoris & Cupidinis matrem ex Saturno, quæ est Venus; Theophylactum quoque Astarthen cum Venere confundere, ex Comment. in 4. Oseæ patet, vbi de ea sub hisce verbis, *Populus non intelligens vapulabit*, sic scribit: *Hæc de duabus tribubus profert, nempè Regni Iuda, quandoquidem & ipsi existimati habere Dei cognitionem, vt qui Hierosolymis vrbe Dei regnarent; Astarthes idolo sacrificabant, seu Veneris; hanc enim scortum nominauerunt; etenim imago eius nuda stabat ipso suo spectaculo, vel intuitu fornicationem & abominationem spirans. Excitauit Astarthes simulachrum Salomon vxori suæ gratum faciens.* Hæc Theophylactus; quæ aptè omninò ad institutum Salomonis quadrant; nam sacra Veneris, cœteris multò opportuniora Salomonis effrœnatæ libidini, & turpissimæ idololatriæ videntur; præsertim cùm Veneris Amasium Adonidem; vti in capite de Adoni dictum est, vbi & eundem cum Thamuz confudimus, adamârunt etiam fœminæ Israëliticæ, illum plangentes, Ezech. 8. Et sicut Astarthe fuit propria Phœnicum aut Syrorum Dea, ita sanè Adonis familiariter fuit cultus ab Assyrijs summâ olim veneratione, teste Macrob. 2. Sat. c. 21. Maxima denique Authorum pars Astarthen cum Luna confundunt, eandemque esse aiunt, quam Phœnices Baaltim dicunt, Varro Ianam seu Couellam, Arabes الیلات Alilat; Syri ܡܘܠܝܬܐ Mulitha; Hebræi לילית Lilith; Chaldæi תאמס Ammes; Græci Deam Syriam & Io, similibusque nominibus diuersi insigniunt; nos, vt in tanta sententiarum, opinionumque diuer-

Cicero l. 3. de nat. Deor.

Nicet. in orat. 15. Naz. Cedr. in compend. historia. Eusebius.

Theophylact.

Astartha & Venus idem.

Astartha cum Luna confunditur.

uersitate aliquid certi statuamus, dicimus, Astarthen nihil aliud esse, quàm celebratissimam illam Ægyptiorum Isidem, quam Plutarchus non immeritò μυριώνυμον appellat, omnium dictarum Dearum nominibus repræsentatam.

Ac primò quidem Venerem cœlestem in Ægypto cultam fuisse, eamque eandem esse cum Iside, testatur Ælianus sequentibus verbis: *In Ægypto*, inquit, *vico Schussa nuncupato, non magno illo quidem, sed eleganti certè, quiq; in Hermopolitana Nomo, id est, Præfectura ♀ censebatur, Venerem religiosè & sanctissimè coli solitam, quam Vraniam, id est, cœlestem Venerem appellabant, atq; Vaccam etiam ideò venerabantur, quia affinitatem & conuenientiam cum Dea ipsa habere existimetur*. Vacca autem non offerebatur nisi Isidi; patet ergo probandum. *Ælianus.* Cœlesti Veneri vacca offerebatur.

Reperio apud Plutarchum hanc Vraniam Venerem quoque vocatam ab Ægyptijs Nephten, quam & quinto loco natam, & cum Typhone coli ait; Hesychius tamen hanc Venerem Ἀθὼς ait ab Ægyptijs vocari; vndè Athyr Mensis, qui in nostrum Nouembrem ferè cadit, vt in nostro Prodromo Copto ostendimus; meminit huius Epiphanius lib. 3. aduersus hæreses. *Alij*, inquit, *Tithyrambo Hecaten interpretantes; alij Senephthus*, melius leges Nephtis, *alij Thermutidi sacra faciunt, alij Isidi*. Strabo hanc Nephten l. 17. vocat Venerem Momemphitam à Nomo seu Præfectura, in qua colebatur sic dictam. *Huic*, inquit, *Deæ sacram vaccam alebant, quemadmodum Memphitæ Apim, & Heliopolitani Mneuim boues, quos pro Deis nutriebant*. Vides igitur dictas Veneres vraniam, Nephtem & Momemphitam nihil aliud esse quàm Isidem, quod & vaccæ cultus satis superque demonstrat proprius Isidi; certè hanc eandem quoque esse, quæ in historia Thobiæ Dea Baal dicitur, quæ vaccâ colebatur; sic enim habetur c. 1. v. 5. Ἔθυον τῇ Βαὰλ τῇ δαμάλῃ, scilicet, faciebant sacra τῇ Βαὰλ, iuuencæ seu vaccæ, quod & alio loco videlicet l. 3. Reg. c. 19. vbi Baal legitur fœminino genere; Οὐκ ἐκαμψαν γόνατα τῇ Βαὰλ. *Non incuruauerunt genu Baali*. Ego sanè arbitror ibi sumi Baal pro Baali. Erat enim Baalis idem quod Baaltis Phœnicum, quam Megasthenes apud Eusebium vocat Βασίλισσα Βῆλτις. Hesychius autem Βηλθῆς, inquit, ἡ Ἥρα ἡ Ἀφροδίτη, Belthes Iuno siue Venus est, cui cùm Iuuencam sacrificârint Phœnices, verisimile est, eandem esse cum Venere Ægyptia, seu Iside, seu Astarthe Assyriorum; sicut enim Baal est Iuppiter, sic Baalis seu Belthis est Iuno seu Venus, cui parallela sunt, Adonis seu Thamuz, & Venus seu Astaroth; (quorum ille Beel Assyriorum, hæc eorum Beltis est) quibus respondent Osiris & Isis, Iuppiter & Iuno seu Venus Ægyptiorum; iterum sicuti בעל שמים *Baalsamim* est Iuppiter Olympius, ita בעלת שמים *Baalet samaim* est Iuno Olympia, scilicet, Domina cœli seu Regina; quemadmodum Ierem. c. 7. & 44. eam vocant Septuaginta Interpretes, quod nomen Isidi & Astarthi & Iunoni Veneriue propriè conuenit; vti ex varijs antiquarum inscriptionum monumentis apud Ianum Gruterum videre est. Cùm verò per Reginam cœli propriè Luna denotetur, colligitur ex eo, Venerem, Iuuonem, Isidem, Astarthen, vti ex sequentibus patebit, passim Lunam quoque dici. Herodianus vbi de

Nephte eadem cum Venere vrania.

Eadem Athor dicitur, & mensis indè nomen habet. *Epiphan.* *Strabo.* Venus Momemphitica.

Thobiæ. Baal, Beltis, Ἀφροδίτη, quoque dicitur.

Beltis Iuno sicut Baal Iuppiter.

Astartha Luna est.

de ſimulachro cœleſtis ſuæ Vraniæ Africanæ à Pſeud-Antonino Romam tranſlato agit lib. 5. Φασὶ δὲ, inquit, αὐτὴν Διδὼ τὴν Φοίνισσαν ἱδρύσασθαι, ὅτε δὲ τὴν ἀρχαίαν Καρχηδόνα πόλιν ἔκτιζε βύρσῃ καταταμοῦσα. Οὐρανίαν μὲν οὖν αὐτὴν ἐπονομάζουσι Λίβυες· Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι· Σελήνην δὲ Θέλοντες. Id eſt: *Poſuiſſe aiunt illud Didonem Phœniſſam, cùm antiquam Carthaginem diſſectô coriô exſtruxerit; hanc Afri Vraniam nominant; Phœnices verò Aſtroarchen & Lunam eſſe affirmant;* πρὸς Aſtroarche ficto ad Aſtarthen deſignandam vocabulo vſus eſt, ac ſi ſiderum Reginam, aut cum Apuleio, matrem ſiderum Lunam vocaret. Iunonem autem & Lunam eſſe Varro oſtendit cùm Pontifices nonas menſium in Capitolio in curia Calabræ calantes, ſic pronunciabant; *Dies te quinque Kalo Iuno nouella.* Vel vt alij legunt, couella, hoc eſt, cœleſtis: couum enim antiquitus idem erat quod cœlum, teſte Sexto Pompeio, Iunonem quoque eandem eſſe cum Luna, Virgilius oſtendit hoc verſu:

Aſt ego quæ Diuûm incedo Regina Iouiſq;
Et ſoror & coniunx.

Vbi per Iouem Solem, & per Iunonem Lunam Mythologi intelligunt; prætereà Lucina dicitur Iuno, vel quod lucis præſes eſſet, ſub quo ſenſu accipi poteſt idolum אשרה, de quo ſuprà locuti ſumus, & ſic cum Diana confunditur: vel quod luce ſuâ omnia perluſtret, & ſic pro Luna vti aëris illuſtratrix eſt, accipi poteſt; non deſunt, qui eam eandem cum Veſta ſeu Tellure quoque ſumant, & ſic Iuno eadem erit quæ Iſis, quam Plutarchus, nunc Lunam, nunc Terram, nunc Nephtem eſſe indicat. Verbo Mineruæ, Iunonis, Veneris, Lunæ nomina ita ſunt, cùm ad Aſiaticos Deos reſpexeris, confuſa, vt qui Mineruam Beliſamam, Iunonem Beliſamam, Venerem, Lunam, Iſidem Aſtarthem dixerit, idem ſemper dixerit. Nunc verò, quæ ſit illa cœleſtis Venus ſeu Vrania, quam Aſſyrij Milittam, Arabes Alilat, Perſæ Mitram, vt Herodotus ſcribit in Thalia, aut quam Hebræi לילית vocant; Milittæ ſeu Molutho, meminit Mor Iſaac Syrus Epiſcopus in Coſmographia ſua Syriaca; vbi ait eam eandem eſſe cum ſidere Veneris, quod Syri Aſtaruth, vti ſuprà manifeſtauimus, nuncupant; didictamque eſſe ܡܕܒܐ *Mialdotho*, hoc eſt, quod parere faciat ſeu parturire, aut obſtetricem agat, vel ܝܠܕܐ *Ialedotho* ſic dicta, quod ipſa pariat omnia, vel omnium genitricem agat; verba eius Syrieca hìc adiungam:

ܟܟܒܐ ܕܫܡ ܥܩܪܐ ܕܐܬܝ ܡܢ ܫܒܥܐ ܟܟܒ̈ܝ ܡܬܒܐ ܐܘ ܝܠܕܐ
ܐܡ ܝܠܕܬܐ ܐܘ ܡܘܠܕܐ ܟܠ ܡܕ̈ܝܢ ܕܒܥܠܡܐ ܐܡ ܢܛܪܬ̈ܐ ❖

Aſtaruth, inquit, *ſidus eſt vnum de ſeptem errantibus, ſeu planetis, quæ etiam vocatur genitrix et obſtetrix, eò quod ipſa veluti mater ſit omnium, omnium produtrix rerum, omnium quæ in mundo ſunt nutrix et conſeruatrix.* Hæc Mor Iſaac. Nos arbitramur Milittam eandem eſſe cum Ilethyia; eſt autem Ilethyia nihil aliud quàm Diana, ſeu quàm Megaſthenes Hecatem prothyræam appellat, Deam parturientibus & inimicam, nimiumque timendam, ideòque ſupplicationibus placandam. Huic propterea Aeliaci imprimis

ſacri-

sacrificabant, hymnosque cantabant; eademque de causa in Attica terra εἰλείθνια inter Deas γενετυλλίδας collocabant, quæ Deæ generationi præesse putabantur; & ideò Venus quoque Genetyllis dicta est; atque sic eadem est cum Militta Assyriorum; quam & Diodorus filiam facit Iunonis. Meminit huis Pausanias in Phocicis. vbi ait Ilythiæ templum in foro fuisse, & statuam habuisse Tegeatas (quæ ἐγγώναστις ex historia vocabatur, quasi ingeniculata, vt parturientes solent) à capite ad pedes tenuissimô pannô contectam, cuius manus altera in rectum porrecta, altera facem teneret accensam; eâ ratione, quod partus dolores igni æquentur; vel potiùs quod in lucem partus efferre videretur; hæc enim si propitia adesset, & genitricem, & natum paruulum seruabat; sin aduersa maneret, vtrosque graui infortunio mactabat. Vocat hanc Psellus l. de operat. Dæmon. Θηλόμορφον καὶ γὼ, inquit, πολλῶν καταικέσας ἔχω θηλόμορφον πάσας τ λέχους ὁρᾶν. Id est, *A multis audiui, omnibus puerperis dæmonium fœmineâ figurâ comparere.* Ex quibus apparet, Ilethyam eandem esse cum Empusa, Gellone, Lucina, Lamia: de quibus lege Hesychium & Aristophanem cum Scholiaste in Ranis. Plutarchum libro περὶ δεισιδαιμονίας.

Pausanias.

Ilythiæ ἐγγώναστις statua.

Θηλομόρφου δαίμονος. Empusa, Gellone, Lucina, Lamia.

Hebræorum quoque Lilith seu Hecate, aut nocturnum dæmonium dictæ Iunoni conuenire ex ijs, quæ iam dicturi sumus patebit; est autem Lilith לילית apud Hebræos idem quod Lamia: dicuntur autem quatuor esse matres Dæmonum, Lilith, Naëmach, Ogereth, & Machalath. Lilith autem puerperis esse infestam. Verùm de his & similibus audiamus Eliam Leuitam, qui huiusmodi aniles superstitiones, & insulsa commenta, sic in Thisbi describit:

Lilith Hebræorum quid?

לילית אך שם הרגיעה לילית רש"י פירש שם שדה תתרגום יונתן בלשון רבים וכן בפסוק בימים ההם כשבת המלך בתרגום ירושלמי שדין ולילין נמצא כתוב שאותן מאה ושלשים שנה שהיה אדם פרוש מחוה באו שדים ונתחממים ממנו וחוליד שדין ורוחין ומזיקין ובמקום אחר מצאתי ארבע נשים הם אמות השידים לילית ונעמה ואגרת ומחלת ובספר בן סירה בשאלה ששאל נבוכדנצר אותו וזה לשונו מפני מה הבנים מתים כשהם בני שמנה ימים אמרו לו מפני שללית הרגת אוחם ואריך שם הרבה ואינני מאמין בהם אך מנהג פשוט בינינו האשכנזים שעושים עגול סביב כותלי החדר ששוכבת בה היולדת עם נתר או גחלים וכותבים בכל כותל אדם חוח חוץ לילית ובפתח החדר מבפנים כותבים שמות שלשה מלאכים אלו סנוי וסנסנוי וסמנגלף כמו שמסרה להם לילית בשעה שרצו המלאכים האלו לטבוע אותה בים:

Elias Thisbites Askenazi.

Lilith, quin et Lamia ibi requiescet. R. Salomon dicit esse nomen Dæmonis, atq; Ionathan transtulit לילין *in plurali numero; sic quoque et in isto versu; In diebus illis cùm sederet Rex etc. Thargum Hierosolym. Sedim velilim, Dæmones et Lamias habet; inuenitur porrò scriptum, quod in centum et viginti annis, quibus Adam continuit se ab vxore sua Heua, venerint ad eum dæmones, et conceperint ab eo, sicq; genuerit Dæmones, et Lamias et Lemures; et alio in loco inueni, quatuor esse matres Dæmonum, Lilith, Naemach, Ogereth, et Machalath; in libro quoque Ben Syra quæst. 60. legitur, quòd Nabuchodonosor interrogauerit eum hunc in modum: quam ob causam pueri octo dierum moriuntur? Cui respondit ille; Eò quod Lilith eos occidit, quâ de re ibidem multa prolixè tractat, quæ huc ascribere non placuit, quandoquidem illis nullam fidem adhibeo, sicuti nec alios his-*

Insulsum commentum Rabbinorum

cè abſurdis figmentis fidem vllam habere velim. Veruntamen mos inoleuit inter Iudæos præſertìm Germanos, quòd faciunt circulum per circuitum in parietibus cubiculi, in quo iacet puerpera, cum creta, aut carbone, ſcribuntq; in ſingulis parietibus, Adam, Heua, Chutz Lilith. Atque in oſtio cubiculi interiori ſcribunt nomina trium Angelorum, qui ſunt Senoi, Sanſenoi, & Sammangeloph, quemadmodum illis tradidit ipſa Lilith eâ horâ, quâ voluerunt eam ſuffocare in mari.

Atque hæc, quæ de Iudæorum Germanorum conſuetudine dicit, ego ipſe oculis meis vidi. Circulus erat depictus in pariete, in cuius interiori ambitu hæc verba continebantur: אדם חוה חוץ לילית *Adam Heua foras Lilith*; intus verò nomina Angelorum dicta rubrica inſcripta cum nomine שדי *Schadai*; vt in figura hìc adiuncta apparet.

חוץ לילית
Lilith foras

Inſcriptio Hebræorum.



Atque hoccè veluti amuleto auertere ſeſe credebant machinamenta Lilith.

Fuiſſe autem hanc conſuetudinem ex Ægypto petitam, non tantùm ſuperſtitioſæ hæ cœrimoniæ, quæ propriæ, vt poſt dicam, Ægyptijs erant, ſed & ipſa nomina Angelorum, quæ aliud idioma neſciunt, niſi Ægyptiacum, abundè teſtantur, ſignificat enim Sanoi iuxta Hebræorum interpretationem nihil aliud niſi primam diuinitatem, Sanſanoi ſecundam diuinitatem, Sammangalaph verò tertiam diuinitatem; quorum dominio quicquid in mundo exiſtit, gubernatur & regitur. Meminit horum verborum quoque Raphaël Aquilinus in tractatu Italico de SS. Trinitate, quam ex Cabala demonſtrare nititur fol. 36. *Vn'altra*, inquit, *cerimonia fatta dalli Hebrei, la quale è molto miſterioſa, & io hò trouato già in vn libretto di vn mio Zio, nel cui vi erano ſcritti molti belli myſterij Cabaliſtici, de'quali vi ne hò poſti qui alcuni, & trà gl'altri è queſto. E vſanza d'Hebrei, quando lor donne partoriſcono, ſcriuere nelle Camere della infantata queſti trè nomi, i quali dicono eſſere nomi d'Angeli, propoſti contra tutti ſpiriti, e dicono queſta fauola: cioè, che Adam hebbe due moglie, la prima fù chiamata Lilith, e l'altra Heua; Lilith ſi-*

Raphael Aquilinus.

gni-

gnifica Strega notturna, & dicono che ella si partì da Adam, perche non voleua essere à lui inferiore, & che fuggendosi, & andando verso la ripa del mare, se le fecero incontro trè Angeli, & la persuasero, che ella ritornasse al suo marito; ma non volendo per modo consentire a questa lor dimanda, le promise essa Lilith, che ogni volta che vedesse i trè lor nomi in quella camera, doue stauano i fanciullini di Adam, di non far alcuno danno in quel luogo, mà se non vi erano detti nomi, che, purche lei potesse, ne occiderebbe insieme con la sua compagnia, quanti ne potesse hauere, & con questa conditione la lasciarono andare, i cui nomi sono questi:

SANOI, SANSANOI, SAMNAGALAPH.

Et poi vi scriuono in detta camera il nome di Dio di trè lettere שדי *Schadai, cioè, mnipotente. Dico dunque che queste trè sodetti nomi, che lor dicono, che sono nomi di Angeli; nelli sodetti secreti di mio Zio se dice altrimente, cioè, che, questi trè nomi sono nomi in lingua Egittia detti, che Sanoi significa nella idioma loro primo ramo della Diuinità; il secondo nome Sansanoi, secondo ramo della Diuinità; il terzo Samnagalaph, significa terzo ramo della Diuinità, & poi vi coniongono il nome di trè lettere* שדי. Hæc Raphaël.

Quæ cœrimoniæ certè cùm nescio quid Ægyptiacum sapiant; in eam nos deduxêre opinionem; vt ctederemus illa tria nomina nihil aliud significare nisi tres illos Genios, ac præcipuos Vniuersi præsides, quos Ægyptij Osiridem, Isidem, & Horum nuncupant; per Lilith autem intelligeretur Typhon iste peruersus. quem Plutarchus obscuram vim dicit, & ad vexandum nocendumque aptam; ac proindè supplicationibus placari solitum. Nec infirmis rationibus nostram hanc opinionem fultam esse inuenio, vbi Plutarchum pensiculatiùs rimor. Quid enim aliud est Aegyptijs Osiris, nisi prima illa diuinitas rerum omnium obtinens moderationem; cuius coniunx Isis altera nimirùm diuinitas, vt Aegyptij loquuntur, rerum omnium principium veluti passiuum, ex quibus producitur Horus, tota hæc mundana domus, vt Plutarchus loquitur, tertia diuinitas; quibus Typhon nocturnum illud, & obscurum dæmonium perpetuò aduersatur; præterquam enim, quod Osiridem interfeciisse dicatur, Horum filium quoque continuis insidijs interceptum submersumque è medio sustuliisse traditur; quem tamen Isis ad vitam immortalitatemque reduxiisse alibi ex Plutarcho recensuimus. Atque ex hoc capite puerperis Aegypti Typhon valdè fuit formidabilis; hunc veluti aduersum dæmonium varijs modis, cœrimonijsque placare, amuletisque auuerruncare, teste Plutarcho, studebant; de quibus nos aliô locô fusè dicemus; à quibus huiusmodi consuetudinem Hebræos accepisse verisimillimum est; cùm & tria ista suprà citata Geniorum nomina Aegyptiaca sint, & cœrimoniæ superstitiosaque agendi ratio Aegyptijs propria, nescio quid Aegyptiacum subindicet.

Explicatio nominum peregrinorum

Osiris.

Isis.

Horus. Lilith, Typhon.

Puerperæ placabant Typhonem

Accedit, quod Nephte Venus Aegyptia, quam suprà cum Astaroth & Lilith confudimus, teste Plutarcho, coniunx Typhonis dicatur; quam cum Typhone, in maxima illa nominum varietate, fabularumque diuersa recitatione confundere difficile non fuit. Sed redeamus ad Lilith, quam ab Arabibus quoque celebratam, & الليلة *Alilath* à ليل *Lail*, quod

Nephte coniunx Typhonis.

noctem significat,deriuato nomine dictam reperio. Meminit huius Aben Sihal Assemoni in libro de sectis religionum in Oriente :

Aben Sihal Assemoni.

والقدمين يعبدون من الاهم ايضا اللهة اسمها البلة ويقولون انها القمر ويسمو
نها البلة لانها السيدة وملكة الليـــــــ

Περὶ τὰς χώρας ταύτας σέβεσι μὲν ὡς ὁπὶ πᾶν τὸ Ἀφροδίτης ὡς μητέρα θεῶν, ποικίλοις καὶ ἐγχωρίοις ὀνόμασι προσαγορεύοντες. *Qui has incolunt Regiones plerunq; Venerem, vt matrem Deorum venerantur, & varijs patrijsq; nominibus indigitant.* Et Plutarchus de Dea Syria Hierapoli culta: Οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὸ ἀρχὴν, καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγροῦ παρασχεῖν αἰτίαν, καὶ φύσιν νομίζουσι. *Hi quidem Venerem, hi Iunonem, hi deniq; causam illam atq; naturam principia, & semina omnium ex humido præbentem dicunt.* Quæ certè Dea Syria, siue Astaroth, si vtriusq; sacra, & effigies spectes, hæc nostra Deorum mater, siue ea cum Ægyptijs Isidem, siue cum Græcis Cybelem dicas, erit; quemadmodum sceptra, tympana, fulmen, turrigerasque vrbes, bijugosque ad frœna Leones, quin & ipsum nomen Amma, quod Syrè matrem sonat ab Hesychio relatum, & sacra ei peragendi ratio idipsum quoque indicat; vide Apuleium lib. 8. vbi de Matagyrtis agit, qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis, sistrisque personantes, Deamque Syriam seu Isidem circumferentes mendicare compellunt Deûm matrem. Præterea bouina cornua, quæ Astaroth Veneri Asyriæ apponebantur, non exigua præbent indicia, eam eandem cum Io seu Iside fuisse; quod Euripides de Phœnicijs & Thebanis verba faciens, in Phœnissis de Astarthe sic loquitur:

Plutarchus.

Astaroth bouinis cornibus exhibetur.

Euripides.

Κοινὸν, inquit, αἷμα, κοιναὶ τέκνα,
Τᾶς κερασφόρου πέφυκε Ἰοῦς.

Communis sanguis, communes liberi,
Cornigeræ Iûs soboles sunt.

Est hoc quoque fortissimum argumentum, quô comprobemus Assarthen eandem fuisse cum Iside; quod enim Belus & Rhea apud Babylonios, apud Ægyptios Osiris & Isis, hoc apud Assyrios & Sidonios Adonis, & Astarthe. Iterum sicuti Ægyptij certis solemnitatibus anni per compita debacchantes lugebant & deplorabant Osiridem; sic & Assyrij suum illum Thamuz, seu Adonidem, cuius coniunx Venus illa Astartha, de qua modò loquimur, non absimilibus cœrimonijs deplorabant; sed quoniam de huiusmodi amplè in præcedentibus disseruimus, superuacaneum esse ratus sum de ijs hìc plura dicere. Superest modò, vt aliquid de simulachro Astarthæ dicamus; quod iuxtà diuersitatem nominis ipsius diuersum quoque fiebat. Theophylactus superiùs adductus nudam eam constituit. Suidas verò & Theophilus sub figura astri. Dauid Kimchi, & post illum Marinus Brixianus propter affinitatem significationis pecorum & ouium, suspicatur fuisse figurâ ouis, & (vt Elias ait) nomen habuisse idolum ab vrbe Astaroth, quod in ea artifices reperirentur illius idoli conficiendi, aut sculpendi periti. Ioannes Forsterus existimat hoc fuisse simulachrum Veneris Multimammiæ, quæ propter fœcunditatem prolis tanquam omnium nutrix habita & culta fuit; & sic sumpta confunditur cum Mulitha Assyriorum, & cum Iside mammata Ægyptiorum.

Comparatio Isidis cum Rhea.

Theophylact. Simulachrũ Astarthæ.
Suidas.
Theophilus.
Kimchi.
Elias Thisbi.

Forsterus in lexico.

Ego arbitror eam iuxtà cuiusque Regionis superstitiosas sacrorum leges esse cultam, & consequenter ad eas simulachrum quoque eius adapta-

ptatum. Nam qui eam tanquam Venerem colebant, eam penitùs nudam, vt benè Theophylactus notat, effingebant quod quidem propensissimo, ad omnem luxuriam populo non dicam difficile fuit, sed per iucundum; atq; huiusmodi simulachra quoque fuisse, quæ Salomon fieri curabat probabile est. Qui verò Astartham Lunam arbitrabantur, eam ijs symbolis, quèis aut Ægyptij Isidem, aut Cybelem, & Dianam Græci, aut Deam Syriam Lucianus descripsit, effinxerunt; vndè verisimile quoque est, eius insignia fuisse tympana, sistra, fistulas, oues, leonem cornigerum, aut turrigerum verticem, similiaque, quæ magnæ passim matri attribui solent, cuiusmodi symbola adhuc in hodiernum diem visuntur saxo insculpta Pennis propè Marsiliam, vt alibi monstrabitur.

Verùm cùm hæc omnia solis coniecturis innitantur, maluimus ea manere intacta, quàm incerta de ijs temerè affirmare. Sufficit nos hìc demònstrasse, omnem Astarthæ cultum ab Ægyptijs primùm profluxisse. Quare ad alia procedamus.

CAPVT XIV.

Chamos Idolum Moabitarum.

INter ea idola, quæ Salomon coluisse sacra narrat historia, secundum locum occupat Chamos; *Sed colebat Salomon Astarthen Deam Sidoniorum, & Chamos Deum Moabitarum*, &c. quod quale fuerit nobis iam disquirendum incumbit. D. Hieronymus initio Isaiæ 15. vult Chamos eundem esse cum Beelphegor & Priapo; in qua sententia Seldenus quoque fuit; vterque rationes assertionis subterfugit. Alij Hieronymi sequaces, Chamos ideò cum Beelphegor confundunt, quia Chamos idolum fuit Moabitarum, non secùs ac Phegor, quorum sententiam ego libens quoque amplectar, si nobis monstrârint Moabitas vnicum tantùm simulachrum coluisse; quod cùm falsum sit, vel ipsis sacris literis, in quibus passim idolorum Moabiticorum fit mentio, testantibus; neque mihi sententia ista placet; nisi eâ ratione, quâ nos inferiùs facimus, reconcilietur. Melior eorum est sententia, qui hoc nomen à Græco κῶμος, quod nomen est compotationis conuiualis, & commessationis crapulosæ, ex qua, in profundum somnum, quem Græci κῶμα nominant, facilè sit incidere eum, cui coniuncta sit lasciuia, luxuria, nequitia, Venus, Bacchus, atque Veneris & Bacchi impetus, proteruia, saltationes, cantiones, & tripudia omnia propudiosa. Certè Arias Montanus in Dictionario suo Græco-latino ex hoc capite κῶμος non malè explicuit Deum commessationum nocturnarumque saltationum præsidem; fortè secutus Aristophanem, qui κῶμον iuuenilem procacitatem, & intemperantiæ festum vocat.

Chamos nonnulli cum Phegor confundunt.

Chamos Deus commessationis.

Ex quibus colligitur dictos Authores nihil aliud hâc vocæ κῶμος indigitare, quàm Bacchum, ebrietatis & temulentiæ Deum, cuius nocturnarum commessationum turpem & ebriosam religionem perstrinxit Apostolus Rom. 13. cùm dicit: *Non in commessationibus & ebrietatibus, non in cubi-*

Chamos idē cum Baccho.

cubilibus & impudicitijs. Hunc igitur Chamos eundem esse cum Baccho, multis ad id credendum inducor argumentis. Ac primò quidem vocis Chamos etymo, quod à radice כמם diductum, abscondere seu occultare significat, quasi diceres Deũ absconditũ. Nam Baccho noctu & in occulto sacrificabant cum ingenti bacchantium præcipuè fœminarum insania & clamoribus. Vndè illæ Bacchicæ religionis cœrimoniæ dictæ Nyctelia, quod noctu perficerentur; atque adeò eandem ob rem Bacchus dictus Nyctelius, cuius meminit Plutarchus in tractatu de inscriptione illa apud Delphos, vbi Nyctelij Bacchi orgya summatim colligit, & indicat ferè, quæ ab alijs fusiùs, & in particulari describuntur: canunt Baccho Dithyrambos, plena motuum animi & mutationum, cum varijs erroribus circumcursatione coniunctarum carmina; illum multiplici formâ, variâque figurâ, & specie depingunt atque fingunt; tribuunt admistos iocos & petulantiam, & furorem, & inæqualitatem, Euium, in montibus inter mulieres versantem ac currentem Bacchum vesanis honoribus inuocantes. Denique in Bacchi orgyis cistam ferunt, fructu illo plenã, cuius decerptio Bacchum effecit sterilem, vt aduersus gentes describit Clemens: hæc cùm paulò pensiculatiùs rimarer, tandem ex varia collatione dictarum rerum cum ijs, de quibus in superiori Syntagmate tractauimus, facta cognoui; Chamos Hebræis nihil aliud significare, quàm Osiridem seu Dionysium Bacchum illum Ægyptium, quem Authores varijs passim nominibus intitulantes eundem cum Baccho faciunt; dictum autem esse Chamos, vel vti dictum est, ab Hebræa voce כמם quod occultatum significat, vel à Comasiarum solennitate & pompâ, quam in honorem Dionysij Ægyptij quotannis peragebant; dictæ enim sunt huiusmodi solennitates ἀπὸ τῆς κωμῆς à vicis & compitis, per quæ ὀργιάζοντες vagabantur, cum summa animi dissolutione & insania: vndè & verbum κωμάζειν exortum, ijs applicari solet, qui petulantiùs se gerunt: quemadmodum Ægyptij cum thyrsis & sistris, lineis stolis vestiti, rasoque vertice, cistam illam opertaneam circumportantes se gerere solebant; de quibus in superiori Syntagmate copiosè actum est; quare eò Lectorem, enucleatiùs ea scire cupientem relegamus. Lasciuiam autem omnemque impudicitiam huiusmodi festiuitatibus fuisse ordinariè coniunctam, ex propudiosis illis Ithyphallorum & Pammeliorum scelerибus non sacris, de quibus vide citato paulò ante loco, quæ Ægyptij in honorem phalli seu mauis Dionysij Ægyptij quotannis celebrabant; verùm cùm hæc omnia lucem refugiant, sanè digna sunt Chamos, qui suo nomine occultanda admonet, & non nisi nocturnis tenebris consignanda. Hebræis itaque vt sæpè dictum est, cùm ad omne huiusmodi dissolutionis genus, propudiosaque sacra essent quam maximè procliues, nihil faciliùs fuit, quam eiusmodi sibi licentiosum Deorum cultum vel ab Ægyptijs, dùm ijs adhuc commiscerentur in Aegypto; vel à Moabiticis scortis Aegyptiam seruitutem in omnibus profitentibus in deserto addiscere, propagatumque deindè ad posteros transmittere; (fuisse enim & Chamos cultum antiquissimum ex Numerorum libro patet) quem in Ecclesia Dei iam deficientem, Salomon tandem ab inferis reuocauit; cultus enim huiusmodi

Dithyrambi.

Cœrimoniæ Bacchicæ.

Chamos idẽ qui Osiris, Dionysius Ægyptius.

Pompa Comasiarum.

Num. 21. 22. 24. *Iudic.* 11. 24.

Chamos antiquissimus Deaster.

modi Numinis voluptuoſus, luxuriâ, laſciuiâ, commeſſationibuſque refertus, meliùs quadrare non poterat, niſi homini mulieroſo, ac voluptatibus carnis prædito; qualem Salomonem fuiſſe legimus; mirùm igitur non eſt, ſi per mulieres & pellices Aegyptias & Moabitidas, eum cultum ex Aegypto accerſiuerit, qui & pellicibus & ſibi cum primis gratus futurus eſſet & delectabilis, qualis erat Bacchicus ille furor & inſania, luxuriam commeſſationeſque continuò ſpumans; cœterum, qui Chamos ab occultatione ſic dictum cum Plutone confundunt, reprehendendi non ſunt, cùm & Pluto, Dis, Oſiris, Dionyſius, Serapis paſsim, vt dictum eſt, confundantur; nec illi quoque, qui Chamos eundem eſſe volunt cum Beelphegor; ſi cum hac moderatione intelligant, vt Beelphegor idem ſit ac Priapus aut phallus Oſiridis diuinô honore cultus ab Ægyptijs, quem cultum maximè Moabitas profeſſos eſſe legimus. Vides igitur quâ ratione diuerſæ diuerſorum ſententiæ conciliandæ ſint; ſed hæc de Chamos dicta ſufficiant.

Chamos cũ Plutone confunditur.

CAPVT XV.

Moloch Idolum Ammonitarum.

MOloch ſiue Melchom idolum Ammonitarum (quod Sepharuitæ nunc Adramelech, nunc Anamelech nuncupant, iuxtà illud: *Comburebant filios ſuos in igne Anamelech & Adramelech Dijs Sepharuaim*) non minorem etymi, quàm nominum ſortitur diuerſitatem; alij ab Hebraico מלך, quod regnare ſignificat; alij ab הוליך, quod à verbo ילך, hoc eſt, ambulare, deriuatum in Hiphil, idem eſt ac ambulare, pergere, ire, tranſire fecit. הוליך enim in Benoni מוליך eum ſignificat, qui tranſitionem promouet, qualem ſe Moloch præbebat; vtraque etymologia Molocho quadrat; nam & Regem eum vocatum ex Septuaginta Interpretum verſione patet, qui pro Moloch Leuit. 18. 21. vertunt, ἄρχοντα, *De ſemine tuo non dabis ſeruire Principi*; ſubintellige idolo Moloch: & eodem modo Leuit. 20. quanquam alibi ipſo nomine Moloch propriè vtantur; eſt enim frequentiſſimum, tùm apud vulgatam latinam, tùm apud Septuaginta Interpretes, vt nomina propria, tanquam appellatiua interpretentur; ij verò, qui ab הוליך id deducunt, non infirma opinionis ſuæ argumenta reperiunt; quæ vide apud RR. Shlomo, Abenezra, Kimchi, Ben Gerſon in lib. 4. Reg. c. 21. ſed hæc vtpotè facilia.

4. Reg. 17.

Etymon Moloch.

Leuit. 18. 21.

RR. Shlomo, Abenezra, Kimchi, Ben Gerſon.

Maior difficultas eſt, quiſnam fuerit iſte Deus Moloch? quodnam idolum? & vndè cruentæ huiuſmodi ſacrificiorum conſuetudines originem duxerint? Maxima Authorum pars eum autumat eſſe Saturnum, eò quod Saturnus paſsim humanâ hoſtiâ placatus dicatur; non ſecùs ac Moloch à filijs Hebræorum, iuxtà illud Pſalm. *Immolauerunt filios ſuos, & filias Dæmonijs, quos ſacrificauerunt ſculptilibus Canaan*. Vbi per dæmonia idolum Moloch, & Anamelech, ſeu Adramelech idola Sepharuaim hoc loco ad vnum omnes intelligunt interpretes; perficiebatur autem hu-

Quis & quid Moloch.

huiuſmodi ſacrificatio in valle Tophet, filiorum Hinnam, iuxtà illud l. 4. Reg. 23. *Contaminauit Topheth, quod eſt in conualle filij Ennom, vt nemo conſecraret filium ſuum aut filiam per ignem Moloch.* Duplici verò coniecturâ ducuntur ij, qui Molochum cum Saturno confundunt; quarum prima eſt, ex puerorum ſacrificio, vti dictum eſt, quò à parentibus colebatur, & ex igne; altera ex ipſo Regis nomine, quod Saturno paſsim affingitur; nam & Diodorus Saturnum Cœli filium, Regem factum ait &c. Euſebius quoque eum Phœniciæ Regem facit, Aſtarthes fratrem &c. primam coniecturam confirmant conſuetudine Phœnicum & Carthaginenſium, quos Saturno infantes præcellentiores, regijſque ornamentis indutos hoſtias conſecraſſe, tradit Plato in Dialogo de legibus. *Neque enim*, inquit, *leges noſtræ hoſtias humanas ſacrificare permittunt; apud Carthaginenſes autem iuſtum ſanctumq; habetur; adeò vt eorum nonnulli Saturno filios litent.* Et Plutarch. in Imperatorum apophtegmatis ſcribit, Gelonem Tyrannum cum Carthaginenſibus debellatis pacem compoſuiſſe eâ conditione, ipſos imposterum liberos Saturno nunqnam immolaturos; ſed non piget eam rem ipſis Tertulliani verbis in Apologet. c. 9. exponere & confirmare. *Infantes*, inquit, *penes Africam Saturno immolabantur palàm vſque ad Proconſulatum Tyberij, qui eoſdem ſacerdotes in eiſdem arboribus templi ſui obumbrantibus, ſcelerum votiuis crucibus expoſuit; teſte militia patriæ noſtræ, quæ ad ipſum munus illi Proconſuli functa eſt; ſed & nunc in occulto perſeuerat hoc ſacrum facinus; non ſolùm vos contemnunt Chriſtiani; nec vllum ſcelus in perpetuum eradicatur, aut mores ſuos aliquis Deus mutat, cum proprijs filijs Saturnus non pepercerit, extraneis vtique non parcendo perſeuerabat, quos quidem ipſi parentes ſui offerebant, & libenter exponebant, & infantibus blandiebantur, ne lachrymantes immolarentur.* Qua de re in annotationibus pluſcula erudite Pammelius ex Iuſtino, Lactantio, Auguſtino, & alijs profanæ hiſtoriæ Scriptoribus.

Diod. l. 6. c. 15. *Euſebius.* Saturno infantes offerebantur. *Plato.* *Plutarchus.* *Tertullianus.*

Quod verò ad ritus huiuſmodi attinet, variè Authores ſentientes reperio. Non combuſtos aut mactatos pueros, ſed duabus pyris extructis per illarum medium traductos ſolummodo, & ad eum modum veluti februatos eſſe, ſacerdotibus Moloch rem procurantibus, ſcribunt plerique Hebræorum; ita R. Leui Ben Gerſon, verba eius in 23 cap. lib. 4. Regum ſubiungo:

Modus immolandi pueros.

וטמא את תפת הנה עשו שם בנין כדי להעביר בנו
ובתו באש למולך והיה אש מכאן ואש מכאן והבומרים
מעברים אותו בין שני האשים:

Ralbag.

Ecce fecerunt ibi fabricam, vt in ea offerrent filios aut filias ſuas in igne Moloch Deo ſuo; fuit autem ignis ab vtraq; fabricæ parte inſtructus, ſacerdotes autem idoli tranſire faciebant filios inter duos hoſcè ignes. Rambam quoque lib. 3. perplexorum in eadem ſententia videtur fuiſſe, dùm ait:

Ramban l. 3. Moreh.

ולזה פרסמו עובדי האש בומנים ההם שכל מי שלא
יעביר בנו ובתו באש ימותון בניו ואין ספק שמפני זאת
התרחקה ימהר כל אחד לעשותו לרוב חמלתו ופחדו על

הבן ולמיעוט הפעולה וקלותה שאין שם לא להעבירו על האש ואחר כן ודע שרושם הפעולה ההיא נשאר עד היום לפרסומו בעולם הלא תראה המילדות יקחו הנערים הקטנים בחתול וישימו עשין בלתי טוב הריח על האש ויעשו הנער ההוא על העשין ההיא שעל האש וזה מין מן העבדה באש בלי ספק ואין מותר לעשותו:

Ideò, inquit, *cultores ignis in tempore ſuo fecerunt homines ſcire, quòd, qui non traduceret filium ſuum, aut filiam ſuam per ignem, morerentur filij & filiæ eius; & ſine dubio propter illud, quod audiebant, quilibet feſtinabat illud facere; quia multum timebant ſuper filios ſuos, & propter facilitatem operis, quia non erat niſi traducere illos per ignem, non quòd combureret ipſos.* Et paulò poſt: *Scito etiam, quòd ſigna illorum operum remanſerunt vſque hodiè, & nota ſunt in Mundo, ſicut vides mulieres accipientes pueros per genua, & ſupponunt ijs ſuffumigia praui odoris, & mouent pueros ſuper illum fumum ſuper ignem; & illud eſt de modo traducendi pueros per ignem ſine dubio, & prohibitum eſt, ne fiat.*

Atque huic conſentiunt RR. Iarhi, Moſes Mikotzi præcept. negat. 4.

Alij verè combuſtos & mactatos pueros aſſerunt; idque ex varijs locis ſacræ ſcripturæ colligunt; Ierem. 19. *Repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum, & ædificauerunt Excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos igne in holocauſtum Baalim, quæ non præcepi vobis.* Quod autem hîc de Moloch loquatur, indicat ſequenti verborum contextu. *Propterea dicit Dominus, non vocabitur amplius locus iſte Topheth, & vallis filijs Hinnom.* Vbi manifeſtè de igne Hinnom loquitur, qui erat conſecratus Moloch. Mitto de Achaz Rege hiſtoriam, quæ 4. Regum 16. reperitur, à Ioſepho l. 9. c. 12. relatam; & quod Philo innuit libro de Abrahamo. Et bene hac de re Philaſtrius: *Aram*, inquit, *collocant, ita dictam Tophet nomine alicuius, in valle filij Ennom, ibidem filios ſuos & filias Iudæi dæmonijs immolabant.* Atque hæc ſunt ſacra, quæ ſapientiæ voluminis Author vocat τεκνοφόνους τελετὰς; non igitur filij Hebræorum per ignem tantum traducebantur ſine vlla læſione in corpore accepta, vti Rabbini citati ſentiunt; ſed verè comburebantur, vti ex varijs paulò ante citatis locis apparet; vt tamen hæ duæ ſententiæ reconcilientur:

Maſ. Mikozi. Ierem. 19.

Philaſtrius.

Filij verè comburebantur.

Notandum eſt, Hebræos duplici fuiſſe ſuperſtitione imbutos; vna, quæ verſabatur circa cultum ignis, quem à Chaldæis vicinis pyrolatriæ Authoribus didicerant; cuiuſmodi erat, tranſeundo ignem quaſi februari & luſtrari; atque hac cœrimonia ſe liberoſque expiari falſò credebant; de qua cœrimonia omnes illi ante citati Rabbini intelligendi ſunt, qui filios non læſos, ſed traductos tantùm leui brachiô aſſerunt. Altera ſuperſtitio erat eorum, qui filios ſuos verè combuſtos offerebant Deo Moloch; idque contingere ſolebat in valle Tophet filiorum Hinnom, in qua concaua ſtatua fuiſſe memoratur, in cuius manus & ſinum iam igne plenum & incandeſcentem pueros concremandos imponebant; interim Sacerdotibus tympanis, & alijs Muſicis inſtrumentis perſtrepentibus; tùm vt nul-

Februatio per ignem.

Statua Moloch.

li puerorum miſerandi gemitus exaudirentur; tùm vt eiuſmodi lætiſſimâ conclamatione ſignificarent, pueros iam ad ſuperos tranſlatos; huius ſtatuæ quoque meminit Diodorus l. 2. Bibl. *Erat ſtatua ænea Saturni, magnitudine enormi, cuius manus in terram dependebant, ſic contortæ & inuolutæ, vt qui pueri admouebantur, in foueam inciderent igne plenam.* Atq; de hoc cultu omnes ij intelligendi ſunt, qui liberos verè combuſtos eſſe volunt. Vtrum autem hic Moloch verè idem fuerit, ac Saturnus ille toties in Poëtarum ſcriptis celebratus; dubium eſt. Seldenus certè id negare videtur, & loco eius neſcio quem Adodum ex vetuſtiſſima Phœnicum Theologia à Philone Biblio apud Euſebium depromptum ſubrogare, perperam; nec enim Adodum, nec Adad, nec Hada cultum fuiſſe à Syris ſub nomine Moloch; patet ex hoc, quod ille Adad à Syris paſsim cultus, vbique pro Adonide confundatur. Hada autem cum Aſtartha aut Adergate ſeu Iunone Aſſyria: nec video quâ ratione Adadum hunc, vir cœteroquin iudicio pollens, ad Molochum detorquere poſſit; cùm nulla omninò nec ignis, nec rituum, aliorumque Molocho conuenientium, in Adadi à Macrobio prolatâ deſcriptione compareant, niſi forſan omnia Numina antiquorum ad vnum Solem reuocare contendat Macrobium ſecutus; quod licitum eſſet, ſi effectuum in Sole diſcrepantium reſpectum haberet; præterea quâ ratione ad ſuum inſtitutum Carthaginenſium Amilcan, & Pœnorum Herculem μελίκαρτον detorqueat, non video: nos congruentiùs loquemur, ſi Molochum eundem faciamus cum Marte Ægyptio, quem nos in ſuperiori Syntagmate, nunc cum Typhone Ægyptiaco, nunc cum Mythra confuſum eſſe oſtendimus; atque eundem eſſe cum Mithra Perſarum Numine, oſtendunt ſacrificia vtrique eadem, eædem cœrimoniæ, idem idolum; ac Mithram quidem humanis hoſtijs placatum docet Socrates in hiſt. Eccleſ. In ſpelæis quoque, vallibus, lociſque obſcuris, ac ſolitarijs Mythriaca ſacra celebrata Tertullianus tradit, & Iulius Firmi. de errore proph: relig.

Dioxorus de ſtatua Moloch.

Moloch idem qui Saturnus.

Moloch non eſt Adad.

Moloch Mars Ægyptius.

. . . *Perſæi ſub rupibus Antri*
Indignata ſequi torquentem cornua Mithram.

Iulius Firmi ad l. 1. Thebaïd.

Hieronymus ad Athletam. *Veſter Gracchus ſpecum Mithræ & omnia protentoſa ſimulachra ſubuertit*; Iuſtinus in Tryphon: Σπηλαῖον καλεῖσι τὸν κόσμον, ἔνθα μυεῖσι τοὺς πλανήτας ἀστέρας. Prætereà quemadmodum in idolo Moloch ſeptem veluti receptacula, vt paulò poſt oſtendemus, erant, ſeu portæ myſticæ; ſic & in Mythriacis ſacris duplex ſtellarum circumactio prætendebatur, affixarum, & errantium, & per has, tranſitus animarum, quæ omnia referebantur per ſeptem planetas, quarum prima è plumbo; ſecunda è ſtanno; tertia ex ære; ex ferro quarta; quinta ex numiſmatis corio; ſexta ex argento; ſeptima ex auro; ad quarum ſingulas earum rerum fiebant ſacrificia, ei αἰτίλογα; ſed de hiſcè vide Originem l. 6. contra Celſum, ex quo hæc decerpſimus; prætereà, qui Martem Ægyptium cum Mithra confundunt, aiunt, Mithram eſſe vim quandam Solis, terræ inclu-

7. Receptacula in idolo Moloch.

ſam humano generi noxiam; ſeu omnia comburentem, ſiccantemque, quam ideò hoſtijs humanis placandam cenſuere; Perſæ, id ex oraculo edocti, vt paulò poſt dicemus. Atque hic idem eſſe perhibetur ac Typhon Ægyptius, quem Ægyptij varijs modis, veluti Numen ſibi aduerſum, placare ſtudebant, teſte Plutarcho; is enim dicit, nihil aliud eſſe Typhonem, quàm totum id, quod in Sole vitioſum eſt; quale eſt, aduſtiua vis Solis nimia, quâ Nilus ſeu Oſiris ſiccus redditur, & in anguſtam aluei ſui ciſtam mortuus videlicet conditur; quo condito ſterileſcat Aegyptia tellus. Cùm itaque Mythras ſeu Typhon nihil aliud ſit, quàm Mars Aegyptius; Mars autem Aegyptius antiquâ Aegyptiacâ linguâ, ſeu Coptâ dicatur ⲙⲟⲗⲟϫ, vti ex Dictionario Copto, ſiue Aegyptio ex Arabico in Latinum à me tranſlato, patet; in quo planeta Mars Aegyptiacè appellatur Moloch; patet ſanè Molochum Hebræorum, Perſarum Mythram, Typhonem Aegyptiorum Dæmonem, vnum & idem Numen fuiſſe; ſicut enim vtrumque horum humanis hoſtijs, teſte Plutarcho, placare veluti Numen aduerſum; ſic & Molochum, eandem ob cauſam ſolebant, vti dictum eſt.

Moloch idem qui Typhon.

Moloch Ægyptiacum nomen.

Quæ cùm ita ſint, ſupereſt modô, vt quale fuerit idolum Moloch, dicamus; Sepharuitas Molochum, quem alijs nominibus nunc Anamelech, nunc Adramelech vocabant; ſcribunt Rabbini fuiſſe formâ equi, & muli, de quibus in ſequentibus ſuo loco proprio agetur.

Moloch Anamelech & Adramelech forma muli ſeu equi.

Beniaminus ſcribit fuiſſe ſimulachrum auro obductum, vtrinque autem duo fœminea ſimulachra ſedentium habitu; ante ipſum verò aram ſuffitibus & ſacrificijs deſtinatam; verba eius ſunt: *Vrno*, inquit, *itinere â Gebal diſtat altera illa quæ filiorum Ammon terminus fuit; eſtq; ditionis Ginotinorum, quorum Princeps Gilianus Embirenu vocatur; repertuſq; eſt ibi locus templi antiqui filiorum Ammon, in eoq; idolum filiorum Ammon ſellæ, quæ ſolium dicitur, inſidens: ſimulachrum autem ex lapide eſt, auro obductum, vtrimq; autem duo fœminea ſimulachra etiam ſedentia; ante ipſum verò ara, in qua Ammonitarum tempore ſacrificia & ſuffitus fiebant*. Theophylactus ad Actorum 7. Moloch ait fuiſſe Λίθον διαφανῆ ὑπὲ μετώποις ἄκροις εἰς ἑωσφόρου τύπον. *Lapidem pellucidum in ſummitate frontis ad imaginem Phoſphori*. Quæ Mithræ non inconuenienter adaptantur; fortè Theophylactus ad lapidem mythradacem, qui, teſte Solino, Sole percuſſus coloribus varijs micabat, in ſacris Mythriacis vſitatũ reſpexit; ſed hæc coniecturæ.

Beniaminus in itinerario.

Theophylact.

Solinus c. 40.

Verisimilior Molochi deſcriptio habetur apud R. Dauid Kimchi in 4. lib. Reg. c. 23. in hæc verba: ותמא את תפת; *Et contaminauit Tophet*. In quæ ſic commentatur.

Kadak.

שם מקום שחיו מעבירין שם בניהם למלך חיה שם חמקום ותופת ואמרו שנקרא כן כי היו מרקדים ומכים בחופים בשעת העבודה כדי שלא ישמע האב צעקת בנו כשחיו מעבירים אותו באש וינחם לבו עליו ויקחהו מידם והמקום הזה חיה גיא שחיה לאדם שנקרא חנם ונקרא גי הנם וגי בן חנם וחכתוב בזה בגי הנם והקרי בן חנם כי לבני הנם חיה זה חגיא או לאחר מהם וטמא יאשיהו אותו המקום כלומר שם אותו מקום טומאה להשליך שם נבלות וכל טומאה שלא יעלה עוד על לב איש להעביר עוד את בנו ואת בתו באש למלך ומעשה חמלך פירשו ואמרו רז"ל אף על פי

שחיו

שהיו כל בתי ע"ז בירושלם המולך חיה חוץ לירושלם והיה עשוי צלם חלול נחון לפנים משבעה קנקלים וכל מי שחיה מקריב סלת פותחין לו אחד מהם תורין ובני יונה פותחין לו שנים כבש פותחין לו ג׳ איל פותחין לו ר׳ עגל פותחין לו חמשה שור פותחין לו ששה וכן מי שחיה מקריב בנו פותחין לו שבעה וחיה פניו פני עגל וידיו פשוטות בארץ שפותח ידיו לקבל מחבירו והיו מסיקין אותו באש וחכומרים נוטלין את התינוק ונותנין תוך ידיו של מולך והתינוק מוציא נפשו :

Hoc eſt: *Ibi locus erat, vbi tranſire faciebant filios ſuos Moloch; fuit autem iſte locus Tophet, & dicunt, quòd à pulſandis tympanis, & ſaltationibus, quas tempore ſacrificij, ad eiulatus, & ploratus infantium ſopiendos peragebant, ſit dictus; ne fortè miſerandâ filij voce pater commotus, abriperet de manu offerentium filium, aut filiam, aut cruentis clamoribus auerteretur ab huiuſmodi ſacris. Fuit præterea locus iſte vallis hominis, cuius nomen erat Hinnam, & vocabatur vallis Hinnam, vel filij Hinnam, quia filiorum Hinnam fuit vallis iſta, aut alterius ex ijs, & contaminatus fuit locus iſte, quaſi diceretur; locus in quem conijcerentur omnia cadauera & morticina, & quicquid immundum eſt, ne ampliùs vlla impoſterũ nefandi huiuſmodi ſacrificij, ac funeſtæ filiorum immolationis ſupereſſet memoria; opus verò Moloch explicant Rabbini noſtri memoria eorum in benedictione, dicuntq; quòd etſi omnia fana ſeruitutis alienæ fuerint intra vrbem Ieruſalem, ſolus Moloch extra vrbem ſua fana, ſeu potiùs antra habuerit. Fuit autem ſimulachrum Moloch concauum, ſeptem intus tenens conclauia, ſeu potiùs receptacula; Primum aperiebant ſimilæ offerendæ; alterum turturibus, ſeu columbis; tertium oui, ſeu agno; quartum arieti ſeu capris; quintum vitulo; ſextum tauro. Qui verò filium offerre volebat, huic aperiebatur cubiculum; facies deniq; huius idoli erat, vt facies vituli. Manus planæ diſpoſitæ, & ad recipiendum aliquid ab aſtantibus extenſæ, & ſaltabant interim, quo pueri in idolo ſuccenſo igne cremabantur, percutientes tympana, ne pueri eiulatus audiretur.* Atque hactenus Kimchi; cuius deſcriptio ſimulachri, cœrimoniarumque Molocho peragendarum ratio ita quadrat Mythriacis ſacris, vt paucis exceptis omnia eadem reperias. Nec te moueat, quod ſuprà Mythram eundem cum Oſiride & Sole fecerimus; hoc enim non facimus, niſi in quantum per omnia nomina Numinum iſtiuſmodi paſsim confuſa, ſubſtantialiter ſemper vnam & eandem rem cum Authoribus denotamus, in ſolis formalitatibus, vt cum Scholaſticis loquar, ſeu formalibus quibuſdam rationibus, quæ ſunt diuerſæ proprietates & virtutes in Sole, ſeu Oſiride eluceſcentes, diſtinctionem facientes; quemadmodum & de Mythra, Typhone, & Moloch dici quoque debet; qui nihil aliud denotant, niſi Oſiridis, ſeu Solis illam virtutem vehementem, quæ inferiori mundo nociua eſt; ſeu diuinitatem illam, quæ temperie illâ benignâ diſſoluta diſcraſium rebus inducit, qualem inducere Typhoniam virtutem & Mythriacam paulò ante oſtendimus. Mirum igitur non eſt, ſi aduerſum hunc Solis Dæmonem hoſtijs adeò pretioſis placare ſtudebant; verùm imaginem Moloch, iuxtà deſcriptionem R. Dauid Kimchi hìc apponendum duxi, vt eius ſeptem portas cum Mythriacis faciliùs Lector comparare poſſit.

Deſcriptio Tophet.

Sacrificia Moloch fiebant extra vrbem.

Quomodo Moloch idem cum Oſiride intelligi debeat.

At-

Atque hæc eſt figura Molochi, quam nobis ſatis conuenientem Mythriacis,& Ægyptiacis ſacris deſcripſit Radak; eſt autem adeò ſimilis furno laterum, vt illud Sophoniæ c. 1. v. 5. iurant per Regem ſuum, id eſt Hebraicè במלכם per Malcam; Maſorethæ מלבן id eſt, furnum laterum; ideò interpretati ſint, eâ voce Molochi figuram, quæ ſpeciem furni ad conficiendos lateres inſtructi præſeferebat, inſinuantes.

Origo ſacrificiorum Moloch.

His itaque ſic ritè demonſtratis, nunc ſupereſt, vt, qui principalis finis noſter eſt, vndè funeſta hæc ſacrificandi ratio originem duxerit, oſtendamus. Sunt, qui ab Abrahamo, cum iuſſu Dei filium ſacrificare conſtituiſſet, huius funeſti ſacrificij deriuent originem; alij à Iephte filiam ſacrificante; Priores, rationem aſſertionis ſuæ deſumunt è Porphyrio apud Euſebium præparat. Euangel. 1. & 4. Saturnum enim, quem Phœnices Iſraël nuncupabant, Regem Phœniciæ vetuſtiſſimum, vt regnum ſuum à ſummo imminentis belli periculo liberaret, ſuperoſque propitios haberet; vnicum μονογενῆ, quem ex Anobreta ſuſceperat, filium, regio ornatum faſtu, conſtructam ſuper aram immolaſſe; quod exemplum poſteritas poſteà ſecuta ſit; quod autem Porphyrius hìc de Abrahamo loquatur, indè patet; quod μονογενὴς, id eſt, vnicus filius ille appellatur à Porphyrio, & à Philone, Ieoud; & in Geneſ: 22. Iſaac dicitur: בנך את יחידך ſcilicet filius tuus vnicus, vbi in Iehid ipſum Iehoud ferè integrum legimus. Veriſimile itaque eſt, Gentiles indè, ſi non omnia, aliquam ſaltem ſuperſtitionum ſuarum partem traxiſſe. Etſi, vt in pleriſque profanorum Scriptorum monumentis videre eſt, ſacram hiſtoriam falſis ſuis narrationibus miſerandum in modum corrumperent, acdefœdarent. Moſem enim, vti Deum, & Patriarchas errore inextricabili confundebãt; verba & res ſacras ad impias Magorum operas arripiebant, & ex rebus diuinitùs geſtis, & ad tabulas ſanctas relatis, profana Numina formabant; nouos, ridiculos, &

Saturnus Phœniciæ Rex filiam immolat.

Porphyrius.

Gentiles ſcripturæ ſanctæ hiſtorias miris contaminabant fabulis.

nefna-

nefandos cultûs inſtituebant: Sed de his, & ſimilibus alibi copioſiùs agemus. Veroſimilem itaque eſſe arbitramur eorum ſententiam, qui ſacra Moloch à ſacrificio Abraham & Iſaac deducta eſſe ſentiunt; multa enim Ægyptios ab Hebræis deſumpſiſſe non facile negem, præſertim cùm alio loco id oſtendam multis argumentis. Verùm multò probabiliorem, certioremque eorum, qui omnes huiuſmodi deteſtabiles cœrimonias ex Ægypto, & Perſia deducunt: quod quâ ratione factum, dicamus.

Origo Moloch ſuperſtitionis ex Ægypto.

Poſtmortem Miſraim, ſeu Oſiridis, cùm vniuerſam Aegyptum fames, & annonæ caritas, ob ſterilitatem agris inductam, fœdum in modum affligeret; contigit, vt diro malo preſſi Aegyptij, ad Oraculum, vt quid in publica calamitate agendum eſſet, cognoſcerent, ſubitò confugerent; quod reſpondit; deſiturum malum, ſi quotannis circa inundationis Niliacæ tempus, Oſiridi hominem ſe ſacrificaturos promitterent. dictum, factum. Sacrilego peracto ſacrificio, Nilus fœcundâ egeſtione terram ab omni mox ſterilitate vindicatam, ita fœcundauit, vt omnem ſterilium annorum inopiam vnicâ ſegete facilè compenſaret; atque hinc ortum eſt, vt quotannis huiuſmodi ſacrificia ſummâ celebritate peragerentur; quæ conſuetudo tamen à poſteris Regibus abolita, animalium immolandorum poſteà originem dedit. verùm audiamus de hoc Abenephium hiſcè verbis Arabicè differentem:

Abenoph. Fames in Ægypto quando profligata.

في تلك الايام هكذا حوعا شديدا في كل مصر وكثيرين كانوا يموتون
بالجوع والكهنهم كانوا يسالون من الاههم في هذا الشقا واجابهم لان الجوع لايبطل
الا بالذبيحه الانسان التي تصير لله عظيم النار بكل سنه بزمان الطوفان النهر
الذي يسمي نيل فلما يصنعون ككلمة الاههم الجوع يبطل في كل مصر وهذا بدا
ومن هوذا يبتدي الذبيحه الناس في الارض مصـــــــ

annis Ioui mactârint ; tùm Buſiris Vate illo priùs immolato ; aduenientes deinceps iugulabat . Quis porrò fuerit ille Buſiris, dubium eſt. Diodorus ipſum inter primos Ægypti Reges ponens Thebarum conditorem facit; Apollodorus eum Neptuni, & Lybiæ filium ; Agathon Samius Aganippes filium aſſerit, eumque tyrannidem in Ægypto exercuiſſe; ego ſanè ſi omnia, quæ de hoc Buſiride apud Authores ſcripta reperio, diligenter examinem, arbitror per eum nullum alium intelligi, niſi Martem Ægyptium, videlicet Typhonem ſeu Mythram, quem cum Mena, Minæo, Oſiride, Epapho, Apide paſsim confuſum, vti aliàs dictum, reperias; vtpotè omnibus dictis σύγχρονον. De quibus, ſi placet, Lector ea conſulat, quæ de ijs ſcripſimus in primo Syntagmate huius ſect. Dynaſtia 16. Regum Aegypti ; nam, vt rectè Eratoſthenes quoque ſentit, veriſimile eſt, nullum vnquam fuiſſe hoc nomine Regem, ſed huiuſmodi crudelitatis nomen Typhoni irrogaſſe Oſiridis ſepulchrum, ad quod homines rufi, teſte Plutarcho, necabantur, quod eo colore Typhon Oſiridis occiſor fuerat; deindè boues rufæ, vndè conflatum ſit Buſiridos nomen, quaſi dicas Boues Oſiridi conſecrandos, & aræ Buſiridis ; de quo mentionem quoque facit Virgilius :

Buſiris idem cum Typhone.

Rufi homines immolabantur Typhoni, & cur?

Aut illaudati neſcit Buſiridis aras .

Virgilius.

Et Ouid. 3. de metamorph. argutè canit, his verſibus :

Dicitur Ægyptus caruiſſe rigantibus arua
Imbribus, atque annis ſicca fuiſſe nouem,
Quum Thraſeas Buſirin adit, monſtratq; piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem
Illi Buſiris, qui ſit Iouis hoſtia primus
Inquit, & Ægypto tu dabis hoſpes aquam .

Ouidius.

Et Tertullianus de pallio buptuaria Buſiridis altaria ideò vocat, quod Iunoni Aegyptiæ Heliopoli, quam nos ſuprà eandem diximus eſſe cum Iω, Ione, ſeu Iſide Oſiridis vxore, humanâ hoſtiâ ſacrificium peractum fuerit, & amplè exprobat S. Athanaſius l. contra gentes, quæ ſacra alia non fuerunt niſi Buſiridis, cùm ſacra habuerint communia; quod & verba Abenephi ſuprà citata indicant, vbi dicit oraculum iuſſiſſe homines offerre magno Deo ignis; quem alium non intelligimus niſi Oſiridis illius igneâ vim deſtructiuam, quàm Typhonem myſticè Plutarchus interpretatur, qui & Coptâ linguâ Moloch dicitur, Perſicâ Mythras ; quem candefactum lapidem interpretatur Suidas, hoc ſacrificio veluti placandum. A quibus Aethiopas didiciſſe ſuperſtitioſos huiuſmodi ritus teſtatur Heliodorus : Αἱ ἀπαρχαὶ τῶ πολέμω τοῖς Θεοῖς προσαγέσθωσ. *In Æthiopia*, inquit, *Soli & Lunæ, videlicet Oſiridi & Iſidi, quicunque ex hoſtibus primi capti fuerant , iure belli immolabantur* . Nolim tamen quempiam hiſcè veluti mathematicè demonſtratis fidem adhibeat, cùm in tanta nominum, rerumque confuſione difficulter aliquid certi ſtatui poſſit : in tantum igitur fides ijs habenda eſt,

Tertullian.

Athanaſius.

Heliodorus l. 3. de rebus Æthiopicis.

in

in quantùm Scriptorum fide digniſſimorum auctoritate & calculo ea comprobantur. Quorum traditione ſufficit nos hic demonſtraſſe, originem ſacrificiorum Molocho peragendorum aliundè non niſi ex Aegypto promanaſſe. Nam eum eundem eſſe cum Marte Aegyptio, quem & Typhonem, & Mythram dicunt Authores, item ſacrificia ſingulis eadem, ſatis indicauimus. Atque ab hiſce veluti Numinum antiquiſſimis, omnes reliquas ſuperſtitioſas ſacrificandi rationes pullulaſſe vicinę Gentes oſtendunt, quæ Ægyptios ſecutæ, paſsim Deos humanâ hoſtiâ placaſſe feruntur. Hinc enim Cyprij Aphrodiſio menſe Agraulo Cecropis filio hominem mactabant; In Chio dilaniatum hominem Dionyſio Homalio cædebant; quod & Tenedi factum. Lacedæmones ipſi humano ſanguine Marti litarunt, Curetes & Cretes Saturno pueros ſacrificabant; hinc, Lampridio teſte, Commodus ſacra Mythriaca homicidio vero polluit; Galli quoque Druides Eſum & Teutatem humanô cruore placabant; notum de Agamemnone & Iphigenia. Silius Italicus l. 4.

Varius apud Gentes mos ſacrificandi homines viguit.

Mos fuit in populis, quos condidit aduena Dido,
Poſcere cæde Deos veniam, & flagrantibus aris
Infandum dictu, paruos imponere natos.
Vrna reducebat miſerandos annua cenſus,

Silius Italic.

Imò modernis temporibus adhuc multis in locis Orbis huiuſmodi nefarias conſuetudines vigere teſtatur Ludouicus Viues. *Quo tempore*, inquit, *hæc edebamus, Inſula eſt à noſtris Nautis inuenta, quam de Principis nomine Corolenam appellant; in ea frequenter viſuntur ſtatuæ Deorum, quos gentes illæ colunt, æneæ, intrinſecus cauæ, manibus iunctis paſſiſque, in quibus infantes & pueros, quos Dijs illis immolant, ſtatuunt, ibique vruntur crudeliter igne in cauis ſimulachri incenſo, & ære immodicum æſtuante.* Similia tradit Aloyſius Froes in epiſtolis Iaponicis, de valle quadam, in quam innumeri homines quotannis in honorem Zacæ & Amidæ præcipitati immolabantur.

Ludouicus Viues in hiſt. Indica.

Aloyſius Froes.

Tantum relligio potuit ſuadere malorum,
Quæ toties peperit ſcelerum genus omne nefandûm.

Atque hæc de Molocho ſufficiant.

CAPVT XVI.

De Dijs Syrorum, Philiſtinorum, & Arabum;

QVI SVNT

Dagon, Derceto, Atergatis, Cabar, Venus Aſiatica.

§. I.

Dagon Deus Azotiorum.

DAgon Philiſtinorum ſeu Azotiorum Numen, etſi Scriptoribus profanis paſsim incognitum, in ſacra tamen hiſtoria id celebratiſſimum fuiſſe, monſtrant frequentes Interpretum de huius Numinis qualitate ſuſceptæ contentiones, quas omnes diuina gratia conciliare ſtudebimus, vbi priùs, quale Dagonis fuerit ſimulachrum, inquiſiuerimus. Rabbinos pleroſque in aſſignanda huic Numini figura varios reperio. Ralbag ſiue R. Leui Ben Gerſon, ei tribuit figuram humanam, vocatum autem Dagon, vel à piſcium ſquamis, quas indumentum eius referebat, vel à frumento, quod Hebraicè דגן, eò quod ei frumenti aſcribebatur inuentio; atque in hac opinione Philonem Biblium fuiſſe dicetur inferiùs; verba Ralbag ſunt:

Ralbag.

Etymon Dagon.

וחנח בהביא הפלשתים ארון אלהים ישראל בבית ע"ז שלהם שחיה בה צלם על צורת בן אדם והיו קורין אותו דגון:

Et ecce deduxerunt Philiſthim arcam Dei Iſraël in domum ſeruitutis alienæ, quæ ipſis erat; fuit in illa ſimulachrum figuræ filij hominis, quod vocabant Dagon. Colligit id Ralbag ex eo, quod Dagon manibus ſit inuentus truncatus, ſic enim ſacræ literæ referunt:

וישכימו אשדודים בבקר במחרת והנח דגון נופל לפניו ארצה לפני ארון יי וראש דגון ושתי כפות ידיו כרותות על מפתן חבית רק דגון נשאר עליו:

Rurſumque mane die altera conſurgentes [Azotij] inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Domini; caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limen, porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo; Vbi כפות ידיו palmæ manuum propriè attribuuntur homini: ſed enim multò veriùs id Ralbag ex Septuaginta Interpretum deſcriptione colligere potuiſſet, in qua non manuum tantùm, ſed & pedum abſciſſarum, & ſcapulæ ſolius remanentis fit mentio, quæ omnia in Hebræo deſunt; verba Septuaginta cito:

70. Interpres. Καὶ ἐγένετο ὡς ὤρθριαζε τῇ ἐπαύριον οἱ πρωὶ οἱ Αζώτιοι, καὶ ἰδοὺ, Δαγὼν πεπτωκὼς ἐπὶ πρόσωπον

σωπον αὐτῦ ἐνώπιον τῦ κιβωτῦ τῦ Θεῦ, καὶ ἡ κεφαλὴ Δαγὼν, καὶ ἀμφότερα τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν αὐτῦ ἀφηρημένα ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν τῦ σαθμῦ, καὶ ἀμφότεροι οἱ καρποὶ τῶν χειρῶν αὐτῦ πεπτωκότες ἐπὶ τὸ πρόθυρον· πλὴν ἡ ῥάχις Δαγὼν ὑπελείφθη.

Et factum est, vt surrexerunt altera die manè Azotij, & ecce Dagon cecidit in faciem suam coram arca Dei, & caput Dagon, & ambo vestigia pedum eius abscissa super anteriora liminum, & ambæ iunctura manuum eius iacentes super limen. Verum scapula Dagon relicta est, &c. Ex hac itaque descriptione Septuaginta Interpretum post Ralbag non defuerunt, qui Dagon statua hominis fuisse concluserint. Verùm quomodo hæc, opinioni inferiùs adducendæ congruenter adaptari possint, paulò post videbimus.

Quale fuerit idolum Dagon?

Rassi, quem etiam R. Salomonem Iarrhi nominant, in hunc locum commentans, opinatur Dagon figura piscis fuisse, eò quod nomen ipsum nihil aliud significet, nisi piscem: verùm nec hæc sententia consistere potest, nisi forsan hìc intelligat piscem αὐθρωπόμορφον manibus, pedibusque præditum, quemadmodum Dagon fuisse, ex allegatis suprà sacris verbis apparet. Quare pro cæteris optimè sentit Radak siue R. Dauid Kimchi, qui Dagonis, nec hominis, nec piscis præcisè, sed ex vtriusque figura conflati statuam hominis fuisse pisciformem asserit; quem quotquot limatioris ingenij Rabbini sunt, sequuntur. Verba Radak apponenda duxi.

Dagon ἰχθυόμορφος.

אמרו כי דגון מחבורו ולמטה חיה צורת דג לפיכך נקרא דגון ומחבורו ולמעלה
צורת אדם כמו שאומר ושתי כפות ידיו כרותות אל המפתן זהו פירושו רק דגון נשאר
עליו צורת דג נשאר עליו וי"ת לחות גופיה דדגון אשתאר עלוהי :

Radak.

Hoc est, *Dicunt quòd Dagon ex parte inferiori compositus sit ex figura piscis, à qua & nomen habet; ab vmbilico verò versus superiorem partem hominis retineat figuram & similitudinem, iuxtà id: duæ palmæ manuum abscissæ super limen.* illud verò, רק דגון נשאר עליו *tantùm Dagon relictus est in eo*, explicant sic: רק צורת דג נשאר עליו *tantùm figura piscis relicta fuit in eo*; & Ionathas explicat illud: *tantùm corpus Dagon reliquum fuit super eum*. Hæc Radak. In qua descriptione non tantùm Rabbinorum paulò ante citatorum sententias optimè conciliat, sed etiam quam congruentissimè profanæ historiæ scribit, vti in sequentibus videbimus; in qua simulachra Dearum Dercetûs & Adergatis, quæ sunt antiqua Assyriorum Numina, sub simili figura constructa fuisse docebimus.

§. II.

Derceto, Adargatis.

FVit autem Derceto Syrorum Dea, quam Ouidius alio nomine Dircen & Dircetin quasi patronymica voce appellat, inque piscem transmutatum fabulatur:

Ouidius.

Illa quidem è multis referat (nam plurima nôrat)
Cogitat, & dubia est, de te Babylonia narret
Derceti, quam versa squamis velantibus artus,
Stagna Palæstini credunt mutasse figurâ.

Lucianus quoque hanc obseruauit semiferam puellam fuisse, Ἡμίσεη μὲν γυνὴ τὸ δὲ ὀκόσον ἐς μηρῶν εἰς ἀκρέας πόδας, ἰχθυος ὑποτείνει. Cui consentit illud Diodori l. 2. Bibliothecæ, vbi de statua eius in Ascalone sacrata agit: Τὸ μὲν, inquit, πρόσωπον ἔχει γυναικὸς τό τε σῶμα πᾶν ἰχθυος. *Dercetam facie muliebri quidem, reliquo verò toto corpore piscisormem fuisse ait.* Dercetam porrò eandem fuisse cum Atergati, Ctesias apud Strabonem docet hisce verbis: *Nominum*, inquit, *mutationes plerasq; fuisse etiam antiquis, vt inquit Atergatin Atharam dictam, quam Ctesias Derceto vocauit.* Dercetus seu Atergatis Syriæ Deæ meminit quoque Plinius 5. nat. hist. libro, vt beneficio Hermolai didicimus c. 23. *Bambyce, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris Magog; vbi prodigiosa Atergatis* (Græcis hæc Derceto dicta) *colitur.* Præterea Atargatim eandem cum Derceto & Dagone ipsum nomen, vel manifestè prodit; est enim Adargatis vox corrupta idem quod אדיר דגא *Adirdaga*, quod piscem magnificum seu potentem significat, qualem Dagonem seu Dercetam esse prædicabant Babylonij, non secùs ac Sepharuaim Molochum suum אדרמלך *Adramelech*, hoc est, Regem potentem, seu magnificum splendido titulo honorabant. Ex quibus manifestè apparet Dagonem, Dercetam, & Atargatim eandem Deam fuisse, nomine tantùm diuersam, eamque nullam aliam fuisse, quàm Venerem maritimam in sequentibus paulò post ostendemus. Nec obstat, quod Dagonem in sacra historia masculinum faciat Numen; hoc enim duplici de causa factum est, cùm quia Dearum nomen Hebræis in vsu nunquam fuit; tùm etiam quia apud Idololatras sexum Deorum passim confundi videmus; quemadmodum varijs iam locis de Venere masculo & fœmina, de Luno & Luna, similibusque ostendimus. Sed ad simulachrum Dagonis redeamus; quod ex humana & marina mixtum fuisse, sicuti & Dercetus seu Atergatis, satis ea, quæ cùm è sacris literis, tùm è varijs Authoribus produximus, comprobant. Marinum autem ei corpus erat, humana verò facies, manûs item ac pedes; abscissas enim seu abruptas manus, cùm caderet coram arca testamenti, disertè ait sacra Scriptura, & nihil reliquum mansisse præter Dagonem, seu piscis truncum. Adnexos autem caudæ pedes suprà ex Septuaginta Interpretum versione colligitur; ita quidem, vt Dagonis, Dercetûs, seu Atergatis nullam aliam figuram fuisse autumem, nisi quam in sequenti facie exhibemus.

Lucianus.

Ctesias. Derceto eadem cum Adergati.

Adardaga quid & vnde?

Gentiles sexum Deorum confundebãt.

Figura Dagon.

His itaque sic ritè demonstratis, nunc disquiramus, cur sub piscis forma Dagon, Derceto, seu Adardaga ab Assyrijs fuerit culta.

Diodorus Siculus iuxtà Ascalonem vrbem esse scribit, vbi templum insigne fuit Deæ, quam Syri Δερκεὼν vocabant; quæ Dea muliebri facie fuisse perhibetur, reliquum autem corpus figura piscis; cuius filia Semiramis à columbis fuit educata, quæ aues ideò Syris sacræ habentur; subdit eodem loco Diodorus: *Venerem aliquando obuiam factam Derceto, amorem cuiusdam adolescentis sibi sacrificantis iniecisse, ex quo cùm filiam Dea suscepisset, sui erroris pudore affectã, adolescentem ab se amouisse, & filiam in deserta & saxosa loca, vbi columbarum ingentes stabulabantur turmæ, exposuisse; quæ columbæ puellam enutriuerunt. Derceto verò pudore ac dolore actam se in stagnum*

Diodorus Siculus.

con-

conieciſſe, & in piſcem conuerſam; quare, inquit, Syri piſcibus abſtinent, & templum in ſtagni littore conſtituerunt. Derceto facie quidem formoſæ mulieris, reliquâ parte piſcis ſimulachrum coluerunt. Nigidius in commentarijs in Arati Phœnomena aliam fabulam nobis refert, nimirùm, piſces in Euphrate ouum miræ magnitudinis inuentum in terram euoluiſſe, columbam autem ex eo incubatione animato excluſiſſe eam Syriæ Deam, quæ vocatur Venus; atque eam ob cauſam piſces apotheoſi affectos à Syris in ſumma veneratione haberi cœpiſſe; ac piſciformis Virginis cultum ex illo tempore inſtituiſſe. Manilius 4. Aſtronom. & Hyginus in Aſtronomico, veriorem huius ἰχθυολατρίας Syriacæ cauſam aſſignare videtur.

Nigidius.

Origo cultus columbini, & piſcium in Syria.

Scilicet in piſcem quod ſe Cytheræa nouârit
Cum Babyloniacas ſummerſa profugit in vndas,
Anguipedemq́, alatos vngues Typhona ferentem
Inſeruitque ſuos ſquamoſis piſcibus ignes.

Manilius.

Et eodem libro paulò poſt:

Piſcibus Euphrates datus eſt, vbi piſcis amator,
Cùm fugeret Typhona Venus, ſubſedit in vndis.

Fabulam etiam Ouidius in faſtis attigit, & Hyginus bis mentionem eius facit, vbi de piſcibus agit, priore quidem loco; *Diogenetus*, inquit, *Erythracus ait, quodam tempore Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphraten veniſſe, & eodem loco repente Typhona Gygantem apparuiſſe; Venerem autem cum filio in flumen ſe proieciſſe, & ibi figuram, piſcium formâ mutaſſe, quo facto, periculo eſſe liberatos. Itaque poſteà Syros, qui in ijs locis ſunt proximi, deſtitiſſe piſces eſitare, quod verentur eos capere, ne ſimili cauſâ, Deorum præſidia impu-*

Diogenetus Erythracus.

Origo fabulæ de piſcibus abſtinendis.

impugnare videantur. Verùm si hæc omnia pensiculatiùs discutiantur, luculenter patebit, totum hunc Veneris, Dercetûs seu Dagonis cultum aliundè non promanasse nisi ab Ægyptijs: Quibusdam enim Nomis Ægyptijs pisces sacros fuisse, nos Herodotus & Diodorus docent, videlicet Lapidothum, Phagrum, Oxyrynchum, & Anguillam; Phagrum quidem, quod pudendum Osiridis deuorasse dicatur; alij, vt Hygin. l. 4. Astr. quod Isis seu Venus in huiusmodi piscium formas, dùm Typhonem fugeret, se transmutârit; Carmina paulò ante allegauimus; piscem quoque Ægyptijs sacrum fuisse, eò quod Isidem seruauerit, dùm Osiridem inquireret, Higesias apud Hyginium indicat, cùm de pisce Notio tractat: *Hic*, inquit, *videtur ore aquam excipere à signo Aquarij, qui laborantem quondam Isim seruasse existimatur, pro quo beneficio simulachrum piscis, & eius filiorum inter astra constituit. Itaque Syri complures pisces non esitant, & eorum simulachra aurata pro Dijs penatibus colunt.*

Fabula ab Ægyptijs originem habuit.

Hyginius.

Isis pisce conseruata.

Pisces pro penatibus habentur.

Maximum autem argumentum est Dagonis cultum ab Osiride & Isidе Ægyptia profluxisse, eò quod Philo Biblius Dagonem Cœli filium dicat, atque à radice Hebraica דגן, quod frumentum significat, ideò appellatum, quod frumenti inuentor fuerit, ac proindè Græcè eum quoque vocet: Σιτῶν Δαγών, inquit, ὃς ἐστὶ Σιτῶν. Aratri etiam repertor habebatur; ideòque Ζεὺς ἀρότριος, quasi Iuppiter Agriculturæ præses, ait ille, nominabatur. Quis nescit Osiridem & Isidem inuentores fuisse frumenti, & agrorum colendorum rationem primos inter homines docuisse? An non Isis eam ob causam ἀπὸ τοῦ σῖτον, Σιτὼ, hoc est, Ceres à Syracusanis appellata fuit. Certè meminit eius Polemus dipnosoph. l. 3. Phornutus, Apollodorus, alijque Mythologi.

Dagon frumentum.

Iuppiter Aratrius.

Isis, Ceres.

Sed quæritur, vndè sub forma ἰχθυανθρώπου depictam coluerint Syri; cùm eam passìm spicato vertice, aut bouinis cornibus insignem, manibus præterea à sistrum vnâ, alterâ situla instructam reperiamus: quod vt soluatur

Cur sub forma piscis exhibeatur.

Notandum est, antiquos Ægyptiorum Reges & Reginas hanc consuetudinem habuisse, teste Diodoro, vt reduces ex bello, aut lustratione Orbis, varijs animalium indumentis, veluti tauri, leonis, aspidis, aliorumque monstrorum pellibus, siue ob terrorem, admirationemque apud subditos conciliandam, siue ob aliam quampiam causam ac rationem mysticam induti incederent; atque hanc consuetudinem ab Osiride & Isidе primùm promanasse, ostendunt varia huius farinæ hieroglyphica, sub quibus passìm videas Osiridem aut Isidem, canino, leonino, felino, accipitrino, potissimùm verò aspidis seu Niloticæ anguillæ caudâ terribilem, vti susè patebit è sequentibus; aiunt autem Ægyptij, teste Diodoro, sæpè Osiridem & Isidem sub hac forma hominibus comparuisse, varias res humano generi necessarias, præsertìm scientias docuisse; vti ostendimus iam multis in locis. Quæ omnia nobis clarè insinuasse videntur Berosus, Apollodorus, & Polyhistor eius, monstro illo quod Ooannem appellant; quod animal biceps dicunt fuisse, cætera piscem, è cuius cauda adnascebantur pedes humanis similes; vocem item & humanam ei tribuunt; ex

Diodorus.

Monstrum Ooannes quale fuerit?

mari

mari autem Erythræo emerſum, Babyloniam peruenisſe aiunt (intellige Babylonem Ægypti ſeu Memphim, aut Heliopolim) occidente verò Sole in mare redijſſe, moremque hunc quotidiè veluti ἀμφίβιον repetijſſe; ab eo homines omnifarias artes, literas, agriculturam, ædium ſacrationes, architecturam, & leges politicas didiciſſe, nec non quicquid ad vitam politicam pertinere poſſit: Oſiris enim in montibus rubro mari vicinis aſtrologiæ vacaſſe, & poſteà in vrbes vicinas leoninâ aut piſcinâ pelle amictum ingreſſum, quæ priuatim didicerat, publici iuris docendo alios feciſſe, in præcedentibus dictum eſt; atque hinc Oannis hiſtoriam, ſeu veriùs fabulam promanaſſe veroſimile eſt.

Oſiris ſub varia forma hominibus ſom parens, varia docuit.

Simulachrum autem eius vſque ad Beroſi tempora, id eſt, ad initia Græcæ Monarchiæ ſeruatum fuit. Verba Beroſi è Seldeno mutuata hic tranſcribere voluimus:

Τὸ μὲν ἄλλο σῶμα ἔχει ἰχθύος, ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν ἀνδρὸς ἐπεφύκειν ἄλλην κεφαλὴν ὑποκάτω δὲ τῆς ἰχθύος κεφαλῆς, καὶ πόδας ὁμοίως ἀνθρώπου ἀνδρὸς δὲ ἐκ δὲ ὑρᾶς τῆς ἰχθύος, εἴτε δὲ αὐτὴν φωνὴν ἀνθρώπου· Τὸν δὲ εἰκόνα αὐτοῦ εἴτι, καὶ αὐτὴν νυῦ διαφυλάσσει.

Beroſus ex Seldeno.

Hoc eſt: *Cœterùm quidem corpus habebat piſcis, caput biforme, & pedes ſimiliter hominis è cauda piſcis adnatos; vox ei erat humana, ſimulachrum eius etiam in hunc diem conſeruatur. &c.* Fuſius autem ex eodem Beroſo ait Seldenus, narrare Apollodorum Oannes quatuor Annedotos dictos, iuxtà variam ſeculorum viciſſitudinem è rubro item mari comparuiſſe, quorum quiſque ſemihomo & ſemipiſcis. Tempore verò Ædorach Regis Chaldæorum, qui ſeculis aliquot poſt Diluuium, ſi Chaldæis fides haberi debet, vixit, aduertit, aliud ſimilis figuræ monſtrum emerſiſſe, cui nomen, Ωδάκων, in qua voce ſanè manifeſta comparent Dagonis veſtigia. Annedotorum ſecundi, teſte Seldeno, meminit Abydenus, & ἡμιδάμων figuram ei tribuit; vix alibi de his mentio fit. Vtrum verò Ωλὼ, cuius mentionem Helladius Byſantinus facit, idem fuerit cum Oanne Beroſi, dubium eſt; verùm conſideratis omnibus circumſtantijs relationis de eo factæ, probabile eſt, fuiſſe; tradit enim citatus Author, è mari rubro aſcendiſſe, capite, manibus, pedibuſque humanis; cœtera membra piſcem præ ſe tuliſſe; Literas autem & aſtrorum ſcientiam oſtendiſſe; quæ omnia ſunt ipſiſſima penè Beroſi de Oanne hiſtoria; vndè deprauatum Oannis in Ωλὼ nomen ſentit Scaliger à compendioſa librariorum ſcriptione; adijcit Helladius: Ἄνθρωπον δὲ ὄντα τὰ πάντα ἰχθυῶν δόξαι διοτὶ πρὸς ἠφίεσθαι κητώδη δορᾶ. *Hominem omninò fuiſſe, piſcem verò retuliſſe, quod cetaceâ pelle indueretur.* Quâ deſcriptione ſanè ingenioſè ad priſcum Regum Ægypti habitum ſuprà indicatum alludit, qui cum belluarum exuuijs plerumque eſſet concinnatus, πολυμορφίας huiuſmodi fabuloſæ occaſionem facilè dare potuit.

Formæ Oannis deſcriptio.

4. Oannes ſiue Annedoti.

Ωλὼ idem quod Oannes.

Helladius.

Porrò, quod Syros eſu piſcium abſtinuiſſe legamus; duas potiſſimùm ob cauſas factum arbitror: quarum prior eſt, quòd in venerationem Rheæ, quam cum Ió, ſeu Iſide confundo, id feciſſe comperiam; ab Io enim ſeu Iſide, cùm Syriam peragrans Epaphum quæreret, huiuſmodi ſe cultum cœrimoniaſque, ſicuti & varias res Syros edoctos eſſe, ac proindè in beneficiorum collatorum memoriam, piſce, in quem, perſequente Typhone

Cur Syri piſcibus abſtinuerint?

phone, conuerſam fabulantur, abſtinuerunt. Athenæus paulò aliter hæc narrat; *Athenæus.* *Solenne*, inquit, *Syris fuit, abſtinere piſcibus in Rheæ veneratione, quæ quidem nulla alia Dea erat, quàm Iſis, quæ pluuijs potiſſimùm dominatur; ῥέω enim idem eſt, ac fluere; putabant enim ij ex aqua & aëre naturam rerum præcipuè conſtare, proq; vnda piſces, pro aere columbam venerabantur.* Sic Athenæus. Altera verò cauſa eſt, quod in omnibus Ægyptios ſapientiâ & religione celebres imitari ſtuderent; apud quos alij piſcem, maximè in præfectura ſeu Nomo Oxyrinchano, pro Dea ſummô cultu colebant; alij veluti Numen aduerſum, & Typhonis marinam ſobolem, animal odioſum & inauſpicatum non tàm colebant, quàm placabant, quemadmodum eandem ob cauſam Crocodilo facere ſolebant; atque ob has rationes vtraque pars piſcibus abſtinebat; hæc vti re mala & execranda, illa ob venerationem Numini debitam. ſed de hac abſtinentia conſule Plutarch. l. 8. dipnoſoph. q. 8.

In Nomo Oxyrinchite piſcem colebant, quem alij Nomi execrabantur

Syri itaque cùm varia de Oſiride & Iſide, vt quomodo ille videlicet totum Orbem obierit, quî Æthiopiam, Indiam, aliaſque remotiſſimas Orbis partes ſubiugârit, ac demùm in Ægyptum reuerſus, eam ſaluberrimis legibus, rerumque inuentarum beneficijs ditârit, demùm ad cœlum gubernandum aſſumptus ſit; illa verò in abſentia viri vtilitati hominum ſtudens, varias res vitæ hominum vtiles inuenerit, medicæ artis peritiâ homines ab infirmitate liberârit; in ſomnis quoque ſæpè eam inuocantibus compareat; media varia ſuggerat infirmitatibus & morbis laborantibus. Prætereà cùm Oſiris enutritus in Nyſa felicis Arabiæ vrbe, vndè & poſteà Dionyſius dictus eſt, iuxtà mare Erythræum, varia homines docuiſſet, vineas plantaſſet, feras inſtrumentis, armiſque domuiſſet, exuuias pro veſtimentis vſus eſſet. Ecce ob has & ſimiles cauſas fabula illa de Oanne poſtmodum exorta eſt; hominem videlicet ſeu biceps animal, piſciforme ex mari Erythræo egreſſum, varia homines docuiſſe; ob quæ beneficia cultu diuinô illud poſteà quoq; exornarunt, exſtructo idolo ἰχθυομόρφῳ, in eius honorẽ à piſcibus quoque, eò quod Oſiridis partes à piſcibus deuoratas intelligerent, vel ob alias cauſas ſuperiùs indicatas, abſtinentes. Mirum igitur non eſt, ſi ex varijs actionibus, geſtiſque Deorum Ægyptiorum variè à varijs relatis, varius quoque cultus, variæ cœrimoniæ, & quod caput eſt, ex monſtroſis huiuſmodi figmentis monſtroſa quoque ſimulachra, quale Dagonis, Dercetûs, Atergatis, Oannis ſuprà monſtramus fuiſſe, extiterint; præſertìm cùm ad ſimulachrorum compoſitionem quodlibet animal cum homine aſſumere Ægyptijs ſolenne eſſet, vt Porphyrius tradit. Atque hinc diuerſitas illa idolorum propè infinita, quam Ægyptij & vicinæ gentes eorum diſcipulæ introducebant; quæ quidem diuerſitas, non prodijt niſi ex μυθολογία illa, quâ Deos ſuos intitulabant; in vno Oſiride Deorum omnium, ſicuti in Iſide Dearum nomina confundendo.

Oſiris & Iſidis inhumanum genus beneficia.

Ex Oſiridis geſtis variæ fabulæ emerſerunt.

Æquiuocatio nominum Deorum Dearumque in Oſiri & Iſi confuſa.

Quæ cùm ita ſint, non miretur quiſpiam, Dagonem, Dercetum, Atargatin, Aſtarthen, Mylittam, aliaque monſtra nominum apud Authores paſsìm eſſe confuſa; vnam enim ij denotabant Deam, videlicet Syriam, quam Ægyptij Iſidem dicunt; hanc enim ſi Venerem, Lunam, Terram,

Ne-

Nephtyn, Iunonem, Mineruam, Dagonem, Derceto, Aſtarthen dixeris, ſemper vnam rem, videlicet Lunam virtute multiplicem dixeris. Atque ex hoc capite ſimulachrorum quoque diuerſitas exorta varias inter Authores contentiones, ac ſummas in hiſtorijs explicandis confuſiones cauſauit. Sic plerique Authores Aſtarten, & Dercetam, diuerſa ſtatuerunt, ex diuerſitate idolorum, Numina; quod hæc ſtatuam piſciformem nacta, illa, vti Lucianus ſacrorum vtriuſque ſcrutator refert, Ἡ μὲν ἐν τῇ ἱερῇ πόλει γυναικεία, tota fœminam referat; cùm tamen non tàm re, quàm virtute diuerſa eſſe comperiantur. Verbo. Sicuti igitur polyonomia Oſiridis nihil aliud indicat, niſi virtutes & perfectiones varias in Sole; ſic polyonomia Iſidis nihil aliud quoque denotat, niſi virtutes & perfectiones multiplices in Luna, quæ ob virtutem, quâ generationis vim mouet, vocatur Venus; ob vim terræ incluſam vocatur Aſtarthe, Iſis, Ceres, Proſerpina; ob dominium quod in humida obtinet, Dagon, Derceto, Nephte, Thetys, & ſic de cœteris. Vndè & hanc vim diuerſis quoque ſimulachris exprimebant. Vim Lunæ in terris, ſpicato vertice, cornucopiæ, taurinâ facie, alijſque ſymbolis in idolo expreſſis; vim Lunæ in aquis, ſitula, piſcibus, alijſque beſtijs aquaticis; alias denique Lunæ perfectiones, alijs conſimilibus ſymbolis adumbrabant. Sic Aſſyrij Adado nomen Dei, quem Solem intelligit Macrobius, & Atergati, quo Lunam, aut terram, Adadis denotabant coniugem, cunctarum rerum poteſtatem attribuebant; quare ſimulachrum Adad formabant radijs inclinatis, quibus monſtrabant vim cœli ineſſe radijs Solis, qui in terram dimittuntur. Adargatis verò ſimulachrum ſurſum verſum reclinatis radijs monſtrabat radiorum vi ſupernè miſſorum enaſci, quæcunque terra progenerat; ſub eodem ſimulachro ſpecies leonum ſunt, eâdem ratione terram monſtrantes, quâ Phryges Deorum Matrem finxêre; imò Cererem ipſam Adargatim quoque facit Nigidius comment. in Arati phœnomena. Sed quoniam de hiſcè & ſimilibus in Obeliſco Pamphilio copioſiùs egimus, & ſingula fuſè interpretati ſumus, hìc plura de his agere ſnperſedemus. Vnum reſtat inquirendum, quænam nimirùm ſit Venus illa famoſa ac tota Aſia celebris, quam nunc ſub Anaitidis, Aphaicitidis, Cabaris, ſimilibuſq; titulis Authores celebrare ſolent.

Simulachrorum diuerſitas vndè?

Oſiris Solis, Iſis Lunæ per huiuſmodi ſimulachra diuerſas virtutes notat.

Idolorum habitus ſymbolicus.

Adad quid, & eius ſimulachrum.

Adargatis ſimulachrum.

§. III.

Venus Aphacitis, Anaitis, Cabar.

VEnerem Aphacitida in Aphaca (locus is eſt inter Heliopolim & Byblum) cultam teſtatur Zoſimus l. 1. Ἄφακα, inquit, χώριον ἐστὶ μέσον Ἡλιοπολέως, καὶ Βύβλου καθ' ὃν ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται. *Aphaca locus eſt inter Heliopolim & Byblum, vbi fanum Veneris Aphacitidis eſt.* Templum quoque Veneris, quod Conſtantinus Magnus in monte Libano vaſtauit, Euſebius apertè vocat Aphacitidos, cui aſtipulatur Macrobius, qui ſani

Zoſimus. Aphaca quænam vrbs?

quoque Veneris Architidis (quam ego vocem corruptam esse arbitror, & loco Aphacitidis substitutam) in monte Libano celebris meminit; verba eius adiungam: *Adonim quoque Solem esse non dubitabitur, inspectâ religione Assyriorum, apud quos Veneris Architidis & Adonis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phœnices tenent.* Et paulò post: *Simulachrum huius Deæ in monte Libano fingitur capite obnupto, specie tristi, faciem manu lævâ intra amictum sustinens, lachrymæ visione conspicientium manare creduntur.* Ex qua descriptione sanè nihil aliud indicatur nobis, nisi Thamuz ille seu Adonis, aut Adad, Osirisue, quem suprà cùm de Thamuz agebamus, lachrymantis specie efformatum, deflere solebant Ægyptij, & ab his docti Assyrij. Et Venus Aphacitis, coniunx Adonidis, aut vxor Osiridis Isis, quam suprà Astarthen quoque diximus; cum qua eadem suprà fecimus Dagon, Derceto, Atargatida; non enim alia de causa D. Hieronymus Dagon piscem vocat mœroris, nisi ob frequentes, quæ in eius sacris ei exhibebantur, complorationes. Dagon autem, Derceto, vel Atargatida, Artemidorus eandem facit cum Astartha seu Venere Aphacitide, eò quod vtrique eædem essent cœrimoniæ, sacri vtrique pisces & columbæ, vtraque abstinentiâ ab esu piscium coleretur; sic enim ait lib. 1. c. 9. Onirocrit. *Pisces comedunt omnes Syrorum, nonnullis exceptis, qui Astarthen venerantur.* Porrò de Anaitide Venere sic à Persis vocata scribit Strabo l. 12. de Relagens vrbe, olim insigni & sacra. *In ea*, inquit, *templum est Anaitidis, quæ ab Armenijs colitur; hoc in loco sacra, cum sanctimonia maxima celebrabantur, & iusiurandum de rebus maximis hic fiebat.* Idem Strabo, l. 15. agens de Cappadocia; *Hæc*, inquit, *sacra in Anaitidis & Amani delubris fiunt, nam & horum ibi delubra sunt, & statua Amani in pompam ducitur.* Et hæc se vidisse ipse scribit Strabo. Huius verò Deæ Anaitidos sacra Sacarum dicebantur, & dies festus Saca, quod eo die Cyrus Rex Sacas vicisset. scribunt præterea alij, ei Deæ antiquos dedicasse ex præstantioribus, puellas, quæ ibi prostarent; quæ deindè veluti sacræ, viris tradebantur, eas accipientibus hilarè maritis; de quibus nos in sequentibus vberiùs agemus. Hermolaus secutus Pausaniam in Laconicis, in ancipiti esse tradit Cappadoces, & qui Euxinum accolunt, eò quod simulachrum huius Deæ sit & Lydijs, quibus est, Ἀρτέμιδος ἱερὸν Ἀναΐτιδος. *Dianæ templum Anaitidos.* Verùm nos, si sacra eius paulò diligentiùs examinemus, & statuam illam auream, quam holosphyraton appellabant, in templo eius positam, eam sanè eandem cum communi illa Asiæ Venere esse concludimus, solùm nomine & cultoribus diuersam - Verùm hæc omnia tibi inter se, ne in re clarissima longior sim, comparanda relinquo.

Porrò quænam fuerit illa Cabar, cuius mentionem faciunt libri Arabum & Saracenorum, paulò maiorem præsefert difficultatem; quam vt soluamus

Notandum est, ante impuri Mahometis aduentum, pleroſque Saracenos & Ismaëlitas, quos & Arabes dicunt, Gentiles fuisse; atque improbo idolorum cultui deditos; inter cœteros autem Deos Cabar كبر quam & Venerem seu Luciferum interpretantur, adorasse; meminit huius

Macrobius de fano Veneris Anacitidis.

Simulachrum Veneris Anacitidis.

Venus Aphacitis.

Dagon piscis mœroris.

Artemidorus.

Venus Anaitis. *Strabo.*

Anaitidos sacra dicuntur Saca.

Hermolaus.

Cabar quænam Dea?

Ante Mahumetis aduentum Gentes Kabar adorabant.

ius Euthymius Zygabenus part. 2. panopl. tit. 24. *Saraceni*, inquit, *vsque ad tempora Heraclij Imperatoris colebant idola, Luciferumq; & Venerem, quam propriâ linguâ Chamar* (pro corrupta voce lege Cabar كبر) *quod magnum significat, appellant, adorabant*. Catacheſis quoque Saracenorum oſtendit, Saracenos ad legem veram reductos abiurare ſolitos Deos omnes, quos à Gentibus didicerant; ac inter cœteros ſpecialis ſit mentio Luciferæ ſeu Veneris, quam Cabar vocabant; verba abrenunciationis ſubiungam: Euthymius Zygabenus.

Ἀναθεματίζω τοὺς τὸν φωσφόρον θεσπωσαμένους ἀστρον τὸν Ἑωσφόρον, καὶ τὴν Ἀφροδίτην, ἣν καὶ τὴν Ἀέρβων γλῶσσαν Χαβὰρ ὀνομάζουσι, τετέστι μεγάλην. Id eſt: *Anathematizo eos, qui matutinum ſidus Luciferum & Venerem adorant, quam Arabum lingua* كبر *Kaba, quod Magnam ſignificat, nominant*. Luciferum autem & Venerem vnam & eandem ſtellam eſſe, pueri nôrunt. meminit huius Deæ Saracenicæ Cedrenus, qui inter cœtera argumenta, quibus probat, Mahumetanos falſa adhuc Numina colere, hoc vnum quoq; affert, quod Græcorum Venerem ſeu Luciferum diuinis honoribus coluerint. verba eius ſunt: Mahumetani ſolent abiurare Cabari.

Παλαὶ γὰρ εἰδωλολατροῦντες, καὶ τῇ παρ' ἕλλησιν Ἀφροδίτῃ λεγομένῃ, τετέστι, τῇ ἡδονῇ θεσπωσαμένους, καὶ τὸν ἀστέρα ταύτης τὸν Ἑωσφόρον ἐν μυθολογοῦσι· ὃν δὴ καὶ Κάβαρ τῇ ἑαυτῶν κακεμφάτῳ γλώσσῃ ἐπονομάζοντες, ὅπερ ἐστὶ μεγάλη, διέμενον ἕως ἄρτι τὸν Ἀφροδίτην Θεὸν ὀνομάζοντες. Ἵνα δὲ μὴ δόξωμέν τισι ψευδολογεῖν, σαφηνίζωμεν τὸ μέγα αὐτῶν μυστήριον. Ἔχει δὲ ἡ λέξις καὶ μυσαρὰς αὐτῶν, καὶ παμβεβήλους θεσπεσίας ἔτως; Ἀλλᾶ, Ἀλλᾶ, οὰ Κάβαρ, Ἀλλᾶ, καὶ τὸ μὲν Ἀλλᾶ Ἀλλᾶ Ἑρμηνεύεται, ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς, τὸ δὲ οὰ, μεῖζων. Τό τε Κάβαρ, μεγάλη, ἤτοι Σελήνη καὶ Ἀφροδίτη. ὅπερ ἐστὶν ἐστί. ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς μείζων, καὶ ἡ μεγάλη. εἶτ' οὖν Ἀφροδίτη Θεὸς, καὶ τοῦτο σαφηνίζει, ἢ ἐπαγωγὴ τοῦ τηλικούτου Ἀλλᾶ. ἅπερ ἅπαντα ὑπεκκεκρυμμένως τῇ ἰδιότητι τῶν ἑαυτῶν γλώττης λαλοῦσιν. Cedrenus.

Cùm enim antiquitùs falſâ ſuperſtitione ſeducti Venerem Græcorum, id eſt, voluptatem diuinis honoribus coluerint, ſtellamq; eius Luciferum eſſe fabulati ſint, quam etiam à magnitudine Kubar ſuâ ineptâ linguâ appellauerunt; in hunc vſq; diem Veneri nomen Dei tribuunt. Quod ne cui videamur fingere, explicabimus magnum eorum myſterium; verba obſcœnæ eorum & profaniſſimæ Orationis hæc ſunt: الله الله وكبر الله [*Allà Allà va Kubar Allà.*] *Allà Allà ſi interpreteris, eſt, Deus, Deus; va Kubar, id eſt, magnus, ſiue Luna & Venus, Deus; ita ergò habet; Deus, Deus maior & magna, nimirum Venus Deus. Atq; hoc Allà in fine adiectum indicat, quæ omnia proprietate ſui ſermonis occultata pronunciant.* Hucuſque Cedrenus. In qua recitatione aliqua ex ignorantia linguæ Arabicæ Cedreno ſubrepſiſſe reperio, quæ antequam vlterius progrediamur, corrigenda duxi. Primum eſt, quod Venerem vocet Kubar, contra Arabum communem appellationem, qui hæc verba Arabicè ſic pronunciant: الله الله وكبر الله *Allà Allà vaKabar Allà*; non igitur, كوبر *Kubar*. Sed كبر, quod propriè magnum ſignificat, Numen illud dicendum eſt. Verùm hoc illi ignoſcendum, vt qui pronunciationem Arabum non intellexerit. Alterum, excuſationem non meretur, quod per و ſeu particulam copulatiuam ipſe intelligat comparatiuam, hanc enim vocem idem eſſe ac (Maior) aſſerit: ſicut Kubar idem, quod magna; quaſi diceretur: Deus Deus va Maior, Kubar, magna Venus. Certè pueri nôrunt, و in Arabica lingua tantùm copulantis officio fungi, nec vllam aliam per ſe extra orationem poſſidere ſignificationem. Vndè multò Verba intuocationis Cabar. Inuocatio Cabar.

congruentiùs loquitur de hoc Arabum Numine Conſtantinus Porphyrogeneta, qui l. de adminiſtrando Rom. Imper. c. 14. vbi de genealogia agit Mahumetis, ſic ſcribit:

Conſtantinus Porphyrogen.

Περσθ'χον δὲ καὶ εἰς τὸ ἄ Ἀφροδίτης ἄστρον, ὅ καλοῦσι Καβὰρ, καὶ ἀναφωνοῦσιν ἐν τῇ προσθ'χῇ αὐτῶν ὕτως. Ἀλλᾶ ὺὰ Καβὰρ, ὅ ἔστιν, ὁ Θεὸς ἡ Ἀφροδίτη· τὸν γὰρ Θεὸν Ἀλλᾶ προσονομάζουσι, τὸ δὲ ὺὰ ἀντὶ τοῦ καὶ συνδ'ζουσι τιθέασι. καὶ τὸ Κάβαρ καλοῦσι τὸ ἄστρον. καὶ λέγουσιν οὕτ. Ἀλλᾶ ὺὰ Κάβαρ.

Adorant, inquit, *Veneris quoque ſidus, quod Cabar appellant, & inter orandum ita exclamant: Allà va Kabar, id eſt, Deus Venus, Deum enim Allà vocant, Va verò pro coniunctione, Et, ponunt; Cabar ſidus denotat; itaq; dicunt:* الله وكبر *Allà va Kabar.* Scribitur autem كبر Kabar maſculino genere, non fœminino كبيرة *Kabirat*, eò quod nullum habent in Dijs ſexûs diſcrimen, quemadmodum reliquos Orientales feciſſe diximus. non ſecùs ac Veneris ſtella, quæ & Lucifer, & Heſperus, & Venus paſsim vtroque ſexu nuncupantur apud Aſtronomos. His itaque præmiſſis, nunc quænam hæc Dea fuerit, diſcutiamus.

Bacchus & Vrania Arabum Dij.

Certè veterum Arabum Deos legimus ſolùm fuiſſe Bacchum & Vraniam, quam & Alilath ſuprà diximus, teſte Herodoto & Celſo apud Origenem. Cùm itaque Cabar inter alia quoque Numina Arabum ſeu Saracenorum vnum cenſeatur, vt Cabar, Alilath, & Vrania Venus eadem exiſtat, neceſſe eſt. Herodotus de Perſarum Vrania loquens, liquidò innuit eandem eſſe ipſam Aſſyriorum & Arabum Deam; eò quod Perſæ ab his omnem Vraniæ cultum didicerint: Ἐπιμεμαθήκασι τῇ Οὐρανίῃ θύειν παρά τε Ἀσυρίων μάθοντες, καὶ Ἀραβίων. Sed de ſexu Deorum hìc etiam meminiſſe iuuat. Vrania enim illa priſcis etiam ſimul & Vranus, & Iuppiter eſt appellatus. Vranus Ariano, Iuppiter autem Straboni; vtrique tamen duo duntaxat Numina ab ijs culta ſcribunt, alterumq; Dionyſium ſeu Bacchum nominant. Quòd autem Vranium Stephanus confundat cum Oboda, non id feciſſe cenſendus eſt, quaſi diuerſum à Baccho conſtitueret Numen; ſed nomine ſolummodò diuerſum. Cùm itaque Vranius ille Arabum nihil aliud ſit, quàm Sol; certè Vrania ſeu Kabar nihil aliud erit, quàm Luna, quorum ille paſsìm apud Arabes dicitur بعل سما *Baalſama*, hoc eſt, Dominus cœli; hæc بعلة سما *Beelteſama*; ſeu vulgò *Beliſama*, Domina cœli; ille à potentia & magnitudine كبر *Kabar*, hoc eſt, magnus, hæc eandem ob cauſam كبيرة *Kabiret*, magna dicta eſt: hæc igitur duo luminaria magna, fuerunt prima illa Numina veterũ Arabum, de quibus paulò ante diximus. Quòd verò τῷ Καβὰρ quidam Venerem eſſe aſſerant, id factum eſſe arbitror, quòd Venus & Luna ob ſimilitudinem, quos præſtant, effectuum paſsìm pro vna ſumantur; huius rei inter Græcos vetuſtus Scriptor teſtis eſt luculentus. Philochorus is eſt, qui Venerem & Lunam eandem eſſe affirmat; & ſacrificium ei facere viros cum veſte muliebri, mulieres cum virili, quod eadem & mas æſtimetur, & fœmina. Meminit huius quoque Rambam, Moreh nebuchim.

Herodotus.

Sexus Deorũ.

Vranius Sol eſt, & Cabar Luna.

Cur Cabar Venus ſit appellata?

Philochorus.

Rambam l. 3. c. 38.

תמצאהו בספר ט"מטם יצוה שילבש האיש בגד אשה צבוע

צבוע שיעמוד בכבב נוגה ותלבש האשה השריון וכלי
בעמדה למאדים ובו גם כן אצלי סבה אחרת וחוא שזה
הפועל מעורר התאוות ומביא לידי זנות:

Inuenies autem in libro טמטם *Tamtam* [*in versione Nebiensis est Centir.*] *quia dicitur ibi, vt vir induatur muliebri veste picta, cùm steterit ante stellam, quæ vocatur Venus, & mulier assumet loricam, & arma bellica, cûm steterit ante stellam, quæ dicitur Mars, est etiam apud me alia huius causa, quod opus hoc suscitet concupiscentiam & fornicationem.* Confirmat ea, quæ ex Maymonide attulimus, Iulius Firmicus. Is de errore profanarum religionum c.4. Assyrios Venerem coluisse scribit; cui aliter seruire Sacerdotum suorum Chorus non potest, nisi effœminent vultum, cutem poliant, & virilem sexum ornatu muliebri dedecorent. Et paulò post: *Quod hoc monstrum est, quodue prodigium? Negant se viros esse, & non sunt; mulieres se credi volunt, sed aliud qualisqualis qualitas corporis confitetur.* Quæ sanè verba apprimè conueniunt Astarthæ Sacerdotibus, & effœminatis Antistitibus Chamos & Phegor, de quibus in præcedentibus. Hinc Hesychius Venerem Assyrijs non malè dictam ait Δελφὰτ, videlicet à continuis pollutionibus, quibus in eius sacris effœminati illi Sacerdotes contaminabantur; est enim Syriaco idiomate, Masio teste, ܕܠܦܐ Delpha idem quod חיבור, coniunctio & copulatio Venerea, quam immundæ sequuntur pollutiones, ܕܠܦܐ sic dicta à ܕܠܦ quod stillare significat; quod verbum optimè quadrat Græco etymo Ἀφροδίτης, quo à spumando sic dicebant Venerem. Porrò Kabar Arabum Deam eandem esse cum Deliphat, seu Salambo, & Astartha, cœrimoniæ ei peragi à Mahumetanis quot annis solitæ iuxtà lapidem Brachtam, satis ostendunt; credunt ipsi super eum Abraham cum Agar coijsse, aut camelum ei alligasse cum Isaac filium esset sacrificaturus. atque in huius lapidis superficie Venerem incisam in hunc diem venerantur. Sed audiamus Anonymum quendam in Saracenicis, quem citat Meursius in notis in Constant. Porphyrog. ita differentem:

Ἐν ᾧ φασὶ κεῖσθαι λίθον μέγαν σκιάν τινα. τιμᾶσθαι δὲ τὸν τόπον ἐκεῖνον διὰ τὴν Ἀγὰρ ὁμιλήσαντα τῷ Ἀβραὰμ ὡς ἐπὶ τοῦ Καμήλου προσδιαλεχθῆναι, ὅτε τὸν Ἰσαὰκ ἔμελλε θύειν.

In ipso, inquiunt, *iacere lapidem grandem, imaginem Veneris referentem*; *honorare autem eum, eò quod super eum cum Agar confabulatus fuerit Abraham*, *vel etiam quod ad eum, cùm Isaac esset sacrificaturus, camelum alligârit.* Consentit his Euthymius Zygabenus, qui impiam Mahumetanorum idololatriam in hunc diem adhùc apud eos vigentem, confutaturus sic ait: *Nos*, inquit, *Christianos tanquam idololatras calumniantur, quoniam crucem, quam ipsi detestantur, adoramus. Nos autem ad eos dicimus; Cur vos igitur apud lapidem Brachtan commoramini, & eum osculamini? Respondent eorum aliqui; quia super illo cum Agar rem habuit Abraham; alij verò, quoniam illic, inquiunt, camelum alligauit, cùm esset immolaturus Isaac. Tùm nos ad illos; Vos non pudet adorare & colere lapidem, super quo cum muliere Abraham concubuit, aut camelum alligauit, & nobis vitio vertitis, quod Crucem, quâ Dæmonum vis euertitur, & Diaboli fraudes, ac doli dissoluuntur, adoramus; quanquam lapis iste caput est*

Vene-

Iulius Firm.

Ritus Sacerdotum ridiculi.

Deliphat quid & cur Venus dicta sit?

Lapis Brachtam.

Super lapidē Brachtam Abraham Agar cognouisse dicitur.

Meursius.

Lapis Brachtam Veneris caput refert.

Veneris, quam Ismaëlitæ quondam adorabant; nam si diligenter inspicias, nunc etiam sculpti capitis refert imaginem. Hæc Zygabenus Monachus. Quæ stabiliuntur in Catechesi Saracenorum, in qua omnes ad veram fidei semitam reuersi abrenunciare quoque tenentur honoribus lapidi Brachtam exhiberi solitis, his verbis: *Anathematizo etiam ipsam illam precationis domum in Make, in cuius medio iacere aiunt lapidem magnum, Veneris effigiem in se habentem, honorari autem istum lapidem, quasi Abraham super eo cum Agar coierit: aut camelum ei alligârit cùm Isaacum esset sacrificaturus.* Eos autem, qui precatum illuc eunt, ferunt alteram manum ad lapidem extendere, alterâ verò burem suam tenere, atque ita in Orbem sese circumagere, donec è vertigine offusis tenebris concidant. Erant autem illic septem lapides alij, qui à Saracenis iaciebantur contra Christianos; de quibus sic Catechesis Saracenorum:

Catechesis Saracenica.

Ritus ridiculi.

Ἀναθεματίζω τὴν μυθοποιίαν τὴν Μαωμεθ, ἐν ᾗ φησὶ γεγνῆσθαι τῷ Θεῷ οἶκον εὐχῆς ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσμαὴλ εἰς τὸ Βακχὲ ἤτοι τὸ Μάκε, ἢ Μακεχ, ὃν ὀνομάζουσι προσκυνητήριον τοῦ πατριάρχου. Καὶ προσεύχονται ὅπου ἂν ὦσι, καὶ ἔχουσι, στρέφουσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν πρὸς τὸ μέρος ἐκεῖνο. Ἀναθεματίζω καὶ αὐτὸ τὸ Μέκε, καὶ τὴν περιοχὴν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἑπτὰ τοὺς Σαρακηνῶν ἐκεῖ ῥιπτομένους ἑπτὰ λίθους καὶ τοὺς Χριστιανούς.

Anathematizatio.

Anathematizo, inquit, *fabulam Mahometh, in qua dicunt esse Deo domum orationis ab Abrahamo & Ismaële in* Μακὲ (*Mecha*) *Oratorium obseruationis seu vaticinij exstructam, & mandant, vt cùm sunt ibi orantes, vertant facies suas versus partem istam. Anathematizo etiam ipsam Mecham, & circuitum eius, & septem lapides ibi coniectos contra Christianos à Saracenis.* Meminit huius cœrimoniæ historia quoque Longobardica, sed alijs verbis: *Semel autem per singulos annos causa recognitionis ad domum, quæ est in Mecha, ire præcipiuntur, eamq; inconsutilibus tegamentis circumire, & lapides per media foramina pro Diabolo lapidando iactare; quam domum dicunt Adam construxisse, omnibusq; filijs eius, & Abrahami, & Ismaëli locum orationis fuisse. Demùm Mahometem eam domum sibi, cunctisq; gentibus tradidisse affirmant.* Annon hìc manifesta indicia latent cultus Veneris, quamuis falsis relationibus, & aliarum fabularum appositione nimium corrupta? Certè veteres Arabes quadratum saxum pro Numine veneratos testatur Maximus Tyrius serm. 38.

Hist. Longob.

Ἀραβίοι σέβουσι μὲν οὐ τινά δε οἶδα. Τὸ δὲ ἄγαλμα ὃ εἶδον λίθος ἦν τετράγωνος. *Arabes quidem quid venerantur nescio, simulachrum sanè, quod vidi, erat lapis quadratus.* Venerem verò sub figura quadrilateri saxi cultam quoque Pausanias tradit in Atticis:

Pausanias.

Ἐς δὲ τὸ χωρίον ὃ κήπους ὀνομάζουσι, καὶ τῆς Ἀφροδίτης τὸν ναὸν εἰσὶν ἐς λεγόμενον σφίσιν ὄξι λόγος, ὃ μὲν οὐδὲν ἐς τὸν Ἀφροδίτης, ἢ τοῦ ναοῦ πλησίον ἕστηκε ταύτης τὸ χῆμα μὲν τετράγωνον καὶ ταῦτα, καὶ τοῖς Ἑρμαῖς· τὸ δὲ ἐπίγραμμα σημαίνει τὸν ἀέρα Ἀφροδίτην τῶν καλουμένων μοιρῶν εἶναι πρεσβυτάτην.

De ea vrbis regiuncula, quam hortos vocant, & Veneris in ea templum, sinon nullus nobis sermo dictus est, ne quidem de Venere; cuius templo vicino adstitit figura, vt Hermæ quadrata, epigramma autem indicat Venerem cœlestem esse, earum quæ parcæ appellantur, natu maximam. Dysarem quoque priscum Arabum Numen, quod nos vel Bacchum, vel Mercurium interpretamur, sub quadrato saxo cultum, Author est Suidas, qui falsus nomine Dysaris, Martem

Dysares Numen Arabum idem cum Baccho.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

tem eum interpretatur, quasi diceretur Θεὸς Ἄρης, quem consule verbo Θεὸς ἄρης. Porrò cur Cabar Venus, & Dysares Mercurius sub huiusmodi quadrangularis saxi forma fuerint culti, huius rei nullam aliam causam reperio, nisi consuetudinem Ægyptiorum, à quibus Arabes vicini docti, pleraque sua desumpserunt; effingebant autem Isidem & Mercurium, quemadmodum suis locis probabimus, interdum sub forma quadrata, eò quod agriculturam & limitum ponendorum rationem primi inuenissent; vnde & Deorum terminalium seu limitaneorum exorta familia, varias passim ad circumuicinas gentes transmisit colonias. Verùm quia de hisce saxeis Deastris inferiùs ex professo agemus; hìc plura dicere supersedemus, ne in re toties repetita molestiam creemus Lectoribus; sufficit enim, nos hanc Veneris colendæ rationem ab Ægyptijs quoque promanasse, hìc obiter insinuasse. Quare ad nostram Vraniam seu Venerem cœlestem reuertamur; quam sanè aliam non esse quàm Lunam, Alilath, seu Noctilucam illam Hecaten, Lucinam, aut si quo alio nomine intituletur, suprà vidimus. Imò & Luna corniculantis figura Turrium & Meschitarum fastigijs imponi à Mahumetanis solita id manifestò indigitat. In honorem enim Deæ (Lunam & Venerem Deas distinguere non oportet) huiusmodi signa antiquitùs collocata sacrataque adeò certum est; vt de eo nemo dubitare possit, nisi superstitiosus forsan Mahumetis sectator; qui eam memoriæ fugæ seu Hegiræ Mahumeticæ (contigisse illa memoratur biduo post Lunæ cum Sole Synodum) attribuunt; sic enim in vita Mahumetis legitur Authore Abubecro:

Ab Ægyptijs quadrangularium Numinum cultus.

Cur Isis & Mercurius quadrati figura saxi colerentur.

Dij Terminales seu Limitanei.

وقام محمد ليلا بعد الهلال وهجر من مكه لاجلهم الذين كفروا من قبل
فداقوا وبال امرهم ولهم عذاب اليم ذلك بانه كانت تاتيهم رسلهم بالبينات
وقالوا ابشر يهدوننا وكفرو اوتولوا وحقروا لنا موسه ومكدا هجر منهـــم ۞

Abubecro.

Et surrexit Mahomet nocte post Nouilunium fugiens ex Mecha propter eos, qui ante infideles erant, & illi gustarunt pœnam negotij sui, & eis pœna doloris plena, eò quod venerint ipsis Apostoli eorum cum contractibus, & dixerunt, An homines dirigent nos? & infideles fuerunt, & tergiuersati sunt, & spreuerunt legem eius, insidiantes vitæ eius, & ideò fugere coactus est. Ab hac fuga annos hodiè putant Mahumetistæ omnes, & vocant سنة الهجره *Senathil hegirathi*, vel تاريخ الهجره *Tarichil hegirathi*, annos fugæ; auspicatissimam sanè legem, quæ à fuga incipit, & fugacibus nebulonibus; sed hoc purum putem mendacium; nam هجره *hegirath* est nomen Gentis Hagarenæ, & regionis, cui etiam attributa est Mecha. Quare æra illa non est æra fugæ, sed æra Hagarena; quia tamen etiam Arabes ipsi interpretantur fugam, esto fuga sanè, & fugiant omnes Mahumetani, quò, & quantum libuerit. Nos verò antiquitatem ab illorum mendacijs tutam asseremus; qui scimus illam vocem primigenia notione ab Hagarenis, non à fuga duci. Cultus igitur Lunæ cum æra Lunari, non à Mahumetanis, nec à fuga improbi impostoris, sed ab Hagarenis seu Ismaëlitis Mahumete multò vetustioribus processisse facilè colliget is, qui legerit, priscis Ismaëlitarum Regibus, eorumque camelis huius falcatæ Lunæ ornamenta, & gentis symbola fuisse veluti

Causa fugæ Mahumetis.

Cur Semiluna turribus Mahumetanis imponatur.

Hegirath non à fuga, sed ab Hagar dicta.

Feria sexta solennis hæc dies Veneris Mahumetanis.

veluti propria ; imò & feriam sextam, quæ Veneris dies dicitur, Arabes يوم الجمع *ium algiumah* vocant, hoc est, συνάξιν, ἐκκλησίαν, concionem, ὁμιλίαν, conuentum ; quem eodem loco, quo nos Dominicum, Iudæi Sabbathum habent ; hanc, inquam, feriam sextam, eiusque solennitatem aliundè non profluxisse nisi ab Hagarenis, ex illo patet, quod de huius diei celebritate nulla in lege Mahumetica fiat mentio. Ab antiquissimo igitur Saracenorum ritu eam excepêre Mahumetani : sextam enim feriam, vt supremæ Deæ sacram olim Saraceni Ægyptios, teste Politiano, imitati, vt suo loco dicetur, celebrabant ; idq; faciebant primò, quod Dominiũ Veneris in primam illius diei horam caderet ; Lunæ in vltimam. Quod verum esse patet ex dispositione planetarum in horis istius diei occurrentium. Cùm enim dies naturalis 24. horas contineat, necesse est, vt si die Sabbathi prima hora dominetur Saturnus, à quo Saturni dies denominatur, sequenti die, prima hora dominetur planeta ordine retrogrado sequens, duobus intermissis, nempè Sol, à quo denominatur dies Solis ; similiter die proximo Luna, vndè dies Lunæ, & in reliquis eodem modo deinceps vsque ad feriam sextam, in qua prima hora occurret Venus, secunda Mercurius, & sic de cœteris vsque ad vigesimam quartam horam, quam Luna occupabit, vti in exemplo hìc apposito apparet :

Dominium planetarum in horas & dies Septimanæ.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾

Vbi vides diem naturalem Venerem inchoare, claudere Lunam ; quæ verò sit ratio dispositionis harum horarum, alio loco fusè dicetur ; Latet enim hìc mysterium musicum, de quo vide librum decimum Musurgiæ nostræ vniuersalis, vti & Artem lucis & vmbræ, & suprà in Astrologia Ægyptiorum.

Feria igitur sexta ab Agarenis instituta videtur non sine mystica ratione, vt in qua Cabar seu Venus illa Ἐωσφόρος primam auspicaretur horam, Luna verò seu Alilath Vrania cœlestis vltimam horam occupando diem clauderet ; illa diei præses, hæc noctis. & quamuis illi olim distincti fuerint planetæ apud Orientales Astronomos, à posteris tamen paulatìm confusi, eam peperêre confusionem, vt Venerem & Lunam pro vna & eadem Dea passìm sumerent. Præterea huius confusionis hæc quoque causa esse poterit, quod antiqui Arabum Astronomi Venerem, teste Hyparcho, Lunam quoque dixerint ; an quia Lyncei illi Astrologi Venerem falcatas Lunæ facies affectantem olim etiam deprehenderunt ? certè multa olim scita fuisse, quæ nos modò veluti noua & recens inuenta cum summa admiratione intuemur, suprà in propylæo nostro ostendimus. Phœnomena enim Veneris crescentis decrescentisque Lunæ faciem induentis hoc seculo telescopij ope primùm adinuenta, cur Arabes prisci inuenire non potuerint, non video ; cùm & in obseruandis astris ingenij solertiam coniungerent continuis vigilijs, & aëre gauderent puro, nullisque vapidis impressionibus obnoxio. Quod si id deprehenderunt, certè mirum non est, eos Venerem cum Luna confudisse, ac ideò Lunam dixisse كبر, hoc est, magnam Venerem, aut Venerem paruam Lunam. Verùm

Cur veteres Arabes Lunã cum Venere confuderint.

Luna magna Venus. Venus parua Luna.

hisce

hiscè vtpotè coniecturis tantùm vlterius non insistemus, vnicuique liberum, quod volet credere relinquentes. Hoc vnum ex hiscè omnibus hactenus adeò prolixè demonstratis, collige. Cabar illam Arabum aliam nullam esse, quàm communem illam Venerem Asiaticam, Vraniam cœlestem, quam Ægyptij Isidem, Babylonij Dagon, Derceto, Atergatis, Phœnices Astarthen, Græci nunc Lunam, nunc Hecaten, Lucinam, Dianam, Proserpinam, aut alio nomine Arabes Alilath vocant, re eandem, nominibus diuersitatem effectuum denotantibus, diuersam esse; quæ quidem pleniùs in Mystagogia Ægyptia, Obeliscì Pamphilij, vbi mysticas horum nominum significationes profundiùs rimati sumus. Nunc ad alia.

CAPVT XVII.

Colonia Deorum Babyloniorum à Salmanassaro in Samariam deducta.

SAlmanassarus Assyriorum Rex, cùm Samariam diuturna illa trium annorum obsidione confectam, tandem in suam potestatem vnà cum habitatoribus redegisset; ne quidquam ampliùs negotij sibi facesseret intractabilis populi peruicacitas, eam coloniarum instituit permutationem, vt Samaritis veluti perfidis hominibus in Medorum vrbes amandatis, è Babylone verò, & de Cutha (à qua postmodum Samaritani Cuthæi quoque dicti sunt) de Ahaiad, & de Emath, & de Sepharuaim euocatis viris Samariticas vrbes, regionemque totam incolendam traderet; quo facto, ait sacra Scriptura, fecerunt singulæ Gentes sibi Deos suos, & reposuerunt in templis Excelsorum, quæ fecerant Samaritæ; Gens quoque in ciuitatibus suis, in quibus illæ habitabant; viri quidem Babel, Succoth Benoth; & viri Cuth fecerunt Nergal, & viri Hemath Asima; Auitæ autem fecerunt Nibbaz & Tartak; & Sepharuaim comburebant filios suos in igne ℣ Adramelech & Anamelech Dijs Sepharuaim. Iuxtà diuersitatem igitur Gentium & vrbium diuersos quoque Deos in Samaria constituerunt Babylonij, in hoc imitantes Ægyptios, qui iuxtà diuersitatem Nomorum seu vrbium, diuersa quoque Numina coluerunt, vti in præcedentibus ostensum est, à quibus Hebræi postmodum edocti Toparchas hoscè Deos in suas quoque vrbes receperunt; quam insaniam illis exprobrare videtur Ieremias, dùm ait: *Vbi sunt Dij tui, quos fecisti tibi? surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ; secundùm numerum quippè ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda.* Nam vt rectè Rassi & Radak hoc loco obseruant: *In omnibus & singulis vrbibus vnus erat Deus.* Quem veluti præsidem illius loci ritu gentium colebant, quemuè certis ritibus, cœrimonijs, & sacrificijs placare studebant, ad mala ab vrbe vel loco aliquo aueruncanda; quod indè colligitur, quia cùm primùm terram Samariæ colere cœpissent Assyrij & Babylonij, immissisque diuinitùs in eos leonibus, à quibus miserè vexabantar noui isti incolæ, totam hanc calamitatem sibi ob ignorantiam Dei terræ istius euenisse, crederent; re ad Salmanassarum renuncia-

Babylonij Ægyptiorum imitatores.

Ieram. c. 2. v. 28.

Ignorantia Dei terræ multa mala causare putatur.

ta, vnum de ſacerdotibus captiuis ad eos miſit, qui legitima Dei terræ eos doceret; atque hoc ſolo ἀλεξιφαρμάκῳ leonum feritas domita & extincta eſt. ſic Ægyptios, ob intermiſſum Crocodilorum cultum, ſolito plùs ab ijs infeſtatos apud Ioannem Leonem Africanum legimus, eoque reſtaurato mox belluas mitiores factas; quod & Herodotus, & Diodorus tradunt. Sicut igitur ob intermiſſum veri Dei cultũ varias paſsìm legimus Hebræos perpeſſos calamitates; ſic & Diabolus Dei Simia varias miſerias Gentilibus, ſi quando in cultu idolorum languerent, immittebat, vt eos veluti de irato Numine perſuaſos, in falſo Deorum cultu, arctiùs conſtringeret; ad hæc enim placanda Numina nihil tam erat immane, nil tam impium & crudele, quod non aſſumerent; horum reconciliandorum gratia, non honori, non famæ, non ſubſtantiæ, non proprijs denique filijs (queîs nihil ipſis eſſe poterat gratiùs & chariùs, vt de Molochi ſacrificijs vidimus) parcebant. verùm his obiter tantùm hìc indicatis, nunc ad colonias illas Deorum ex Babylonia in Samariam traductas reuertamur. Singulas igitur gentes, ſingula ſibi idola exſtruxiſſe Samariæ, ex citato ſuprà ſacræ hiſtoriæ loco patuit. Quæ qualia fuerint, nunc tempus poſtulat, vt ordine explicemus, initium facturi à Succoth Benoth.

Leones legitimis ritibus Deo terræ exhibitis domantur.

Ægyptij omiſſo cultu Crocodilorum ab ijſdem infeſtantur.

Diabolus Dei Simia.

CAPVT XVIII.

Succoth Benoth Idolum Babyloniorum.

Succoth Benoth.

QVid propriè ſibi velit Succoth Benoth, inter Authores controuertitur. Aliqui, inter quos & Seldenus, exiſtimant, Succoth Benoth, non tàm Deum, Deamque, quam fanum ipſum, ritus cœrimoniaſque circa illud ſacras denotare; fuiſſe autem Succoth Benoth nihil aliud niſi Milittæ ſeu Vraniæ Veneris templum, vbi puellæ corollis reuinctæ, & ſedentes ſingulis in ſpacijs, quæ funiculis diſtincta erant, hoſpites operiebantur, qui ritè imploratâ Venere Mylitta, pecuniâque quantulâcunque datâ (quæ Deæ ſacra) cum eis à fano ſubductis rem haberent. Nec cuiquam fas erat priùs diſcedere, niſi priùs iuxtà hunc ritum ex ijs ad res Venereas fuiſſet electa; vndè fiebat, vt per biennium nonnunquam, & triennium, potiſſimùm quæ deformes, & miſeræ ſorent, exſpectarent; lege ſiquidem patria omnibus fœminis erat commune, vt ſemel in vita ita deſidentes cum aduenis conſuetudinem haberent; cœterùm beatiores vehiculis cameratis tectæ, relicta à tergo magna famulitij turba, pro fano conſiſtebant. atque ex his & ſimilibus ex Herodoto & Strabone collectis aſſertionis fundamenta ſtabiliuntur. Verùm Succoth Benoth idolum fuiſſe, adeò certum eſt, vt contrarium ſentientem, contra ipſam ſacræ hiſtoriæ veritatem ſentire exiſtimem, cùm ſacra hiſtoria id ſimulachrum fuiſſe manifeſtis verbis indicet.

Quid Succoth Benoth.

Turpis conſuetudo.

Quale idolũ fuerit Succot Benoth.

וחיו עושים גוי אלהיו ויניחו בבית הבמות אשר עשו
השמרונים גוי גוי בעיריהם אשר הם יושבים שם ואנשי
בבל עשו את סכות בנות:

Et

Et vnaquæque gens, inquit, *fabricata est Deum suum, posuerunt q; eos in fanis excelsis, quæ posuerant Samaritæ, gens & gens in vrbibus suis, in quibus habitabant; viri autem Babylonij fecerunt Soccoth Benoth &c.* Vbi Succoth Benoth nequaquam per fanum intelligi potest, cùm idola facta ipsis fanis imposita dicantur, nisi fortè fanum fano impositum dicatur, quod asserere non dicam prudentis, sed stolidi fuerit: neque cœrimoniæ quoque intelligi poterunt, cùm ℭ fabricari, ijs congruere minimè possit; manet igitur Succoth Benoth idolum fuisse. Porrò difficultas sola est, quodnam idolum id fuerit. Seldenus nimis rigidè explodit hoc loco Hebræorum sententiam, Gallinæ figura id fuisse asserentium; ego verò eam tantùm abest, vt reprobem, vt potiùs in eandem manibus, pedibusque, vt dici solet, eam: est enim illa non Arabum tantùm & Assyriorum, sed & Ægyptiorum doctrinæ maximè consentanea. sed antequam id ostendamus, sententias Rabbinorum priùs hìc adducam. Radak in hunc locum commentans sic dicit:

Idolum Succoth Benoth Gallina cum pullis.

(את סכות בנות) כן היה שם ע"ז שהיו עובדים בארצם וראינו כי שם ע"ז של בבל היה שמה בל במו שאמר הכתוב כרע בל קורס נבו זה היה בימי נבוכדנצר כמו שאמר הכתוב בל כשם אלחיה אבל בימי מלך אשור היתה ע"ז שלהם סכות בנות ובדברי רז"ל סכות בנות זה תרנגולת כלומר דמות תרנגולת היו ע"ז עובדים והיה שמה סכות בנות וכמו שקורין לתרנגול סכוי כן היו קורין לתרנגולת סוכות ובנות פי' עם אפרוחיה:

Radak.

[*Succoth Benoth,*] *hoc fuit nomen idolo, quod colebant in terra eorum, & videmus quòd idolum Babyloniorum, tempore Nabuchodonosor Regis, iuxtà scripturam fuit Bel; verùm tempore Regis Assyriorum, idolum habuerunt nomine Succoth Benoth; & dicunt Rabbini nostri, memoria eorum in benedictione, quòd Succoth Benoth fuit Gallina, quasi diceretur, simulachrum Gallinæ colebant nomine Succoth Benoth. Nam quemadmodum Gallinam appellant* סכוי *Succui, hoc est, operientem; sic appellabant Gallinas Succoth, quasi fotrices & opertrices, & Benoth explicabant pullos eius, quos fouere & operire alis solent.* Huic consentit Rassi eodem loco:

סכות בנות דמות תרנגולת עם אפרוחיה:

Rassi.

Succoth Benoth simulachrum fuit Gallinæ cum pullis suis. Dicuntur autem Succoth Gallinæ, eò quod ♀ Benoth, hoc est, filiabus suis, dùm eas alis excipiunt, vmbraculi instar seu tabernaculi sint. Ex qua descriptione Rabbinorum ego colligo, Succoth Benoth nihil aliud fuisse, nisi simulachrum Veneris cœlestis (quam suprà nunc Alittam cum Arabibus, nunc Mylittam & Ilythian cum Syris diximus) in formam Gallinæ cum pullis effigiatum. Quod vt clarum fiat

Succoth Benoth idem cum Alitta Arabum.

Notandum est, antiquos Ægyptiorum, Chaldæorum, & Arabum Astrologos, cum frequenti cœlestium corporum inspectione, ac longâ obseruatione deprehendissent, eam Zodiaci partum, quam Tauri titulo insigniuêre veteres, maximè inter cœtera ζωοδοχάποιεια vitalem esse: vtpotè in qua Sol constitutus omnia vitali calore humoreque repleat; hoc enim signo terra viridi circundata veste, veluti in theatro se mortalibus spectan-

dam præbet, arbores luxuriantibus ramis dilatata, neſcio quid internæ ſalacitatis monſtrant; volucres denique, atque omnia reliqua animalia Veneris agitata prurigine prolificum meditantur coniugium; in ea aliquid ſuprà naturæ conditiones latere exiſtimarunt, vt proindè eam non niſi Deorum domum appellauerint; Lunæ quidem exaltatæ domum, eò quod dominio Lunæ maximè ſubiaceret; Veneris autem domum propriam, quod omnia inferiora fœcundô humore, Sole in ea conſtituto turgere viderentur.

Cur Tauri dodecatoriã tanti fecerint veteres.

Cùm verò Tauri ſignum, totum vndique eximiæ pulchritudinis ſtellis fulgeat, illas ſeptem, quas moderni Aſtronomi Pleiades, aut Succulas, vel Porcellos appellant, Gallinæ nomine ab antiquis vocatas reperio; tùm quod Gallinæ cum pullis referrent imaginem; tùm quod Venus Οἰκοδέσποινα huius dodecamorij gallinã, humore ac calore fœcundo inferiora fouendo, & ſuſtentando imitari videatur. Eſt enim gallina animal admodum ſalax, fœcundum, φιλότοκον; quæ Veneri, maximè ei, quam à pariendo ἰλήθειαν, ſeu Mylittam diximus, imprimis congruunt. Hebræi ſanè eandem ob cauſam non inconuenienter hanc conſtellationem עש, hoc eſt, à congregando appellandam cenſuêre; ſicut enim gallina congregatos pullos fouet; ſic Venus Succoth Benoth omnium in mundo congregatrix eſt & fotrix; vndè ab Hebræis hæc conſtellatio non malè dicitur conſiſtentia ſeculi. Inter omnes enim conſtellationes hæc nominatiſſima habetur in ſacris litteris, vt Iob c. 9. & c. 38. item Amos 5. quibus in locis paſsim Pleiadum & Orionis ſub nominibus עש *Aſch*, vel כימה *Cima*, & כסיל *Keſil* fit mentio; de quibus ſic Raſſi in 5. Amos commentans:

Gallina cœleſtis.

Pleiades quid notarunt.

Pleiades dicitur conſiſtentia ſeculi.

עש כימה כסיל *Raſsi.*

עושה כימה וכסיל זכר אלה חכוכבים כי בחם קיום התבואות בזמנים וזה הפך
זה משניהם קיום העולם ולא זקר שמש וירח אע'פי שבחם קיום העולם לפי שהם מושלים
כל השנה ואלה שני הכוכבים מושלים בזמנים ידועים בשנה והם צורך העולם ומשפטר
ואמרו ז'ל כי כימה עש יש בה צנה גדולה ומקטרא לפידות וכסיל יש בה חמימת גדול
ומכבשא לפידי ויאמרו כי כימה עש הוא זנב טלה:

[*Faciens Pleiades & Orionem*] *meminit*, inquit, *Iob harum ſtellarum, quia in ijs conſiſtentia fructuum ſeu reddituum in temporibus ſuis; & hæc contrarijs, quibus pollent, qualitatibus mundum conſeruant, & leges eius, & non meminit Iob Solis & Lunæ, etiamſi in ijs conſiſtentia ſeculi, eò quod ipſi regant totum annum, illæ verò conſtellationes ſint regentes tempora cognita in anno, & hæ neceſſariæ mundo, & legibus eius; dicunt autem bonæ memoriæ Rabbini noſtri, quòd Pleiades ſiue Succoth Benoth, ſit conſtellatio frigida, & veluti ligamentum quoddam fructuum; Orion verò ſeu Keſil conſtellatio calida, ad maturitatem eos perducens; dicunt etiam quòd conſtellatio Pleiadum ſit vltima pars ſeu cauda Arietis.* Huic poſteriori conſentit R. Abenezra:

Explicatio nominum.

R. Abenezra

עשהוא שבעה כוכבים בקץ טלה מהם ו' לבר נראים:

Id eſt, *Aſch conſtellatio ſeptem conſtans ſtellis in fine Arietis, quarum ſex tantùm videntur.* Rabbi Iona paulò propiùs ad veritatem accedit:

R. Iona.

עש הוא ו' כוכבים במזל אשר שהוא בלשון ישמעאלים אלתוריא:

Aſch

Asch, inquit, *constellatio septem constans stellis in signo, quod in Arabica lingua vocatur Taurus*. Et in 5. Amos:

עש וכוכבים במול שור דמותו תרנגלת עם אפרוחיה:

Asch, inquit, *sunt septem stellæ in signo Tauri, quarum figura veluti gallina cum pullis*. Hanc autem assertionem ab Arabibus videtur collegisse, qui Pleiadum hanc constellationem nunc الثريا *Altari*, nunc الدجاجه *Aldagageh*, hoc est, gallinam, frequentissimè verò dicunt بنات النعش *Benat algnasch* hoc est, filias sustentationis; quo vocabulo proximè ad Succoth Benoth alludunt. Sed audiamus Alhaghi Ben Ioseph, qui in Astronomia sua Arabica sic ait:

7. Stellæ Pleiadum exhibent figuram Gallinæ cum pullis.

Alphagi Ben Ioseph.

بُرجا الثور فيه بيت الزهره سلطانه الدم والعشره ايام منه تطلع الثريا
او بنات نعش ويصلح فيه زكوب البحر وزروع ☉

Signum verò Tauri, est in eo domus Veneris, dominatur sanguini (videlicet humido & calido) *& ab hinc post decem dies oritur Altaria seu Benath algnasch, & bonum est in illo maritima itinera conficere & seminare, omne opus agriculturæ exercere, & opus Veneri congruum*. Hanc igitur Succoth Benoth, aut *Benatalgnaghs*, seu alio nomine Venerem cœlestem appellare liceat, in magna veneratione olim fuisse Ægyptijs, Ælianus cumprimis hisce verbis testatur: *Venerem hanc Vraniam in vico Schusa nuncupato, non magno illo quidem, sed eleganti certè, quique in Hermopolitano Nomo, id est, Præfectura censebatur, religiosè & sanctissimè colere solitos esse; Vaccam quoque ideò veneratos seu Taurum, cùm ob domum cœlestem Tauri, cui ea præest, tùm ob affinitatem & conuenientiam, quam cum ipsa Dea habere existimatur*. Nam huiusmodi animal tanto impetu in Venerem incitatur, vt cum maris mugitum audit illa, ad coitum vehementissimè inflammetur. Ob eandem causam reperio Ægyptijs gallos & gallinas sacras fuisse; nam & Osiridi & Isidi, seu Soli & Lunæ, Æsculapio, Hermanubidi, Mercurio, Harpocrati, cœterisque Numinibus gallos & gallinas offerri solitas, Plutarchus testatur, maximè Cereri, quam eandem cum Iside facimus, eò quod Ceres ea Venus cœlestis dicatur, quæ præsit fructibus, & frumentis, qualem Succoth Benoth, seu Pleiadum constellationem, seu gallinam illam cœlestem esse, ex præcedentibus patuit; imò manifestis verbis indicat Plutarchus, cùm ait: *Equidem, quo tempore Ægyptij sacris operantur, multa eodem tempore similia apud Græcos aguntur. Nam & Athenis mulieres Thesmophoria obeuntes ieiunant humi desidentes, & Bœotij Achææ Megara mouent, festiuitatemq; eam molestam nominant, quod nimirùm Ceres ob Proserpinæ filiæ descensum in dolore sit. Fiunt hæc mense sationis, circa Vergiliarum* seu Pleiadum (quas nos Succoth Benoth esse diximus) *ortum, quem mensem Athyr Ægyptij* (sicuti & Isidem) *Pyanepsionem Athenienses; Bœotij Damatrium, id est, Cerealem nuncupant*. Ex quo patet, insigniores quasuis solennitates mense Athyr Vergiliarum seu Pleiadum ortui respondente, ab Ægyptijs & Græcis fuisse peractas, non alia de causa, nisi quod hanc cœli plagam, seu Tauri δωδεκατεμόριον, in quo Venus, aut Gallina illa cœlestis sedem suam fixit, præ cœteris diuiniorem respicerent, & humano veluti generi fauentiorem. Concludo tandem ex omni-

Pleiades agriculturæ conferunt.

Boum salacitas.

Gallinæ Osiri & Isi offerebantur.

Plutarchus.

Mense Athyr cur maximæ fierent solennitates.

omnibus hiſcè allatis, Succoth Benoth fuiſſe ſimulachrum gallinæ cum pullis, ſub quo Venerem colebant Babylonij, vt benè obſeruarunt Rabbini; Venerem, inquam, illam rerum omnium terreſtrium fotricem; eandēq; eſſe cum Venere, quam Arabes Alilath, Syri ملـــولا Mulitho ſeu Melittam, hoc eſt, generatricem vocant; Græci Latonam ſeu parturientium præſidem (Nam & huic ideò gallinas ſacras fuiſſe Ælianus docet;) aut quam Ægyptij Iſidem aut ſtellam Sotin appellant frugum Deum; vel denique quam Iunonem ſeu Syriam Deam vocat Lucianus; fuiſſe autem formâ gallinæ cum pullis expreſſam, ad fœcunditatem Veneris huius indicandam; ſicuti eandem expreſſerunt ſub forma piſcis ad vim in aquas ſeu humores innuendam. Indicat hanc variam picturam Lucianus in Dea Syria, vbi ſic ait: *Iuno autem, ſi propiùs contempleris, haudquaquam vnius ſpeciei formam præ ſe fert; nam in vniuerſum quidem, quod verè dixeris, Iuno eſt; cæterùm habet quidpiam & Mineruæ, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ, & Nemeſis, & Parcarum; altera quidem manu ſceptrum tenet, altera autem colum, & in capite radios gerit, & turrim, & cæſtum habet, quo ſolam Venerem cognomento cœleſtem exornant; foris autem & aliud illi aurum circumpoſitum eſt, & lapilli admodum precioſi.* Varijs itaque modis Aſtarthem illam ſuam, ſeu Iunonem, aut Syriam Deam, videlicet ad varietatem effectuum indigitandam exprimebant Aſſyrij; ita quidem, vt alij eam ſub ſpecie ſemipiſcis, veluti Dagonem, ſeu Derceten; alij ſub columbæ, aut gallinæ cum pullis, vti Succoth Benoth; alij alijs modis effigiarent, ſemper tamen alij & alij πολύμορφον, quemadmodum Deam Syriam effictam Lucianus ſcribit. Sed hæc frequentiùs forſan, quàm par eſt, inculcamus. Quare reuertamur ad inſtitutum noſtrum. Hebræi itaque non ſine ratione aſſerunt, Succoth Benoth ſimulachrum fuiſſe ſub forma gallinæ cum pullis; conuenit enim hoc ſymbolum, ſi quod aliud, Veneri. Accedit quod hæc opinio nequaquam conficta ſit ab Hebræis, vt Seldenus vult, ſed ex profundiſſimis Ethnicæ Aſtrologiæ myſterijs deprompta; quibus ſicut frequens & continua aſtrorum contemplatio occaſionem præbuit totius ſuperſtitionis idololatricæ, ita & δωδεκαμόριον hoc ♉, & fœcunda ſtellarum in eo occurrentium natura, facilè quoque Venerem ſub gallinæ & pullorum forma repræſentandi præbere potuit ſuperſtitioſis obſeruatoribus occaſionem. Certè monſtrant huius rei veritatem paſsim Numiſmata quædam antiquiſſima Mamertinorum, & Selenontinorum, in quorum vna ſuperficie occurrit gallus ſeu gallina cum ſeleni folio Veneri ſacro, in altera verò imago Tauri cornu comprehenſi; quibus ſanè ad nihil aliud niſi ad dicta myſteria reſpicere videntur. In Tianenſium quodam Numo etiam gallus conſpicitur erectæ figuræ ceu cucurritum edens, cui ſupra criſtam granum tritici, & à tergo aſtrum, ante talis inſcriptio: TIANO; ab altera parte Martis caput galeatum. Credendum igitur, gallum in tali Numo ita expreſſum eſſe, quoniam Martis ales eſt, & ipſi propriè ſacra; granum verò fertilitatis ex agricultura ſymbolum eſſe; quod ad ſtellam attinet, quæ pariter in aliquot alijs vicinorum populorum Numis conſpicitur, nonnulli eò referendum putant, quòd magna Græcia priùs Heſperia dicta ſit;

Simulachrum Succoth Benoth, gallina cum pullis.

Cur Dij toties formis diuerſis exhiberentur.

Lucianus.

Aſſyrij varijs modis exprimebant Aſtarthem.

Succoth Benoth ſimulachrum quale?

He-

Heſperum itaque ſiue Veſperuginem (quam Venerem eſſe pueri in Aſtronomia nôrunt) his Numis exprimi. Infinita hìc adducere poſſem ad dictarum rerum veritatem ſtabiliendam: ſed quia ea omnia alijs locis reſeruauimus; nihil aliud hìc reſtat, niſi vt figuram Succoth Benoth, iuxtà Rabbinorum opinionem ob oculos ponamus, vnà cum δωδεκαμοιρίῳ Tauri, vt curioſus Lector à nobis in præcedentibus forſan fuſiùs relata, in vnicum typum congeſta faciliter inter ſe comparare poſſit.

Typus Dodecamorij Tauri, quod domum Veneris, & exultationis Lunæ ſignum dixerunt veteres, exhibens ſitum Pleiadum, ſiue Succoth Benoth, aliarumque ſtellarum adiacentium.



Porrò quod Authores Hebræorum Pleiadum conſtellationem confundant cum cauda Arietis, id factum eſſe putem ex vicinitate Pleiadum ad caudam Arietis, vti typus monſtrat. Atque hinc quoque factum eſſe arbitror, quod Venerem Arieti inequitantem veteres Mythologi depinxerint, vel ob vicinitatem nimirùm Arietis ad Venereum ſidus Pleiadum, vel quòd in fine Arietis Venus virtutem ſuam exerere ſtatim incipiat. Pleiades verò, Hyades, & Virgilias paſsìm confundi videmus, vel ob congeries ſtellarum, quibus ſingulæ tres conſtellationes dictæ conſtant; vel quòd harum ortus, qui eodem ferè tempore fit, ſimiles effectûs & operationes in inferiori mundo præſtet. Mirum igitur non eſt, ſi Pleiades, Hyades, & Virgilias Authores vnam & eandem conſtellationem intelligant.

Pleiadum conſtellatio cur confundatur cum Ariete.

Venus Arieti inequitare cur pingatur.

Pleiades, Hyades, & Virgiliæ cur paſsìm confundantur.

Hanc itaq; congeriem ſtellarum, ſiue eæ fuerint Pleiadum, ſiue Hyadum, aût Virgiliarum, antiqui Chaldæorum Aſtrologi ob dictas rationes diuino honore ſub ea, quæ ſequitur, figura coluerunt.

Di-

Babyloniarũ fœminarum nefandus mos.

Dixímus hucuſque de forma & figura Succoth Benoth, nunc tempus eſt, vt de cœrimonijs, ritibuſque ei perſolui ſolitis pari paſſu diſſeramus. Lege itaque patriâ omnibus Babylonijs fœminis erat commune, vt ſupra quoque retulimus, ritè imploratâ Venere Mylitta, ſeu Succoth Benoth, ſemel in vita ſedentes profano in ſpatijs funiculis diſtinctis, corolliſque reuinctis, cum aduenis conſuetudinem habere. Sed de his & ſimilibus conſule Herodotum l. 1. & Strabonem l. 16. à quibus nos ea, quæ attulimus, hauſimus. Innuit has cœrimonias quoque locus ille Ieremiæ in epiſtola Barucho ſubnexa, vbi ſcorta Babyloniorum infectatur; ad hunc autem modum loquitur:

Herodotus. Strabo.

Αἱ δὲ γυναῖκες σχοινία ἐν τῇ ὁδοῖς ἐσκαθιῶ δὲ θυμιῶσαι τὰ παίτυρα. ὅταν δὲ τὶς αὐτῶν ἐφλκυσθεῖσα ὑπό τίνος τῶν παραπορευομένων κοιμηθῇ τῷ πλησίον ὀνειδίζει ὅτι οὐκ ἠξιώθη ὥσπερ, καὶ αὐτὴ οὐδὲ τὸ σχοίνον αὐτῆς διερράγη. *Mulieres*, ait, *funiculis circumdatæ in vijs ſedent, vt furfures adoleant; etſi quæ earum cum aduena quouis, qui vi eam ſibi attraxerit, cubaret, proximam conuitiabatur, quod nequaquam ſimili afficeretur honore, nec funiculus eius diſrumperetur.* Περὶ δὲ μόνας σχοίνια, quid fuerit, Seldenus ſe fatetur neſcire; nos dicimus per σχοίνια nihil aliud intelligi niſi funiculos iunceos, quos in vſum cortinarum, ſeu tabernaculorum extruendorum torquebant: σχοίνιον enim nihil aliud ſignificat, niſi funiculum ex vlua ſeu iunco paluſtri contortum; queîs funiculis ſtoreas ſeu cortinas eas in honorem Aſtaroth, ſeu Veneris Aſſyriæ texuiſſe ſuperiùs ſuſè indicatum eſt, & Herodotus ſatis oſtendit, cùm adytus, qui funiculis iunceis ad fœminam ſedentem ſeu ſcortum protenſi erant, vocat, δεξόδους σχοινοτένεας, hoc eſt, adytus vndique iunco opertos; quæ & à Rabbinis בתי קדשי hoc eſt, domus ſcortatorum, à Ioſia l. 4. Reg. dirutæ, dicuntur. Cùm enim, vt ſuprà dictum eſt, ſcorta huiuſmodi profano Succoth Benoth, ſeu Mylittæ ſedentes hoſpitum aduentum operirentur; tabernacula ſua ſeu tentoria

σχοίνια quid?

Vide caput de Aſtaroth.

tùm

tùm ad aëris Soliſque moleſtiam euitandam, tùm ad Venereas cœrimonias cum aduenis peragendas vluâ, iuncouè tegebant. Hinc Athenienſium prodijt ἀπεσχοινίζειν, quo vocabulo vſi ſunt, cum protenſis iunceis cortinis, profanos à ſacrorum iudicijs arcerent; ita Pollux l. 8. & Demoſthenes τὸν ἀπεσχοινισμένον vtitur de eo, qui foro ἀπεσχοινισμένῳ excluditur, quod notauit Harpocration. *Pollux. Demoſthenes.* In Veneris autem, ſeu Mylittæ, aut Succoth Benoth fano puellæ conſidentes imitabantur Venerem illam Succoth Benoth, cuius proprium eſt generationi proli, quemadmodum illæ faciebant, vacare. Debebant enim ſacra conformia eſſe, & cœrimoniæ ſacrorum ad actiones Numinis, quod colebant, analogæ; quod benè notandum. Hinc oblationes conformes quoque erant ad Succoth Benoth, ſeu Venerem gallinam illam cœleſtem, cùm ei ſurſures, farinam, molas ſalſas, libamina, & placentas offerebant, quæ grata eſſe gallinis ſciebant; ſcorta enim τὰ πίτυρα θυμῶσαι, hoc eſt, ſurfures offerre ſolita, ex paulò ante citato loco patuit; ἁλύχους verò ſeu ſalſas molas ſparſas, ſeu θυλήματα Virgilius tradit, & Theocritus θύειν τὰ πίτυρα Hecatæ, ad conciliandum amorem, conferre. *Oblationes quæ fiebant Succoth Benoth. Virgilius. Theocritus.* Certè placentas quoque ei oblatas colligitur ex illo Ierem. c. 8. v. 18. *An tu non vides, quid ipſi faciunt in ciuitatibus Iehuda, & in plateis Ieruſalem? Filij colligunt ligna, & patres accendunt ignem, mulieres verò ſubactæ farinæ maſſam apponunt, vt faciant placentas Reginæ cœlorum.* Vbi Ionathas Chaldæus Pataphraſtes vertit, ſtellis cœli. Verba eius ſunt:

ונשיא ליישן למעבר כרדוטין לכוכבת שמיא: *Ionathas Chaldæus Paraphraſtes.*

Mulieres verò deſtinabantur facere placentulas ſtellis cœli. Quem locum Raſſi fic interpretatur:

לעשות כוונים דפוס חכוכב מלכת חשמים כוכב חגדול חיו קורין מלכת חשמים לשון מלכה: *Raſsi.*

Vt facerent placentas, impreſſus textus, inquit, *habet, ſtellæ Reginæ cœli, ſtellam enim magnam vocauerunt lingua Græca, Reginam cœli.* Radak in hunc locum commentans propiùs adhuc accedit, cùm dicit:

חבנים כל בני חבית מחעסקים בעבורה זו לשכר שיקבלו בעבודה לעשות כוונים מיני מאכלים שחיו מכינים ומגישים למלאכת חשמים: *Radak.*

Filj, inquit, *totius alicuius familiæ occupabantur in hac ſeruitute, vt conducti offerrent ſeſe in ſeruitutem, & facerent placentulas, quæ ſunt certa genera eduliorum, quæ præparabant, & offerebant operi cœli.* Vbi per opus illud cœli nihil aliud, niſi artificiatum aliquod opus ad exemplar conſtellationis alicuius factum (quale Succoth Benoth fuiſſe ſuprà diximus) intelligi monſtrat citatus Radak ſequentibus verbis:

וי"ת כוונים כרדוטים למלכות חשמים חסר א' ופי' כמו מעכש חשמים כלומר לכוכבים וי"מ למלכת חשמים לשון מלוכה ר"ל לכוכב גדול שבשמים וי"ת לכוכבת שמים:

Et Ionathas explicat כוני *Kuanim*, כרדוטי *Cardutim, hoc eſt, placentas ex farina, & ouis, & melle confectas* למלכת חשמי *Reginæ cœli*; (deeſt hìc א & prò- indè explicatur Regina, ſicut ſuperiùs מלאכת opus) *& ſignificat quemadmodum deinceps, Reginæ cœli, quaſi diceretur ſtellis; dicitur autem Regina cœli,* *Regina cœli quænam vocatur.*

lingua Græca scilicet, stella magna in cœlo, quam Ionathas vocat stellam cœli, Arabes Kabar. E quibus patet Idolum, cui furfures, & farinam, & ὀλόχυτα, & θυλήματα, seu placentulas scorta Venerea sedentes, offerebant; constellationem aliquam fuisse, quam Reginam cœli ob miraculos effectus dicebant; qualem constellationem Succoth Benoth in præcedentibus fuisse probauimus. Quòd autem Seldenus ex R. Salomone referat, placentulas Reginæ cœli imagine insignitas, mihi sanè diligentissimè id inquirenti in dicto Authore reperire non licuit; verisimile tamen est, placentulas hasce figura idoli Succoth Benoth, videlicet, gallinæ cum pullis fuisse insignitas; didicerant enim hoc Babylonij ab Ægyptijs, qui, teste Plutarcho, in placentulis mense Tybi, seu festo aduentus Isidis è Phœnicia ligatum Hippopotamum effingebant.

Seldenus.

Plutarchus.

Sed contraho calamum, ne molestâ earundem, & sæpè iam inculcatarum rerum repetitione Lectori nauseam moueam. hoc vnicum dico, quòd qui hæc cum præcedentibus benè contulerit, videbit Succoth Benoth, eandem omninò esse cum Venere illa communi omnibus Asiaticis, & siue eam cum Arabibus Alilath, siue cum Syris Mylitham, cum Phœnicibus & Sidonijs Astarthen, Dagon, seu Dercetam cum Azozijs, & Assyrijs, siue cum Babylonijs Succoth Benoth, siue denique cum alijs, alijs nominibus dixeris, nihil aliud dixeris, nisi magnam illam Deorum Matrem, virtute multiplicem. Sed nos his relictis ad alia pergamus.

CAPVT XIX.

De Nergal, cœterisque Samaritanorum Idolis.

Samaritani cur odio habiti ab Hebræis.

MVltæ causæ sunt & rationes, cur Samaritanos Hebræi tantò odiò prosequerentur, quarum aliquas refert liber Esdræ 2. & Iosephus antiquitatum Iudaic. Eæ autem inter cæteras fuerunt, quod Samaritani, ne muri Hierosolymitani ædificarentur, variè obstiterint; & Nehemiæ insidias struxerint; cœterarum meminit Abenezra his verbis:

R. Abenezra.

מה עשו עזרא וזרובבל בן שאלתיאל ויחושע בן יחצדק וקבצו את כל הקהל
אל היכל יי והביאו שלש מאות כהנים ושלש מאות שופרות ושלש מאות ספרי תורה
בידם והיו תוקעים וחלוים משוררים ומזמרים ומנדין את כותיים בסוד שם המפורש
ובכתב הנכתב על חלוחות ובחרם בית דין העליון ובחרם בית דין התחתון שלא יאכל
אדם מישראל פת כותי עד עולם מאכן אמרו כל האוכל בשר כותי כאילו אוכל בשר
חזיר ואל יתגייר אדם כותי ואין להם חלק בתחיית המתים שנאמר לא לכם ולנו לבנות
בית אלהינו לא בעולם הזה ולא בעולם הבא ועוד שלא יהיה להם חלק ונחלה
בירושלם:

Quid fecerunt Esdras & Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedek? coegerunt omnem congregationem in domum Domini, & venire fecerunt trecentos sacerdotes, & trecentos pueros; trecentæ autem tubæ, & trecenti libri legis erant in manibus eorum; illi autem clangentes tubis, Leuitæ verò canentes, & psallentes fugauerunt Cuthæos per secretum Nominis expliciti, & per scripturam

scri-

ſcriptam ſuper tabulas, & per anathema domus iudicij inferioris, vt nullus Iſraëlita comederet buccellam Cuthæi in æternum. Ab eo tempore pronunciarunt: Quicunq; comederit carnem Cuthæi, ſicuti qui comedit carnem porcinam. Neq; fiat Cuthæus proſelytus; neq; ſit illis pars in reſurrectione mortuorum, ſicut dictum eſt, non nobis & vobis ædificatio domus Dei, neque in hoc, neque in futuro ſæculo; & adhuc non ſit illi pars & hæreditas in Hieruſalem. Hæ itaque rationes erant irreconciabilis iſtius odij, quibus accedit adhuc vna, eaque maxima, quod Gentium ritûs & conſuetudines nimis ſuperſtitiosè obſeruarent, cultum idolornm cum veri Dei cultu coniungentes; vndè & ſtultus populus dicitur, Eccleſiaſtici c. 50. v. 27. *Duas gentes odit anima mea, tertia autem non eſt gens, quam oderim; qui ſedent in monte Seir, & Philiſthijm, & ſtultus populus, qui habitat in Sichimis.* Eo autem vſque odio etiam nunc feruntur in Samaritanos Iudæi, vt coria, & pergamena ab ijs præparata profana cenſeant, in ijſque legem aut Thepillim deſcribere illis ſit illicitum; iuxtà illum Rambam p. 1.

כל דבר שצריך מעשה לשמו אם עשהו הכותי פסול :

Rambam.

Quicquid neceſſe eſt fieri nomine ſuo, ſi illud faciat Cutheus, profanum eſt.

Accendebatur odium illud in cordibus Hebræorum ob ædificationem templi in monte Garizim; cuius quoque meminit Seduna Patriarcha Gazenſis iu relatione de Samaritanis, Samariticis characteribus conſcripta.



Samaritana lectio ex Seduna Patriar. Gazenſis relat. Bibl. Vat.

Illo tempore cùm diſcederet Alexander è Ieruſalem, egreſſus eſt ad eum Saneballet cum Iſraël, & filijs Ioſue ſacerdotis magni, qui affinitatem contraxerant

cum Cuthæis, quoſq; fugauerant Eſdras, & Nehemias à domo Domini; petijtq; ab Alexandro vt ſacerdotes generis ſui ædificarent templum in monte Garizim. quo facto, diuiſus eſt Iſraël in duas partes; pars populi ſecuta eſt Simeonem Iuſtum, & Antigonum diſcipulum eius, & congregationem eorum, iuxtà id quod ab Eſdra & Prophetis acceperant: pars autem alia Sanbellet, & generos eius. obtuleruntque holocauſta, & ſacrificia extra domum Dei, & commenti ſunt de corde ſuo inſtituta, & ſimulachra gentium. In domo autem iſta ſacrificio functus eſt gener Sanbellet Manaſſes filius Ioſue, filij Ioſedech ſacerdotis magni. Tunc etiam Sadok, & Baitus diſcipuli Antigoni fuerunt in caput, & hoc principium fuit hæreſeos. Nam iuerunt tempore Antigoni magiſtri ſui in templum Garizin, fueruntq; in capita. Quæ verba ita congruunt verbis R. Abrahæ in Cabala, & libri Iuchaſin, vt penitus tranſcripta videantur à Seduna. Præ cœteris igitur gentibus Idololatriæ deditos Samaritanos fuiſſe ex exprobrationibus illis à Iudæis fictis conſtat. Nam præter communia ſimulachra in Samariam à Babylonia deducta, Nergal quoque ſingulari cultu coluiſſe leguntur. Quod tamen, & quale idolum fuerit, incognitum eſt Latinis Authoribus; à cœteris igitur huius nobis aliqualis cognitio petenda eſt. Seldenus arbitratur, Nergal ab Hebræo נר & גל, quod lucernam & volutionem ſignificat, deriuatum, nihil aliud fuiſſe, quàm ignem perennem à Cuthæis religiosè ſeruatum. Verùm hoc repugnare videtur verbis ſacræ Scripturæ, quæ Nergal Numen ſculptile fuiſſe, ſicut cœtera idola, à Cuthæis efformatum, aſſerit. Non deſunt, qui exiſtiment Nergal fuiſſe ſimulachrum columbæ ſpeciè. Narrant enim Rabbini Thalmudici, tractatu Cholin, ſect. 1. inuentum eſſe in vertice montis Garizim idolum ſimilitudinis columbæ, vndè iudicati ſunt omninò tanquam populi terræ; verba ſunt:

בזמן ר' מאיר נמצא צלם בהר גריזים, דמותו דמות יונה ומכאן יחיו נדונים לגמרי בגויי הארץ:

Temporibus R. Meir inuentumeſt in monte Garizim ſimulachrum ſimilitudinis columbæ, vndè iudicati ſunt omninò tanquam populi terræ. Meminit huius columbæ quoque R. Azarias cap. 21. אמרי בינה aitque Semiramidis vexillum fuiſſe, & poſteà Aſſyriorum; vndè Ierem. c. 25. *Facta eſt terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ.* Occaſionem autem huius vexilli eligendi Diodorus Siculus libro tertio refert, quod Semiramidem recens natam aues, præcipuè columbæ aluerint; vndè, inquit Diodorus, gentile nomen Semiramidi ab auium pipitu, & minurizatione impoſitum, quod Rabbinus ille à זמיר, Chaldaicè זמרא, Zain in Samech, ob ſoni affinitatem, permutatione non improbabiliter deducit, quaſi diceretur, Zamiris pro Semiramis. Ait præterea à populos quoſdam Semiramidis memoriam ita coluiſſe, vt ab eſu columbarum omninò abſtinuerint; quæ omnia ijs, quæ ſuprà de Derceto, & Dagon Aſſyriorum idolis retulimus, congruunt. Tandem concludit Samaritanos, qui ex Aſſyrijs oriundi erant, in Semiramidis honorem, & memoriam columbæ idolum in monte Garizim erexiſſe, & coluiſſe. Alij volunt, vti Gedelias, hoc fuiſſe idolum, quod Iacob ex Aſſyria allatum prope vrbem Sichem ſubter terebynthum fodit, Gen. 35. Quicquid ſit, certum eſt, Samaritanos columbam ſicut cœteros Aſſyrios coluiſſe

R. Abraham in Cabala 4. libri Iuchaſin ſiue genealogiarum.

Nergal Samaritanorum idolum.

Seldenus.

Nergal non fuit ignis veſtalis, ſed ſculptile.

Rabbini Thalmulici tract Cholem ſect. 1

R. Azarias.

Ierem. c. 25.

Diodorus Siculas.

Semiramidi vndè nomen impoſitum.

Gedelias.

coluiſſe. Vtrum autem hoc idem fuerit idolum cum Nergal, meritò quiſpiam dubitare poſſet; aliqui ex Rabbinis, vt dictum eſt, id exiſtimant. Nos diuerſum eſſe, atque à cœteris diſtinctum arbitramur; ita quidem, vt per columbæ ſimulachrum Samaritas Dercetam, ſeu Adergatim, aut Semiramidem coluiſſe aſſeramus. rationes vide ſuprà proprio loco traditas. Nergal autem fuiſſe ſimulachrum Galli gallinacei ſpecie, ſub quo Solem, aut ignem Perſæ, ex quibus Cuthæi oriundi, olim colebant, fuiſſe reperio. Hoc, vt credam, Authoritates multorum me mouent; nam Seduna Patriarcha Gazenſis, in ſuprà citata relatione Samariticis literis ſcripta, ſcribit; Nergal galli ſimilitudinem habuiſſe; verba eius Samaritica proferam:

Nergal galli ſimilitudinem habebat.



Seduna.

Ki Abinu ſabakim, & thorath Adonai ve haiu gnobedim tagnauuat tharnigol, ſchè neemar belſchon ſomroni Nergal. Hoc eſt: *Quoniam reliquerunt Patres noſtri legem Dei, & ſeruierunt Nergali idolo galli ſimilitudine, dicitur enim in lingua Samaritica gallus Nergal*, ideò, & cœtera quæ ſequuntur. Quibus verbis adſtipulatur Baal Aruch, qui Nergal idem eſſe aſſerit, ac תרנגול, quod Hebræis gallum ſignificat; verba eius ſunt:

נרגל ב׳פ׳ ד׳ מיחות ב״ג הנורד בשמו עשו את נרגל ומאי ניהו תרנגול :

Baal Aruch.

Hoc eſt, *Nergal in comment. qui vocatur* ד׳מיחות *arba mithoth, in tertia diſt. tit. hannoded biſmo, in nomine eius fecerunt Nergal, & indè eſt* תרנגול, *hoc eſt, gallus gallinaceus*. Diſtinctiùs id explicat Onomaſticon Syrum apud Maronitas:

Onomaſticon Syrum.

Et viri Cuth coluêre Nergal. Eſt autem Nergal ſimulachrum ſub forma & ſimilitudine galli gallinacei. Confirmat hæc omnia Raſſi, in comment. ſupra 17. l. 4. Regum, vbi ſic ait:

סכות בנות דמות תרנוגלת עם אפרוחיה ונרגל תרנגול :

Raſſi.

Succoth Benoth erat forma gallinæ cum pullis ſuis, Nergal verò, figura galli. Conſentit hiſcè Guido Fabricius in Dictionario ſuo Syro-Chaldaico, verbo Nergal. Eſt itaque Nergal vox Samaritana, & idem ſignificat quod תרנגול, videlicet gallum; quod exigua differentia, quæ inter נרגל Nergol, & תרנגל Tharnigol, ſatis demonſtrat. His itaque præſuppoſitis concludo, Nergal, quod Cuthæi feciſſe ſibi ſacra hiſtoria memorat, nihil aliud fuiſſe, quàm idolum ignis ſeu Solis ſub figura galli gallinacei, ignis Soliſque proprietatibus *κατὰλόγως* reſpondente, cultum. Cùm enim Cuthæi origine Perſæ eſſent, Perſæ verò Solem & ignem ſub varijs animantibus, Solem aut ignem repræſentantibus, colerent; veriſimile eſt Cuthæos ritus huiuſmodi idololatricos in Samariam migrantes, deinceps retinuiſſe. Perſas autem Solem & ignem coluiſſe, ſuperiùs fuſiſſimè probatum eſt. Reliquum igitur eſt, vt probemus, gallos apud Perſas in ſummo honore

Guido Fabric

Nergal vox Samaritana.

Nergal idolũ ignis, ſeu Solis ſub figura galli.

Perſæ gallos colebant.

honore habitos. Ac primò quidem Aristophanes, author omni exceptione maior, apud Alexandrum ab Alexandro eum honore habitum à posteris, eò quod gallus Persis olim imperârit, Martique sacrum fuisse, hisce verbis monstrat in auibus:

Aristophanes.

Ὄρνις ἀφ' ἡμῶν τοῦ γένους τοῦ Περσικοῦ
Ὅστις λέγεται δριμύτατος εἰς πανταχοῦ
Ἄρεως Νεοττός.

Auis à nobis genere Persico
Qui dicitur grauissimus vbique
Martis pullus.

Scholiastes. Ad quem locum Scholiastes: Μηπότε νυῦν τὸν ἀλεκτρύονα λέγῃ. Μῆδος γὰρ λέγεται, Ἄρεως δὲ νεοττὸς, ὅτι ἄλκιμος, καὶ μάχιμος. *Nunquam iam gallum dicit. Medus enim dicitur, & pullus Martis, quia fortis & pugnax.*

Ad cultum hunc promouendum non parùm facit, quod Persia prima gallos produxisse dicatur, indèque eos in alias Orbis terræ regiones auectos; verba Athenæi sunt: *Menodotus Samius libro de ijs, quæ visuntur in Iunonis Samiæ templo, inquit, Sunt illic pauones Iunoni sacri, primi quidem in Samo editi ac educati, indè & euecti, ac in alias regiones diuecti, veluti galli è Persside, & quas Meleagridas vocant, ex Ætolia, vndè gallus passim Persica auis audit.* Hesychius inquit, Περσικὸς ὄρνις ἀλεκτρύων. Suidas etiam Persicam auem vocat: Περσικὸς ὄρνις ὁ ἀλέκτωρ διὰ τὴν λοφιάν, καὶ ὅτι τὰ πολυτελῆ οἷς ὁ Βασιλεὺς ἐχρῆτο, ἐκαλεῖτο Περσικά. *Persica auis dicitur ob cristam galeæ, & quod sumptuosa quæuis, queis Rex vtebatur, vocabantur Persica.* Hinc Persarum milites Galli nuncupati sunt à Caribus, ob conos, quibus galeas ornatas habebant, eaque de causa Artaxerxes hominem è Caria, qui Cyrum iaculo vulnerasse creditus est, eo honestauit præmio, vt gallum aureum lanceâ præfixum ante aciem ferret: Author Plutarchus in Artaxerxe. Multis itaque capitibus gallus Persis sacer fuit, potissimùm verò Marti, quem nos in præcedentibus cum Mythra quoque confudimus, & pugnacem seu reluctantem quandam vim in Sole eluceſcentem ex Plutarcho ostendimus; est enim gallus Martis Simia; quod magnanimitas, fortitudo, audacia, pugnacitas, galea, calcaria, circumspectio, & vigilantia, summa adhæc salacitas & lasciuia, aliæque proprietates Marti competentes satis demonstrant. Mirùm igitur non est, si Persæ Solem, quem per Mythram, hoc est, lapidem illum candefactum intelligunt, sub galli forma expresserint; Venerem autem per gallinam cum pullis.

Galli gallinacei ex Persia primùm prouecti. Athenæus.

Hesychius, Suidas.

Persarum milites Galli nuncupati.

Plutarchus.

Quanta Martem inter & Venerem sit amicitia & sympathia, nullus est, qui ignoret; quanta vtriusque salacia, satis ostendunt Mythologi, dùm illi salaciſſima animalia Gallum & equum; huic gallinam, arietem, cui Venus obequitet, passeres ad hæc currum eius trahentes, columbas, similiaque Venerea animalia attribuêre: sunt enim hæc symbola seu hieroglyphica quædam salacitatis, quâ Venerem, Martemque feruêre indigitant.

gitant. Verùm de his alibi copiosior dabitur dicendi materia; quare ad alia Numinum monstra explicanda progrediamur.

Numina, quæ Samaria colat, vin' scire? tuere,
Semihominemq; asinum, semihominemq; canem:
En capriceps, gallina, pauo, saxumq; trigonum,
Et sidus cœli: Numinis illa loco.

1 Thartac Typhon.
2 Nibbaz, Anubis.
3 Asima, Mendes, Pan.
4 Succoth Benoth.
5 Anamelech.
6 Ciun, Rephan, Saturnus.
7 Marcolis, Mercurius.
8 Nergal, Harpocrates.
9 Nesroch, tabula Arcę Noë, Ia-
10 Adramelech, Iuno. (nus.

CA-

CAPVT XX.

Asima, Nibhaz, Tarthac, Anamelech, Adramelech.

DE Asima Emathitarum Numine Rabbini variè sentiunt; quidam id ab אשם, quod oblationem pro delicto significat, deductum, pro quouis pecore accipiunt; sic Radak:

Radak.

אשימה אימרא כמה דתימא באיל האשם:

Asima dictio, quasi compleretur in pecore sacrificium seu oblatio pro peccato, R. Elias Germanus in Tisbi, existimat Asima Simiam esse:

R. Elias. ואומר אני שיותר נכון לאמר שהוא כלשון עשו את אשימה שהוא חקוף וכן נקרא בלעז שמייא:

Asima hircũ significat. *Ego autem*, inquit, *dico, quod magis conueniat dicere*, אשמאי *venire ab illo Reg. 2. c. 17. Fecerunt sibi Asima; significat enim Asima illo loco Simiam; sicuti & Italicè Simia vocatur*. Alij tamen veriùs hircum seu capram interpretantur Asima; quasi diceretur simulachrum hirci absque lana; ita Baal Aruch, voce אשימה:

Baal Aruch.

אשימא בפ"ר ד' מיתות נמסרו לב"ד בגמ הנודד בשמו ואנשי חמת עשו אשימא ומאי ניחו ברחא קרחא פי ברחא תיש קרחא שאין לה צמר והוא בקרח ולכן נקרא אשימא שהוא שמם מצמר:

Asima, in commentario, quod incipit מיתות ד' *arba mithoth*, & *in Gemarah hanoded bismo, in illum locum, Fecerunt viri Æmath Asima, tradunt Rabbini nostri, quòd Asima sit hircus caluus, cui non est lana, ac ideò dicitur Asima, quod desertus sit à lana*. Cui Rassi consentit in locum dictum sic commentans:

Rassi. אשימא דמות תיש וכן קרויין בלשון כל אומה ואומה ובן פירשו רז"ל בסנהדרין:

Asima, inquit, *simulachrum erat similitudine hirci, & sic legunt hoc omnes, & sic explicant hoc vocabulum Rabbini nostri in Sanedrin*. Hinc Iudæi Samaritanis exprobrabant, quod Pentateuchũ suũ inciperent: בראשית ברא אשימה *In principio creauit Asima cœlum & terram*; ita enim Abenezra in præfatione ad Hester, vbi de lege Hebræorum à gentilibus recepta loquitur:

Abenezra. והעתיקוהו חפרסיים ונכתבה בדברי הימים שכל מלכיהם והם חיו עובדי עבודה זרה והיו כותבים תחת השם הנכבד והנורא שם תועבתם כאשר עשו כותיים שכתבו תחת בראשית ברא אלהים ברא אשימא:

Et transferri curarunt (legem Hebræorum) *Persæ, & scripserunt eam, & posuerunt in historia Regum suorum; fuerunt autem Persæ idololatræ, & ideò loco Nominis Dei sancti & benedicti, nomen idolorum suorum scribebant; quemadmodum Samaritani quoque fecerunt, qui scripserunt pro, In principio creauit Deus &c. In principio creauit Asima*. Hæc cùm apud dictum R. Abenezram legerem, summum me incessit desiderium sciendi, si in Samaritano Pentateucho Vaticano huiusmodi lectio reperiretur. Verùm contrarium reperi; sic enim habet Samaritana lectio:

Iudæorum calumnia contra Samaritanos.

Be-

בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ

Samaritana lectio.

בקמת ויתבראשת ברא אלהים את השמם ואת הארצ׃

Beqameth veeth bereſchit bara Elohim & ſchamaim veeth haretz. Atque hæc in Pentateucho Samaritano-Hebræo Vaticano, quæ cum communi lectione Hebraica in nullo penitùs diſcrepat, nec in vernacula Samaritanorum lingua, quæ ſic habet :

בקמא דתלמז אלהא ית שמיא ית ארעא

Beqama dtalmaz elhaa iath ſchomih viath araah. In principio creauit elhaa &c. Quæ cùm vidiſſem, hæc omnia ex inueterato illo & irreconciliabili odio Iudæorum in Samaritanos vel conficta eſſe, vel ſaltem in exemplaribus ab idololatris, antequam puram Hebræorum legem ſuſciperent, deſcriptis, ita lectitatum eſſe, aduerti. Nam cùm Iudæi Samaritanos Aſimæ, hoc eſt, hirci, fœtidiſſimi animalis cultores fuiſſe ſcirent, & loco nominis Dei veri idolorum ſuorum nomina ſacræ paginæ inſeruiſſe ipſis conſtaret ; maiorem calumniam ijs inferri non poſſe putabant, quâm ſi ipſis fœdiſſimam hanc lectionem de creatione Mundi ab hirco peracta obtruderent. Verùm hæc animi gratia præterire noluimus ; quare reuertamur ad inſtitutum noſtrum.

Dicimus itaque Aſima fuiſſe ſimulachrum Emathitarum hirci figurâ effigiatum ; quam figurandi Numinis rationem ab Ægyptijs profectam fuiſſe nemo dubitare debet, cùm & Ægyptios, maximè Mendeſios, hircum ſummo in honore ſemper habuiſſe teſtentur ſummæ ſolennitates huic quotannis in vrbe Mendeſia exhibitæ. Herodotus quoque Hircum & Pana vno vocabulo Ægyptiaco Mendes vocat, vndè Mendeſij τραγολάτραι iſti famoſi. Diodorus Siculus rationem huius τραγολατρίας reddens ſic ait : *Hircum Ægyptij Deificarunt, ſicut Græci Priapum, videlicet ob eam corporis partem, à qua fit omnium ortus, pudendis non ſolùm Ægyptij, ſed alij plures ſacra faciunt.* Atque hinc Ægyptij, teſte Horo, *Hircum pingentes hieroglyphicῶς penem fœcundum ſignificant ; hircus enim poſt ſeptimum ab ortu diem coit, & quanquam inualidum & ſterile ſemen egerat, coit tamen citiùs cæteris animantibus.* Certè in hieroglyphicis nihil frequentiùs hircino capite, vel baculo, vel aræ impoſito, vt ſequitur.

Herodot. l. 2.

Diodorus.

Verùm hæc quid ſignificent, inuenies in practica hieroglyphicorum interpretatione, vbi fuſiſſimè illa explicamus. Ægyptios ſub hircina imagine Oſiridis phallum colentes, ſecuti ſunt hoc loco Samaritani ſeu Emathitæ ; dùm Aſimæ idolum excelſo illatum adoraſſe leguntur. Græci quoque Pana hircinis cruribus aſperum ſupremi Numinis loco habuiſſe feruntur, non aliam ob cauſam, niſi vt illo ſymbolo fœcunditatem exprimerent naturæ. Eandem ob cauſam *Baccho Caper omnibus aris Cæditur, & veteres ineunt proſcenia ludi.*

Tabulam Bembinam conſule & Obeliſcos Flamminium & Lateran.

Hircus colitur à varijs Gentilibus.

Veneris παρδήμου, id est, Vulgaris dictæ effigies ex ære, hirco etiam æreo insidet; Scopæ statuarij opus apud Pausaniam Eliacorum 2. Cur autem hirco insideat, Lectori conijciendum relinquit. Mihi quidem ratio in promptu apparet, quod hircus maximè obnoxius libidini sit; cui gentiles Pandemon suam Venerem, vti in præcedentibus diximus, præficiunt; vndè & à Plutarcho in magnis parallelis ἐπιζάγια, id est, ab hirco dicta Venus est. Asima igitur ex his colligimus eundem fuisse cum Mendete Ægyptiorum, Pane Græcorum, Hebræorum Baalphegor, vnum & idem Numen à diuersis gentibus, diuersis insignitum nominibus. Quare hæc de Asima sufficiant.

Plutarchus.

Quartum simulachrum quod Samaritæ fanis imponebant, vocabatur Nibbhaz, de quo sic sacra historia:

Nibhaz.

ואנשי בבל עשו את סכות בנות ואנשי כות עשו נרגל
ואנשי חמת עשו את אשימא והעוים עשו נבחז ותרתק:

Et viri Babel fecerunt Succoth Benoth; & viri Cuth fecerunt Nergel; & viri Amath fecerunt Asimah; & Auaithæ fecerunt Nibhaz, & Tharthac. Quorum illud, quale simulachrum fuerit, etsi ex Latinis, Græcisque Authoribus difficulter haberi possit, non desunt tamen vestigia huius Numinis in libris Orientalium. quibus instantes, sagaciterque indagantes, tandem id, quod erat, olfacientes deprehendimus, videlicet idolum forma canis, seu Anubidem illum Ægyptium fuisse. Ac primò quidem Nibhaz figura canis fuisse, Rassi manifestis verbis indicat: נבחז דמות כלב *Nibhaz*, inquit, *figuram obtinebat caninam*. Et paulò fusiùs se explicat hoc loco Radak:

Rassi.

Radak.

נבחז בז״ין ויש ספרים כתוב בנ״ון ואיננו כי אם בז״ין
וטעות הוא בספרים ופי׳ נבחז הוא כלב והיא מלה מורכבת
נובח חז נובה מן לא יוכלו לנבוח חז לשון מראה שמראה
שניו:

Nibhaz scribitur in fine per Zain, etsi sint aliqui libri, qui id per Nun quoq; scribant, sed errant libri illi, non enim scribi debet nisi per Zain. Significat autem Nibhaz nihil aliud nisi canem, estq; Nibhaz nomen compositum ex נבח *nibbah, &* חז *haz.* נובח *latrare significat, vtpotè qui non possit latrare* (innuens simulachrum) חז *autem hoc loco significat faciem canis dentibus, quos iratus ostendit, egregiè instructi.* Alludit Rabbinus sarcastikῶς ad simulachrum canis latrare non valentis iuxtà illud Isaiæ 56.

Isaiæ 56.

חכלבים אלמים לא יוכלו לנבוח:

Canes muti sunt, non latrare valentes. Et ad dentatum illud os, quo eum passim effigiabant, quemadmodum in præcedente simulachro Asima, quod per contemptum quoque vocabant hircum sine lana seu pilis; quæ omnia in contumeliam idololatriæ Gentibus obtrudere solebant Iudæi. Nibhaz igitur à נבח nibah diductum, hoc est, à latrando canem significat; חז autem effictum nomen est à dentium forma, quam canes rabidi ostendunt. Alij tamen Orientales non malè, quicquid dicat Radak, per Nun in fine scribunt, vt Syri, & Arabes نبحس Nibhon, & نبحون Nibh-

Nibhaz significat canem.

Nibhhun; quorum vtrumq; à נבח & נבח nebach, quod latrare significat, deductum, canem indicat, quasi dicas latrantes. Canem igitur colebant Auaithæ, exemplo vtique Ægyptiorum, quibus cane nihil erat sanctiùs; hunc veluti Ægypti custodem protectoremque delicatè enutriebant, Anubim ipsum, teste Herodoto, patriâ linguâ vocantes. Huius Virgilius inter cœteros quoque Ægyptiorum Deos meminit: *Herodotus. Virgilius.*

Omnigenûmq; Deûm monstra, & latrator Anubis.

Hunc Comasiarum festis publicâ solennitate per vrbis compita, & vicos circumferre solebant, vt tradit Clemens Alexandrinus l. 5. strom. Verùm de Cynolatria hac Ægyptiorum, eiusque causis & rationibus, cùm vbique passìm in hoc Oedipo tractaturi simus, hìc longiores esse nolumus; sufficit nos hîc ostendisse, Nibhaz fuisse simulachrum sub canis forma ab Auaithis Ægyptiorum more cultum; nec enim alia de causa canem colebant Auaithæ, nisi quod, cùm Ægyptios Cynopolitas omnem suam prosperitatem canino cultui ascribere intelligerent, & illos ad eandem prosperitatem consequendam ad huiusmodi belluinos cultûs animum adiecisse verisimile est. *Clemens Alexandr.*

Porrò quid alterum Numen Tharthak, quod coluisse quoque dicuntur Auaithæ prædicti, fuerit, difficilè est asserere. Rabbini Asini figura fuisse aiunt; ita Rassi & Radak citato loco: *Thartak.*

Rassi & Radak.

פירשו רבי תרתק צורת החמור:

Interpretantur, inquit, *fuisse Tharthak figura asini*. Ægyptios inter cœteras gentes Typhonem sub asini figura repræsentasse, eumque veluti sinistrum Numen placare contendisse, reperio apud Plutarchum libro de Osiride & Isside. Canem quoque seu Anubim inter cœteras rationes & causas etiam colunt, quod Isidis in inquisitione corporis Osiridis à Typhone discerpti, comes, molimina Typhonis prodiderit; corpusque Osiridis indicârit; vndè & eum veluti bonum, & fortunatum Numen; asinum autem, seu Typhonem sub asini forma, veluti sinistrum Numen, cane aueruncari credebant. An non in Auaitharum idolis Nibhaz, & Tharthak, quorum illud canem, hoc asinum retulisse ostendimus, manifesta huius rei latent vestigia? Certè cùm Auaithæ vicini fuerint Ægypto, verisimile est, eos sicut alios ritûs & cœrimonias, ita Numina quoque hæc αὐτίτεχνα, Anubim inquam, & Typhonem sub canis & asini figura obseruari didicisse. Verùm cùm de huiusmodi idolis, si citata excipias, nihil præter coniecturas nobis superfit, superuacaneum esse ratus sum his diutius immorari, præsertìm cùm propositum nobis sit, nihil nisi Authorum fide dignorum testimonijs stabilitum hoc opere nostro adducere. *Plutarchus.*

Restat demùm, vt quid Anamelech, & Adramelech, idola Sepharuaim propriè fuerint, inuestigemus. Sacra scriptura ea cum Moloch confundere videtur, cùm dicit; Sepharuaim filios suos combussisse in igne τῷ Anamelech & Adramelech. sequuntur sacram historiam omnes Chri- *Anamelech Adramelech idola Sepharuaim.*

ſtiani Interpretes : at Rabbini hoc loco Adramelech idolum fuiſſe aiunt forma muli; Anamelech verò forma equi. ita Raſſi citato loco :

Raſsi.

אדרמלך דמות פרד ענמלך דמות סום :

Adramelech, inquit, *erat formam habens muli, Anamelech equi*. Radak hoc loco aſſerit, Adramelech ſic dictum eſſe, quod magnificus ſit in portandis domino ſuo oneribus, & ſummè vtilis ; ſicut Anamelech, quod domino vtilis in bello ſit :

Radak.

אדרמלך הוא פרד ונקרא כן דאדר ליה למריח בטוענית פי׳ שנושא לרבו כל משאוחיו ענמלך זה חסום דעני ליה למריה בקרבא :

Adramelech, inquit, *eſt mulus, & ita vocatur, quòd magnificus ſit domino ſuo in oneribus ſuis, hoc eſt, quòd portet domino ſuo omnia onera ; Anamelech verò equus eſt, & ſic vocatur, quod in bello domino Regi ſuo obediat*. Hæc autem tradit Baal Aruch. Thargum verò Hieroſolymitanum apud Radak & Baal Aruch dicit, Adramelech & Anamelech pauonis & phaſiani ſpecie fuiſſe efformata ; verba eius adducam :

Thargum Hieroſolymit.

אדרמלך וענמלך זה טוס ופסיוני וטוס הוא הנקרא בלשון לעז פאון וידוע הוא דפסיוני הוא :

Adramelech & Anamelech illi ſunt pauonis & phaſiani ſpecie, qui linguâ latinâ vocantur pauo, & notum quod ille eſt phaſianus.

Certè in tanta ſententiarum varietate, & Rabbinorum diſcrepantia, etſi de figura Adramelech & Anamelech difficilè ſit aliquid certi ſtatuere ; nihilominus, vt lucem hiſcè aliquam adferamus, quantum quidem probabilibus coniecturis aſſequi poterimus, rem explicare tentabimus. Quod ſi nobis antiquiſſimorum Rabbinorum, quorum nomina paſsim in Thalmudico tractatu de ſeruitute aliena adducuntur, ſcripta ſupereſſent, parua, aut nulla potiùs ratio haberetur librorum quorundam, qui hodiè in penuria meliorum nobis in pretio ſunt : nunc verò cùm de eorum ſcriptis, quæ ad hanc materiam ſpectant, nihil nobis præter deſiderium relictum ſit, fragmentis modernorum quibuſdam malè connexis inopiam noſtram ſubleuare cogimur.

Anamelech & Adramelech idem cum Moloch.

Suppono itaque Anamelech & Adramelech, idem omninò Numen eſſe cum Moloch, vel ipſa ſacra Scriptura, vt in præcedentibus demonſtrauimus, teſtante ; etſi hoc ab alijs formâ diuerſum. Erat enim gentibus proprium, vnum & idem Numen, v. g. Solem & Lunam diuerſis figuris, diuerſis in regionibus adumbrare, vti fusè in præcedentibus declarauimus. Alia itaque erat Molochi effigies propè Hieroſolymas in valle Hinnam ; alia eiuſdem apud Sepharuaim ; quæ ideò præmittenda duxi, ne quiſpiam ex diuerſitate idolorum diuerſitatem Numinum concluderet.

Anamelech equi forma. Equi Marti ſacri. *Iuſtinus.*

Cùm itaque in præcedentibus Molochum alium non eſſe demonſtrauerimus quàm Martem Aegyptium, ſeu Mythram Perſarum ; aſſerimus vnà cum Rabbinis, Anamelech equi forma fuiſſe ; equos autem ſacros Marti fuiſſe apud Perſas, eiq; ceu gratam & decoram hoſtiam equum immolatum, apud Iuſtinum libro 1. lego ; *Nam & Perſæ*, inquit, *Solem*

vnum

vnum Deum credunt, eiq; equos sacratos esse ferunt, Xenophon lib. octauo. Παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις ἵππος ἄγονται θύματα τῷ Ἡλίῳ. Et ita Persarũ Regem, cùm rem diuinã faceret, equum album Soli mactasse, Philostrat. l. 1. de vita Apollonij his verbis scribit: Λευκὸν δὲ ἄρα ἵππον τῷ Πέρσῃ Νισαίων καταδύειν ἔμελλε τῷ Ἡλίῳ φαλάρεσι κοσμήσας, ὥσπερ εἰς πομπήν. *Erat autem candidum equum Soli mactaturus ex Nisæis deuehori nota, & egregijs phalaris ornatum, tanquam in pompam profecturum.* In eoque venustè ludens Himmerius Rhetor:

Xenophon. in pædia.

Philostratus.

Ἐν παραπεμπτικῷ λόγῳ, ait, τῷ ἐμῷ πώλων, ἑξαρχὸς πώλος ἱερὸς, καὶ ἀγέραρχος· οἵδε Ἡλίῳ Θεῷ Νισαῖοι πόλεις πολεύουσιν. τούτων ἐγὼ τὸν πῶλον φαλίοις κοσμήσας μεγίστοις, καὶ τῷ χαρείτων μίξας ὅλον ποιήσαι ἀάδετον. ὡς παρὰ Θεῷ τινι τὸ ἐμὸν ἀγέλης ἀπαρχὰς φέρον ἀνέθηκα.

Himmerius.

Huius rei rationem non illepidam reddit Ouidius l. 1. fast. his versibus:

Placat equo Persis radijs Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda Deo.

Ouidius.

Eandem causam adfert Herodotus l. 2. in extremo, cur Massagetæ Soli, quem summopere venerabantur, equos mactarent:

Herodotus.

Θεῶν δὲ μοῦνον ἥλιον σέβονται τῷ θυσίῃ ἵππους. Νόμος δὲ ἐστὶ τῇ θυσίῃ τῷ Θεῶν τῷ ταχίστῳ πάντων τὸ τάχιστον δοτέον εἶναι.

Deum verò solum & vnicum Solem venerantur, cui equos immolant; lex verò huius sacrificij erat, vt Deorum omnium celerrimo, celerrimum omnium animalium dedicaretur. Solem autem Mythræ nomine coluisse Persas, suprà capite de Mythra ostensum est; & Strabo lib. 15. manifestè tradit:

Τιμῶσι, ait, τὸν ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν. Et Suidas: Μίθραν νομίζουσι Πέρσαι εἶναι τὸν ἥλιον. Et Hesychius: Μίθρας ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις· &, Μίθρης ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις θεός. *Mithras Sol à Persis; Mithras primus Deus apud Persas.*

Strabo. Suidas. Hesychius.

Mithram verò eundem esse cum Marte Hippio Persarum, tùm ea quæ superiùs in Moloch tradidimus, tùm Mithræ quoque milites, quos in Spelæo seu Antro Mithræ initiatos Tertullianus asserit, satis superque demonstrant. Idem l. de præscriptione aduersus Hæreticos. *Tingit*, inquit, *& ipse quosdam, vtiq; credentes & fideles suos, expiationem delictorum de lauacro promittit, & sic adhuc initiat Mithræ, signat illic in frontibus milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam.* Verùm qui plura de initiatione militis Mithriaci, & varijs tormentorum gradibus, quos eum subire oportebat, scire desiderat, consulat præter citatum Tertullianum, Nonium in Gregorium Nazianzenum, alioſque, quos varijs in locis iam citauimus.

Mithra idem cum Marte Hippio Persarum. Tertullianus.

Cùm itaque Persæ Solem, seu Mithram sub forma equorum, vtpotè qui naturæ dotibus, Solis virtutes maximè exprimerent, quibusuè Mars veluti sibi similibus maximè delectaretur, colerent; probabile est, Sepharuaim, qui è finibus Persiæ in Samariam iussu Salmanassari iam transmigrârant, auitam religionem seruantes Adramelech, hoc, inquam, equinum idolum inter cœtera idola, de quibus hucusque dictum est, fanis & excelsis quoque intulisse; à quibus postmodum hanc ἱπποκαθεία discentes superstitiosi Iudæi, longè latèq; propagarunt; quam tamen impiã superstitionẽ posteà Iosias Rex aboleuit, vt tradit sacra historia Reg. 4. c. 23.

Abstu-

Abstulit quoq; equos, quos dederant Reges Iudæ Soli, in circuitu templi Domini iuxtà exedram Nathanmelech Eunuchi, qui erant in Pharurim, currus autem Solis combussit igni. Quibus verò cœrimonijs Iudæi Semsæi, siue ἡλιογνῶσται Iudæi vterentur, ostendit Radak hoc loco:

Radak.

והיו עובדים לשמש ונתנו שם סוסים שחיו מוכנים לזאת העבודה שחיו רוכבים
עליהם והולכים לקראת השמש בבקר בזרחה :

Illis autem, qui Solem colebant, eo in loco præparabantur equi, qui huic seruitio tantùm erant destinati; atque hoscè ascendebant matutino tempore, contra Solem equitantes, quasi illum salutaturi, eumq; animalibus ei placitis quasi propitiaturi. Sic Radak & Rassi.

Currus & equos Soli attribuendi mos vndè profluxerit.

Sunt qui hoc loco currus & equos soli attributos, non à Persis, & cæteris gentibus, sed raptui Eliæ Prophetæ ascribant. Sic existimat Ioannes Episcopus Hierosolymitanus; nam Græcè Ἠλίας Helius dicitur Sol, quasi diceres Helias, vti Sedulius ostendit, dùm canit:

Sedulius.

Quàm benè fluminei prælucens semita cœli
Conuenit Eliæ, meritoq; & nomine fulgens,
Hâc ope dignus erat, quoniam sermonis Achiui
Vna per accentum mutetur litera, Sol est.

Audientes Græci ab Israëlitis, quos diuinas habere literas fama prodebat, prædicari, quod Elias curru igneo, & equis igneis ad cœlestia sit translatus, vel certè hoc ipsum inter alia depictum in pariete videntes, crediderunt (vicinia decepti nominis Solis) hîc transitum per cœlos designatum esse, & miraculum diuinitùs factum, mutauit in argumentum erroris humanâ stultitiâ commentum. Ita Angelomus Author vetustus, & in abstrusis literarum sacrarum locis acerrimi iudicij in Stromatis in libros Regum: quæ sanè sententia ita mihi probabilis videtur, vt phaëtontæam istam fabulam, nullam aliam, nisi ex sacra historia originem habuisse, mihi planè persuadeam. Sed hæc alibi exactiùs discutiemus.

Porrò quod Sepharuaim Adramelech muli imagine expressérint, non habeo, quod dicam, nisi forsan hoc loco Rabbini ad Eliacorum respexerint consuetudinem, quos Pausanias aliorum opinione tradit, Lunam mulo vectam scalpere solitos fuisse. *In basi*, inquit, *throni Iouis Olympij, tùm aliæ Deorum imagines expressæ sunt, tùm Luna equo, vt mihi videtur; alij tamen mulo eam vehi aiunt, non equo.* Certè Festus apertis verbis opinionem Pausaniæ confirmat: *Mulus*, inquit, *vehiculo Lunæ adhibetur, quod tam ea sterilis sit, quàm mulus; vel quod vt mulus non suo genere, sed equi creatur, sic ea Solis, non suo fulgore luceat.* Certè mulam Lunæ sacram fuisse tradit Proclus in Hesiodum.

Pausanias.

Festus.

Proclus.

Adramelech forma pauonis erat.

Veruntamen ego omnibus diligenter consideratis, magis in sententiam Paraphrastis Hierosolymitani, asserentis, Adramelech hoc loco simulachrum pauonis, seu alterius cuiusdam speciosæ auis, veluti phasiani, aut Meleagridis forma fuisse, inclino; mouet me non etymon solùm, sed & summus honos nullo non tempore à Persis, alijsq; gentibus huic aui præstitus.

ſtitus. Eſt enim eâ pulchritudine volucris pauo, vt non immeritò Adramelech, quaſi dicas magnifici Regis nomine gaudeat. Accedit quòd ob raras ingenij corporiſque dotes non ſine ratione ſupremæ Deæ Deorumque Matri ſacra, Iunoniæ volucris titulum obtinuerit. E Perſide primas pauonum, Meleagridum, gallorum deductas colonias, ſuprà ex Athenæo docuimus, quæ ſedes ſuas tùm in alijs regionibus, tùm potiſſimùm in Samo figentes, ibi Iunoni ſacræ eſſe cœperunt; tantoque in honore ibi habitæ, vt, Pierio teſte, Deam ipſam Iunonem ſolo pauonis intelligerent hieroglyphico. Veritatem huius rei varia paſsim Numiſmata demonſtrant. In Iuliæ Piæ felicis numo ſignum Iunonis eſt, cum haſta & patera, pauone iuxtà appoſito, cum inſcriptione, *Pauonem*, caſu accuſatiuo; quod rarum eſt. In Fauſtinæ verò numis idolum itidem eſt, cum lancea & patera, à cuius pedibus pauo; inſcriptio eſt, IVNONI LVCINÆ. Iunonis autem auem eſſe hanc, eiuſque currui ſuccedere, ideò confingunt, quod Iuno eadem ſit ac Luna, quæ fulgore ſuo à Sole accepto omnia inferiora lætificet aſpectu ſuo blando & formoſo, cuius ſymbolum erant pauonis pennæ lunarem ſimilitudinem exprimentes. Eandem ob cauſam Perſis in honore fuiſſe Athenæus tradit, eò quod fulgore ſuo multiplici, colorumque varietate imaginem Solis, quem ipſi velut vnicum Deum venerabantur, exactè referret. Deſcribit ſanè hanc pauonis ad Solem ſympathiam, aliaſque eius ingenij dotes elegantiſſimè Lucianus his verbis: *Incipiente*, inquit, *Vere pauo ad pratum aliquod accedens, quando & flores prodeunt non amabiliores modò, ſed & , vt ita dixerim , floridiores, & quod ad colores & tincturam attinet, liquidiores; ipſe quoque extentis pennis, iiſq; oſtenſis Soli, & ſublata cauda, eamq; vndique circa ſe pandens, ſpectandos exhibet, & illius flores, & Ver illud pennarum, perindè & prato ad huiuſmodi contentionem & certamen ipſum prouocante. Conuertit quippè ſeipſum, & circumagit, & quaſi quandam pompam pulchritudinis ſuæ, quando videlicet etiam admirabilior apparet ad ſplendorem Solis, variantibus ſe coloribus, & paulatìm in alios atque alios tranſeuntibus, aliamque ad nouam formoſitatis ſpeciem ſubindè recipientibus. Accidit autem hoc in circulis potiſſimùm, quos in ſummis pennis habet, quorum quemlibet quaſi quædam irides circumdant. Nam qui ante æreus viſus fuit, mox inclinante ſe paululum illo, aureus conſpicitur; & rurſum quòd ad Solem cæruleum apparuit, ſi ſub vmbra transferatur, viride videtur; adeò ad luminis viciſſitudinem variatur.* Hæc Lucianus. Hanc admirandam viciſſitudinem colorum poſteriores quoque Ægyptij intuentes ita ſtupuerunt, vt pauonem Argos vocatum, in noctis atque diei hieroglyphicum, Pierio teſte, aſſumpſerint. *Noctem*, inquit, *ſignificantes, pauonem ſurrectâ in orbem caudà figurabant; nam cùm pauonem Argum interpretarentur, tot luminibus inſignitum, neque aliud quidpiam per Argum, quàm cœlum nocturno tempore, ſi detur dicere, oculatiſſimum intelligerent, atque illi nomen à ſplendore atque velocitate inditum profiterentur;* (vtrumque enim Ἄργος ſignificat) *neq; alio tempore micantiſſimi ſtellarum radij coruſcarent, ſplendeſcerentq;, quàm nocturno; datus eſt fictioni locus, vt per oculatam eius alitis caudam mox ipſa ſenſu myſtico hieroglyphicoq; ſignificaretur. Quòd ſi verò diem innuere voluiſſent, ean-*

Fauo Iunoni ſacer.

Athenæus.

Lucianus.

Pauonem Ægyptij vocarunt Argum. Pierius.

eandem ipſam volucrem demiſsâ caudâ pinxiſſent, quaſi tunc nox ſtellas occulere videatur, cùm dies ipſe cœperit aduentare, tamque diu latitent ſtellæ, quàm diù Sol ſupra terram eſt. Veriſimile itaque eſt Samaritas ad omne ſuperſtitionis genus proclives, ſimilem ob cauſam pauonis imagine Deos quoque ſuos coluiſſe.

CAPVT XXI.

De Niſroch, Rimmon, Nebo, Seſach.

NIſroch Aſſyriorum Numen, quale fuerit, vix vllum, qui tradat, reperio; Numen tamen & idolum fuiſſe verba ſacræ hiſtoriæ manifeſtè oſtendunt:

L. 4. Reg. c. 19. v. vlt.

ויהי הוא משתחוה בבית נסרוך אלהיו׃

Et profectus eſt, inquit, *Sennacherib Rex Aſſyriorum, & ſedit in Niniue, & cùm adoraret in templo Niſroch Deum ſuum &c.* Vbi paraphraſis Chaldaica tenet, pro *Deum ſuum*, *idolum ſuum*.

והוה הוא סגיד בביה נסרוך טעותיה׃

Et fuit cùm adoraret in templo Niſroch idolum ſuum. Quantum igitur ex Meturgamim Hebræorum intelligere valeo, Niſroch nihil aliud fuiſſe reperio, niſi tabulam arcæ Noë in Aſſyria in ſumma veneratione ſemper habitæ; vtrum autem Tabulam ſimpliciter adorârint, an eam in formam ſimulachri cuiuſdam, aut in Iani, aut Saturni imaginem, quibus nominibus Noë à poſteris vocatum apud Beroſum lego, adaptatam coluerint, controuerti poteſt; vtriuſque cultus paſsim apud Authores exſtant veſtigia. Quæ tamen vt probè intelligantur

Noe apud Orientales nominatiſſimus.

Notandum eſt, Noëmum ob ſummam vetuſtatem inter Orientis populos hodièque ob ſalutis humanæ conſeruationem nominatiſſimum eſſe, adeò vt ipſi Scythæ olim Noa, Beroſo teſtante, omnium Deorum maiorum & minorum patrem, & humanæ gentis Authorem, & Chaos, & ſemen mundi; Thyteam verò Aretiam, id eſt, terram, in quam ſemen Chaos poſuit, & ex qua tanquam ex terra cuncti prodierint, appellare ſoliti ſint. Nunc verò Arcæ reliquias, & certa quietis eius veſtigia in ſumma adhuc veneratione eſſe, teſtantur præter Nicephorum Heraclius Imperator, quem celebritate loci motum, hunc montem adeò celebrem videre voluiſſe Elmacinus Arabs l. 1. circa fin. c. 1. refert. Nam cùm Perſas in Armenia vicina prælio ſuperaſſet, digreſſus eſt indè ad oppidum Themanim ثماذين quod ipſe Noë cum ſuis poſt egreſſum ex arca ibidem & condidiſſe credebatur, & incoluiſſe; atque conſcenſo altiſſimo monte ſitum loci, & reliquias diligenter inueſtigauit. Verba eius Arabica ſunt:

Locus vbi quieuit Arca Noe.

Elmacinus.

فلما غلب هرقليس قيصر ملك الفرس ودخل مجتازا الجبل العال جدا اسمه الجودي فلما يسمع منه كثيرين يطلب نفسه لنظره وصعد عليه لنظر الموضع ــــــ ه فلما ينزل من الجبل جا الى الموضع اسمه ثماذين التي هى مدينه بني نوح وكل شي نظر بعينه ــ
Hera-

Heraclius Cæsar victo Rege Persiæ, cùm transiret montem illum Armeniæ excelsum admodum Gurdi nomine, de quo tam multa intellexerat, desiderio accensus est eum lustrandi per seipsum; ascendit itaque, vt videret omnem eius situm, & descendente illo de monte, ad illum locum quoque venit, quem Temanin vocant, estque ciuitas, quam post diluuium Noë cum filijs suis ædificasse fertur; omnia hæc lustrare voluit Cæsar proprijs oculis. Hæc Elmacinus, vbi pro monte Gurdi nullum alium intelligas, nisi montem Ararat; nam & Thargum Chaldaicum Onkeli sic eum vocat Gen. c. 8.

ינחת תיבותא בירחא שביעאה בשבעת עשרא יומא לירחא על טורי קרדו : *Thargum Chaldaicum.*

Et requieuit arca in mense septimo, decimo septimo die mensis, super montes Kordu. Strabo quoque Gordiæos montes inter Armeniam & Mesopotamiam agnoscit, imò etiam hodiè Cordænorum ibi degentium, & latrocinijs nunc infamium in Persicis itinerarijs vulgatissima est traditio. Mentionem quoque Temanim, & Gurdi montis cui adiacet, facit Geographia Nubiana, verba eius adiungo: *Strabo.*

من الموصل الى مدينة بلد احد وعشرون ميل ان شيت في البر وان شيت في الدجلة من بلد الى جزيرة ابن عمر تسعة وستون ميلا وهي متصلة بجبل يمنين وماسورين وقلسابور جميعها في الجبل الذي منه جبل الجودي المتصل بامد من جهة التعور وجبل يمنين هو الجودي الذي استقرت عليه السفينة نوح عليه السلام ۞ *Geograph. Nubia. seu Arabica p. 3. clim. 4.*

De Muzel ad ciuitatem Beld 21. milliaria, si velis per desertum, vel in ipso flumine Digla, hoc est, Tigri de Beld ad insulam Aben Amar 69. milliaria. Coniungitur hæc cum monte Iemanim (subaudi Temanim) *& Masurin, atque Kilsabur, ambæ sunt in illo monte, de quo est mons Algudi* (subaudi Gurdi) *qui pertingit ad Amid ex parte arcium. Iste mons Iemanim seu Temanim est ipse Gordius mons, in quo requieuit Arca Noë, super eum pax.* Atque Themanim locus ille videtur, quem Berosus nunc Myriadam, nunc Merinacha, hoc est, egressorium, seu descensum Noë appellat. Ab omni perplexitate, quam hoc loco incurri, me vindicauit Ionathas Vzielides Chaldæus Meturgeman, qui in sua paraphrasi in 8. c. Gen. expressis verbis rei totius difficultatem expedit.

ונחת תיבותא בירא שביעאה הוא ירחא דניסן בשבעשרי יומין לירחא על טוורא דקרדון שום טוורא חד קרדניא ושום טוורא חד ארמנויא ותמן מתבניא קרתא דארמנייא בארעה מרינחא : *Ionathas Vzielides.*

Et requieuit, inquit, *arca in mense septimo, ille mensis Nisan, in decimo septimo die Mensis, super montem Kardon. Est autem nomen montis vnius Gordenorum, & nomen montis in Armenia, & ibi ædificauerunt vrbem Armeniæ in terra Merinacha.* Est autem Merinacha, seu מרינחא corrupta vox, idem significans ac מוריד נוח *Morid noah*, hoc est, descensum Noë, quem & Berosus supracitatus egressorium Noë vocat; & Moriadam, quam vocem interpres Berosi perperam appellat euisceratorum hominum campum; cum *Mori Adam* nihil aliud indicare voluerit, nisi מוריד אדם *Morid Adam*, hoc est, descensum filiorum Adæ, seu descensum hominis; quod ex descensu Noë vnius hominis, totum humanũ genus fuerit resuscitatum. Moriadan quid?

Cùm itaque Noë veluti ſemen Mundi nullo non tempore diuinis honoribus veluti Numen aliquod ſub Oſiridis, Saturni, aut Iani nomine à diuerſis gentibus fuerit, vt in primo Syntagmate quoque demonſtrauimus, cultus; cùmque prodigioſi illius nauigij, quo mundum conſeruauit, reliquias Gordiæis montibus, ſiue Ararat Armeniæ, quæ ex Aſſyriorum Prouincijs vna erat, impoſuerit; dubium non eſt, quin non Noëmum ſolùm vicinæ gentes, ſed & admirandæ iſtius domus reliquias diuinis honoribus etiam ad maximas vſque ſuperſtitiones coluerint. Hoc verò vt omninò credam, fidem facit narratio Beroſi, qui vicinas gentes indè bitumen pro amuleto abradere ſolitas refert; verba eius proferam: *Vnus*, inquit, *inter Gygantes erat, qui Deorum veneratior & prudentior cunctis reliquis ex probis erat in Syria; huic nomen erat Noa cum tribus filijs*, Semo, *Chamo*, *Iapeto*, *& vxoribus Tidea magna, Pandora, Noëla, & Noëgla; is timens, quam ex aſtris futuram proſpexerat cladem, anno ſeptuageſimo octauo ante inundationem, nauim inſtar arcæ coopertam fabricari cœpit. Anno itaque ab inchoata naui ſeptuageſimo octauo, ex improuiſo inundauit Oceanus, & omnia maria mediterranea, flumina-que ac fontes abimo ebullientes inundauerunt ſupra omnes montes, accedentibus quoque impetuoſiſſimis, & ſupra naturam è cœlo copioſiſſimis imbribus, multis diebus corruentibus; itaque omne humanum genus aquis ſuffocatum, excepto Noa cum familia ſua, quę naui erepta eſt; nam eleuata ab aquis in Gordiæi montis vertice quieuit, cuius adhuc dicitur aliqua pars eſſe, & homines ex illa bitumen tollere, quo maximè vtuntur ad expiationem.* Confirmat citata Haython ex Armenia ipſa oriundus (quicquid dicant ij, qui eum Cilicem aſſerunt fuiſſe) ſuo adhuc tempore, videlicet 1300. poſt Chriſtum, reliquias arcæ in monte ſpectatas fuiſſe. *In Armenia*, inquit, *altior mons eſt, quam ſit in toto orbe terrarum, qui Ararath vulgò appellatur; & in cacumine iſtius montis arca Noé primò poſt diluuium ſedit; & licèt ob abundantiam niuium, quæ ſemper in illo monte reperiuntur, tàm hyeme, quàm æſtate, nemo valeat aſcendere montem iſtum, ſemper tamen apparet in eius cacumine quiddam nigrum, quod homines arcam Noë eſſe dicunt.* Superſtitiones verò de arcæ particulis, & bitumine circà collum ſupremi verticis à vicinis gentibus certis anni temporibus montem viſitare ſolitis contra morbos & infortunia collectis, non ſemel ab ipſis Armenis oretenus percepi. S. Syriano quoque particulam eiuſmodi arcæ ab Angelo diuinitùs allatam Annales Armenorum tradunt; vti ex Patre Petro Copo Armeno mihi admodum familiari, ac meo in Armenica lingua Magiſtro, non ſemel audiui. Imò ex arcæ ipſius lignis fanum religionis cauſa poſteris temporibus à Calipha extructum eſſe, docet Beniaminus peregrinator fide digniſſimus; verba eius ſunt;

Orientales populi coluerunt Noemũ, & reliquias arcæ.

Beroſus.

Haython.

Beniaminus.

משם שני ימים לגזירה בן עמר והוא בתוך נהר חדקל לרגלי הרי ארמת מהלך ד' מילין למקום שנחה שם תבת נח אבל עמר בן אלקטאב לקח את התיבה מעל הראש החרים ועשה אותה כנסת לישמעאלים ובקרוב התיבה כנסת עזרא הסופר עד היום הזה וביום באים יחודים להתפלל שם וגו':

Indè iter biduanum ad inſulam Aben Omar, quæ ſita eſt in medio flumine Chiddekel, hoc eſt, Tigris, iuxtà pedes montium Ararat, itinere quatuor milliarium diſtans à loco, vbi requieuerat arca Noë; veruntamen Omar filius Alchetabi tulit

eam

eam de vertice montis duplicis, atque ſtruxit indè fanum pro Iſmaelitis, in vſum videlicet religionis ipſorum, propè quod Synagoga quoque Eſdræ Scribæ, vbi feſtis diebus orandi gratia conueniunt Iudæi. Quæ ſi vera ſunt, quæ Beniamin refert, certè ea de tota arca in vſum Eccleſiæ ablata nequaquam intelligi debent; ſed de partibus hinc indè inuentis, ac vetuſtate temporum corruptis ſeu vi ventorum ac imbrium ex vertice in imam montis partem diſiectis.

Cùm itaque, vt ad ſemitam redeamus, huiuſmodi reliquias omnes gentes maximè ſemper coluerint; ex his omnibus concludo, Niſroch Numen illud, quod Senacherib coluiſſe ex ſacris literis oſtendimus, nihil aliud fuiſſe, quàm vel idolum, vel arculam ſeu nauiculam ex reliquijs arcæ Noë confectam, ſub quo Aſſyrij ſeu Babylonij vicini Saturnum, Ianum, quem ſua lingua Niſroch vocabant, coluerint, non ſecùs ac Ægyptij arcam illam, in quam Oſiridem à Typhone coniectum fabulantur, arcam dico illam opertaneam ſacrorum feracem, de qua Apuleium conſulas l. 11. metamorph. Multùm in animis Aſſyriorum arcæ Noëmicæ cultum ſtabilire poterat exemplum Hebræorum, qui omnem proſperitatem cultui, & venerationi arcæ fœderis attribuebant, eam veluti Deum ipſum in ea manifeſtè ſe prodentem adorantes; quod & verba Betſamitarum ſatis oſtendunt, quos legimus ad eam veluti ad Numinis præſentiam perhorreſcentes poſt formidabilem illam ſeptuaginta millium hominum irreuerenter illam intuentium ſtragem exclamaſſe: *Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti huius? & ad quem aſcendet ex nobis?* Quæ verba clarè monſtrant, Betſamitas arcam ipſam veluti Numen aliquod reueritos eſſe; quod & Rabbini hoc loco aſſerunt. Huius itaque exemplo Aſſyrios arcam quoque conſtruxiſſe, in qua ſicuti Hebræi Tabulas legis, Manna, Virgam Aaronis, ſimiliaque ſacra lipſana ad beneficia Dei, fœderiſque pacti conditiones recolendas reponebant; ſic & Aſſyrios, qui multa de Noë eiuſque arca traditione acceperant, atque reliquias præſentes ſemper in vicino monte coram ſpectabant, valdè probabile eſt ſimile quid ex compactis arcæ Noëmicæ fruſtis attentaſſe, quod Nefroch, hoc eſt, Numen arcæ (Nam נסרא *Neſra*, vel נסר *Neſer* Chaldaicè nihil aliud ſignificat, quàm tabulam de arca Noë) appellatum, veluti Deum coluerint. Verùm ne me forſan quiſpiam hæc ſine fundamento ac rationibus aſſerere exiſtimet, producam huius rei teſtem celeberrimum illum tractatum, quem Iudæi אגדה חלק faſciculum heleck vocant, in quo Author de idololatria Aſſur loquens inter cœtera Niſroch quoque meminit his verbis:

Niſroch erat Arca ex lignis Arcæ Noe.

וסגיד סנחריב בית נסרוך אלהיו והיה נסרוך טעותא נסר מתיבותא שלנה
עבדוהו אנשי אשור כאלהיו:

Et Sennacherib adorabat Deum ſuum Neſroch, idolum videlicet ex tabula ſeu aſſere arcæ Noë, quem viri Aſſur veluti Deum ſuum venerabantur, efformatum. Quod ſi hiſcè quiſpiam minùs forſan fidat, hic audiat communiores Rabbinos, RR. Salomonem, Iarrhi, & Dauidem Kimchæum dicta confirmantes, dùm hìc in commentarijs in 19. l. 4. Regum ſic dicit:

בית נסרוך נסר מתיבה של נח:

RR. Salomon, Iarrhi, Dauid

Hoc est: *Beth Nisroch, ex tabula arcæ Noè*. Alterum non cito, cùm ijsdem omnino verbis rem confirmet. Dicitur autem in sacro textu, Sennacherib domum Nisroch Dei sui adorasse:

ויהי הוא משתחוה בית נסרוך אלהיו:

Et adorauit domum Nisroch Dei sui, hoc est, *arcam Noè*: Arcam autem hanc veluti idolum quoddam fuisse, Chaldæus paraphrastes insinuat, dùm ait:

Chaldæus paraphrastes.

וסגיד בית נסרוך טעותיה:

Et adorauit domum Nisroch idolum suum. Fuit igitur Nisroch nihil aliud, nisi idolum seu arca ex lignis arcæ Noëmicæ compactis, sub quo Saturnum seu Belum suum honorabant, quem Noë suprà esse diximus.

Rimmon.

Rimmon quoque Numen apud Syros fuisse, sacra Regum historia nos docet; quale tandem fuerit, altum est omnium silentium. Aliqui Venerem, eò quod רמונים Rimmonim, hoc est, mala granata ei sacra legantur fuisse, arbitrantur. Seldenus dicit, Rimmon idem Numen fuisse quod Elioan Phœnices dicunt, & Hesychius ῥαμαν, hoc est, Τὸν ὕψιστον Θεὸν. Verisimiliùs est Rimmon idem fuisse Numen quod Pomonam antiqui, Deam videlicet pomis & fructibus præsidentem, dicebant. Nam hanc Deam summâ veneratione cultam à gentibus, Flamen Pomonalis apud Festum satis ostendit. Veritatem huius coniecturæ maximè fulcit etymon vocabuli; sicut enim à floribus Dea florum Flora; & à terra terræ Dea, Tellus; & à piscibus, piscium, marisque Dea Dagon; ab אשרה *Asera*, hoc est, à syluis & lucis, Dea eorum Astaroth; aliaque gentium Numina, de quibus in præcedentibus locuti sumus, omnia vel à rebus, quibus præsunt, vel ab effectibus, quos in re, cui præsunt, operantur, nomina sua obtinuerunt; sic Rimmon quoque non secùs ac Pomona à pomo nomen habere videtur. Sed hæc innuisse tantùm sufficiat.

Seldenus'.

Hesychius.

Rimmon idem quod Pomona.

Nebo.

Porrò inter alia Babyloniorum Numina Nebo quoque occurrit, iuxta illud Isaiæ 46. 1. *Confractus est Babel, contritus est Nebo; facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem*. Quale tamen idolum hoc fuerit, difficilè est asserere.

70. Interpret.

Septuaginta Interpretes vertunt hoc loco Dagon: Ἔπεσεν Βὴλ, συνετρίβη Δαγών, *Cecidit Bel, contritus est Dagon*. D. Hieronymus in commentario huius loci existimat, Nebo idolum esse, per quod diuinationes exercebant, & responsa petebant. Verba eius sunt: *Cecidit Babel, confractus est Nebo*. Bel Græci Belum, Latini Saturnum vocant; cuius tanta fuit apud veteres religio, vt ei non solùm humanas hostias captiuorum, ignobiliumque mortalium; sed & suos liberos immolarent; Nebo autem id ipsum idolum est, quod interpretatur diuinatio, & prophetia, quam post Euangelij veritatem in toto orbe conticuisse significat; siue iuxtà Septuaginta, Δαγών, quod tamen in Hebraico non habetur. Et est idolum Ascolonis, Gazæ, & reliquarum vrbium Philisthijm. Et à speciali transit ad generale, facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis; non quod simulachra gentilium in prædam bestiarum & iumentorum exposita sint; sed

D. Hieron.

quod

quòd religio nationum, ſimulachra ſint beſtiarum, & brutorum animalium, quæ maximè in Ægypto diuino cultui conſecrata ſunt: nam & pleraque oppida eorum ex beſtijs & iumentis habent nomina. Sic Diuus Hieronymus, & Ionathas paraphraſtes Chaldæus, Bel & Nabo ſimulachra fuiſſe opinantur in ſimilitudinem ſerpentum, & iumentorum. D. Hieron.

חמיט בל אתקטף נבו הוו צלמניהון דמות חוא ובעירא: Ionathas Chaldæus.

Incuruatus eſt Bel, ſucciſus eſt Nabo, fuerunt ſimulachra eorum in ſimilitudinem ſerpentum & iumentorum. Cui Raſſi aſtipulatur; ait enim: Raſsi.

שמעתי משמו של ר׳ג כן היו עצביהם צלמי צורותם של בל ונבו היו לחיות ולבהמה שמזימין ומלכלכין עצמן ברעי שלהם:

Audiui, inquit, *de nomine horum idolorum loquentem R. Gerſon, qui aſſerebat, fuiſſe ſimulachra hæc figura ſerpentum & beſtiarum, &c.* Seldenus exiſtimat, Nebo fuiſſe Nibhon; ſed fallitur, cum Rabbinis teſtantibus Nibhon nihil aliud fuerit, quàm locus quidam editus: Seldenus.

דיבון חוא שם משגב שחיה שם בית עז:

Dibhon fuit locus exaltatus, vbi erat fanum, in quo Camos colebatur; ſic enim ſcribit:

וכאשר יבואו האויבים עליהם פתאום יעלו עליהם לבכי ולבכות שם לפני ע״ז שלהם ולספוד ולקרוע בגדיהם כדי שירחם עליהם כמוש אלהיהם כפי דעתם:

Et cùm venirent inimici eorum ſuper illos, ſubitò aſcenderunt excelſa, plorantes ibi ante idola eorum, plangentes, & ſcindentes veſtimenta ſua, ad miſericordiam commouendum Deum eorum Camos; atque hæc eſt conſuetudo eorum. Ex quo patet, Nebo ab aliquibus hoc loco nullum alium eſſe, quàm Chamos, qui Bacchus à nobis ſuprà demonſtratus eſt, concludi; quo fundamento, ipſi viderint. Nobis ſanè probabiliùs eſt, Nebo & Bel nihil fuiſſe aliud, quàm quæuis portatilia idola, de loco in locum migrantibus cultoribus ſuis, iumentorum opera tranſportata, ita quidem, vt omnia illa idola, per quæ diuinationes exercebant, quibuſuè oraculorum loco vtebantur, quales erant Theraphim, Ob, Ieduah, magnæ fortunæ abacus, ſimiliaque magicæ artis inſtrumenta; Nebo, à diuinatione & prophetia; alia verò ſimulachra communi nomine Bel ſeu Baal appellarentur, vt in capite de Baalim Hebræorum oſtendimus. Indicat huius ſententiæ veritatem non tantùm ſacræ hiſtoriæ textus, qui vt huiuſmodi idolorum cultoribus illuderet, ipſas beſtias ſub Deorum pondere incuruatas ingemuiſſe dicens appoſitè ad vecturam alludit. Sed & D. Hieronymus citato loco, vnà cum commentatoribus in hunc locum, multiformia ea idola fuiſſe ex auro & argento fabrefacta, manifeſtis verbis aſſerunt, vbi non minùs doctè, quàm cumprimis lepidè cœrimonias Dijs huiuſmodi peractas deſcribunt. Quid autem fuerit Magnæ fortunæ Abacus, diximus in capite de Baalgad; quid Ob & Ieduah fuerit, paucis explicare viſum eſt. De Ob & Iideonim Moſes Leuit. 20. capite agit, vbi ſacra Scriptura omnem animam declinantem ad Magos & Ariolos extirpandam aſſerit. Pro vocibus *Magos & Ariolos* Hebræi legunt אובות וידעונים *Oboth vaiideonim*. Ob

Nebo ſignificat qualibet portatilia ſimulachra.

D. Hieron.

Ob, quid? Leuit. 20.

ple-

plerique vertunt Pythonem seu Magum ; verum ex RR. Mose Mikorti, Rambam, Paulo Riccio, colligo, Ob nihil aliud fuisse, quàm Spiritum seu Dæmonem, qui ab immundis, & quæ honestè nominari non possunt, partibus nonnunquam à capite seu axillis, siue Harioli, aut mortui submissâ voce, & quæ ex Telluris cauitatibus videretur egredi, nec audiri, sed à consulente duntaxat mente concipi posset, responsa dabat; ita Ralbag in 28. l. 1. Sam.

Mikorti in præcept. neg. 38.

Rambam in ידחזק *c. 6.*

Paul. Ricc. ad Maud. neg. 36.

Ralbag.

ארזל שענין האוב הוא שהמעלה את המת הוא בלחי שומע דבר רואה תמונת המת הוא וחשואל לא יראה התמונה החיא אבל ישמע דברים מה לפי מחשבתו על שאלתו וגו׳:

Dicunt Rabbini felicis memoriæ, quòd Ob seu Python res fuit, ascendere faciens mortuum; ille absq; eo quod audiret verbum, videbat simulachrum mortui; interrogans autem Pythonem, non videbat imaginem seu vmbram mortui, audiebat tamen verba, quæ de interrogatione sua mente conceperat. Ita Sauli, Samuelis defuncti species repræsentabatur à fœmina, cuius ex obscœnis Ob loquebatur. Fœminam siue Pythonissam, seu vt Septuaginta Interpretes vertunt, γυναῖκα ἐγγαστρίμυθον, illam Scriptura nuncupat אשת בעלת אוב, id est, Mulierem habentem Ob. Ob igitur hìc ipse spiritus ventriloquus; Pythonissa autem ipsa, siue Ariolus, id est, Baal seu Baalath Ob hoc nomine nuncupatur. Et dùm initiabantur, tenebat manibus שרביט של חרם *Virgam myrtheam*, & suffumigabantur, teste Rambam cit. loco; rituum autem huiusmodi locum fuisse mortui sepulchrum, tradit R. Abraham Ben Dauid.

Ob, spiritus ventriloquus.

Prodijt propudiosa hæc & ridicula Pythonis ventriloqui spiritus religio non aliundè nisi ex Ægypto, quibus spurcus dæmon sæpè per humani corporis pudenda, potissimùm per posteriora strepitu emisso responsa dabat, quem ventris sonitum ideò diuinis honoribus ab ijs cultum esse in Syntagmate 2. capita de superstitionibus Ægyptiorum tradidimus, & D. Hieronymus in c. 56. Isaiæ commentans tradit, alijque quos dicto Syntagmate citauimus. Vt enim spurcissimis hisce oraculis maiorem conciliaret existimationem immundus Diabolus, mentesque superstitiosas faciliùs implicaret, plerumq; interrogationibus factis, infallibilem largiebatur effectum, Sed hæc de nefandis sacris sufficiant. Quare ad Iedeonim transeamus.

D. Hieron.

Iideoni itaque aiunt, est Ariolus qui osse animantis ידוע Iedoa dicti, in os suum posito, futura doceret, & quærenda solueret. Animal autem scribunt illud nescio quod Iadoa fuisse, cui humana vndiquaque figura, sed quod ad funem cuiusdam radicis ligaretur, & à primo ortu perpetuo hæreret viuum, donec, qui ob innatam eius sæuitiem propiùs accedere minùs sunt ausi, sagittis conficerent; sed verisimiliùs est, Iideonim à verbo ידע, hoc est, sciuit, nouit, deriuatum, idem esse quod Ariolum, qui certo animi proposito de re quapiam consulit; à mortuis autem exspectabant, vt per insomnia de rebus, quas sciscitabantur, iuxtà sepulchra pernoctantes, fierent certiores; & Pythonissarum ope etiam euocatas eorum species, vti de Samuele dicitur, consulebant; quæ Rambam confir-

Iideonim est Ariolus.

firmat in Moreh nebuchim l. 3. c. 29 iuxtà exemplar Hebraicum, hiſcè verbis:

ונולדו בהם דיעות והיה מהם מעונן ומנחש ומכשף וחובר חבר ושואל אוב וידעוני ודורש אל המתים Rambam.

Tunc etiam ortæ ſunt opiniones & ſententiæ, & inuenti ſunt ex eis Augures, & Magi, & diuinatores, & inquirentes Ob, & Iideonim, & requirentes mortuos. Inſinuat Eſaias hanc improbam conſuetudinem, cùm dicit: *Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam ſemper; qui immolant in hortis, & ſacrificant ſuper lateres; qui habitant in ſepulchris, & in delubris idolorum dormiunt.* Eſaias. In quem locum Ionathas Chaldæus hiſcè verbis:

דיתבן בתתיא דבנן מעפד קבריא ועם פגדי בני אנשא דירין דאכלין בשר חזירא: Ionathas Chaldæus.

Qui habitant in domibus, quæ ædificantur de puluere ſepulchrorum, & cum cadaueribus filiorum hominum morantur, & comedunt carnem porcinam. Quibus verbis Paraphraſtes maximè innuit conſuetudines Ægyptiorum, à quibus Hebræi hauſerant, vti iam ſæpe dictum eſt, ſua omnia; quibus ſolenne erat ad reſponſa petenda, adyta illa ſua, ſpeluncas ſubterraneas, vbi corpora mortuorum condere ſolebant, intrare; quemadmodum eo loco, vbi de Ægyptiorum mumijs tractabimus, fusè oſtendemus. Cauſam verò, cur in hujuſmodi locis ad oracula conſulenda morarentur, Radak pandit:

היושבים בקברים לדרוש אל המתים בחרבות ילינו בלילה שיראו להם השרים לדעתם כי המזיקים נראים בחרבות למאמינים: Radak.

Sedentes in ſepulchris, vt conſulant mortuos; in ſolitudinibus morantur, & in nocte, vt appareant eis Dæmones, & vt cognoſcant eos: quoniam dæmones illi nocturni credentibus in eos, (hoc eſt cultoribus ſuis) *nullibi faciliùs, quàm in ſolitudinibus* (& tenebroſis locis) *apparere ſolent.* Verùm ad rem noſtram redeamus. Fuerunt itaque varia inſtrumenta ſeu idola, per quæ antiqui diuinationes ſuas peragebant, Diabolo reſponſa per ea dante, quæ Nebo, hoc eſt, prophetia, ſiue diuinatio dicebantur, ab effectu videlicet, quem præſtabant: huius farinæ fuerunt Theraphim, Iſiacæ ſtatuæ, Ob, Ieduah, Beelphegor, Abaeus fortunæ, menſa Solis & Lunæ, ſimiliaque, de quibus alibi ex profeſſo tractabitur; atque hæc ſunt illa idola Nebo, quæ ſecum, quocunque ibant, portabant, curribus vehebant, per hæc diuinabantur, hæc denique Deorum loco tenebant. Erant autem huiuſmodi variæ formæ, quædam infantium, alia ſerpentium, aut cæterarum beſtiarum, multa hominis, infantis, virginis, per quorum obſcœnas partes dæmon loquebatur, vt in præcedentibus oſtendimus.

Porrò his ex occaſione data fuſiùs forſan, quàm par erat, expoſitis, nunc ordo poſtulat, vt de Seſach nonnihil quoque dicamus. Hoc itaque nomen duobus locis apud Hieremiam reperitur, videlicet 26. & 41. capitibus; quod verò multi Seſach inter Numina Babyloniorum computent, quâ ratione moti id faciant, non video; cùm id nec ex citatis Ieremiæ locis oſtendi queat, nec aliæ rationes ſuppetant, quibus id efficaciter probari poſſit. Seldenus neſcio qua coniectura motus, à Sacca Babyloniorum feſto Numini Seſach dicato id euincere conatur, teſtem huius adducit Seſach. Seldenus.

cit

cit Berosum apud Athenæum 14. dipnos: Βήρωσος, inquit ille, ἐν τῷ τρίτῳ Βαβυλωνιακῶν, τῷ λώῳ μηνὶ ἑκκαιδεκάτῃ φησὶ, ἄγεσθαι ἑορτὴν Σακέαν τρεσβαγηρεθμήλιον ἐν Βαβυλῶνι ὅπου ἡμέρας πέντε, ἐν αἷς ἔθος ἦν ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν. ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ, ὃν καλεῖσθαι Ζωγανῆν. μνημονεύει δὲ ἑορτῆς καὶ Κτησίας ἐν δευτέρῳ Περσικῶν.

Berosus in 1. *l. Babyloniorum refert, decima sexta die mensis Loi festum Sacean dictum Babylone dies quinque celebrari; in his morem esse, dominos parere imperio seruorum, præesse autem familiæ eorum vnum veste regiâ indutum, hunc Zoganem nuncupari. Festum memorat etiam Ctesias in* 2. *Persicor.* Verùm ex his omnibus hoc vnum tantùm probatur, Babylonios festum celebrasse, Sacean nomine. Vtrum autem hoc festum à Sesach nomen habeat, aut honori Numinis Sesach, vt citatus Author contendit, dicatum sit, saluo quidem aliorum iudicio, ex adducto Berosi loco demonstrari nullâ ratione potest. Nos itaque meliori fundamento nixi asserimus, Sesach non tam Numen aliquod esse, quàm ex Cabala Themurah à propheta per *Atbasch* confictum nomen, quo Babyloniam, Regemque eius mysticè designabat; Sesach enim scribitur ששך, Babel בבל, à thau ת regrediendo ordinatâ elementorum serie, si pro ב bis sumas ש, & pro כ, ל, ex Babel Sesach fiet. Verùm hæc pueris passim nota sunt. Sesach igitur confictum nomen nihil aliud significat, quàm Babel. ita hoc loco Rabbini penè omnes פירושוהו שהוא בבל בא"ת ב"ש: explicant illud Babel per *Atbasch*. Imò Ionathas locis Ieremiæ citatis, Sesach aliter non vertit, quàm Babel. Propheta igitur, vt plerique Hebræorum sentiunt, ne Regem Babylonis contra se excitaret, nomen Babel commutatis elementis artificiosè transformauit in Sesach; quia dicitur: *Et Sesach bibet post eos, videlicet calicem iræ Dei*. Nec opus est multis Authoritatibus aliundè desumptis, cùm ipsa sacra scriptura, ad quam Lectorem remittimus, totam difficultatem facilè exhauriat. Nec quicquam ad diuinitatem Sesach conciliandam τῶν Σακαίων ἡμερῶν, id est, Sacęorum dierum festiuitas facit, cùm ea in honorem Veneris Babyloniæ & Persicæ, quam nos suprà Anaitidem appellauimus, multò ante Hieremiæ tempora ob victoriam Persarum & Babyloniorum (qui ab Authoribus passim confunduntur) à Sacis, qui populi sunt intra Imaum montem habitantes, Scythæ dicti, reportatam, vti alibi quoque ostendimus, instituta reperiatur; de quibus consule Strabonem l. 11. Photium in Myrobiblo cod. 72. Iamblichum Syrum in rebus amatorijs de Rhodane & Sinonide; Hesychium, qui & hoc festum Σκυθικὴν ἑορτὴν ob dictam rationem appellat. Atque hæc de Sesach dicta sufficiant.

Ctesias.

Sesach significat Babyloniam, & eius Regem.

De Alphabeto Atbasch vide in Cabala Hebræorũ.

Strabo. Photius. Iamblichus. Hesychius.

CAPVT XXII.

De Rephan, & Markolis Idolis Hebræorum.

DE Rephan, quem alij Remphan, vel etiam Romphan perperam appellant, nulla sacris in literis fit mentio, nisi Amos 5. & Actorum septi-

septimo, vbi S. Stephanus Iudæis idololatriam Patrum prædecessorum exprobrat hiscè verbis: *Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Remphan, figuras quas feciſtis adorare eas*. Vbi Syriaca versio habet pro Remphan, Rephon: Act. Apost. 7 v. 43.

ܐ ܐܦܠܟܬ ܠܡܫܟܢܐ ܕܡܠܟܡ ܘܟܘܟܒ ܐܠܗܟܘܢ ܪܦܢ ܨܠܡܐ
ܕܥܒܕܬܘܢ ܠܗܘܢ ܐܦ ܐܓܠܐ ܐܣܓܐ ܠܒܒܠ ❊

Quinimò baiulastis Conopæum Melchum, & sidus Dei vestri Rephon, imagines quas feciſtis, vt eas adoraretis, transferam vos de Babel.

Quisnam igitur fuerit iste Rephan, variæ interpretum huius loci sunt opiniones; alij Venerem seu stellam, quam Luciferum vocant Astronomi, interpretantur; alij Iouem; non desunt quoque qui vnam è constellationibus fixis Rephan esse arbitrentur. Nos relictis omnibus hiscè coniecturis aliquid certiùs adferemus.

Dicimus itaque Rephan vocem esse Ægyptiacam seu Coptam, eaq; nihil aliud significari in dicto idiomate, quàm Saturnum, vti ex Onomastico nostro Copto-Arabico-Latino manifestè constat, vbi Saturnus Rephan dicitur, ob gygantæam videlicet magnitudinem. Nomina Planetarum, prout ab Ægyptijs appellantur, hic ex dicto Onomastico nostro decerpta adiungam. Rephan vox Copta, significat Saturnum.

ⲡⲓⲍⲉⲫⲱⲥ ⲧⲏ ⲣⲉⲕⲱⲧ ❊

7. *Planetarum nomina Copto-Arabica-Latina.*

Arab.	Ægypt.	Latin.
زحل	ⲣⲏⲫⲁⲛ	Saturnus
المشتري	ⲡⲓⲍⲉⲩⲥ	Iuppiter
المريخ	ⲙⲁⲗⲁⲭ	Mars
الزهرة	ⲥⲟⲩⲣⲟⲧ	Venus
عطارد	ⲡⲓⲉⲣⲙⲏⲥ	Mercurius
الشمس	ⲡⲓⲣⲏ	Sol
القمر	ⲡⲓⲟⲩϩ	Luna.

Copta versio ex Vaticana petita suffragatur Onomastico, dùm cit. loc. Actorum ita Copticè vertit:

ⲁⲩⲕⲟ ⲧⲩⲁⲉ ⲛⲁⲉⲫⲧⲁⲩⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ❊ ⲉⲩϫⲓ ⲛⲧⲉⲧⲣⲁⲧⲓⲕⲏⲧⲉⲧⲫⲉ ❊

Et paulò post: ⲭⲉⲙⲙⲏϩⲁⲛ ϩⲟⲗ ϩⲉⲗⲗⲉ ⲩⲩⲟⲩⲱⲙⲟⲩⲱⲓ ⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲉⲛⲟⲩⲛⲓⲉϩⲣⲏϩⲓ ⲡⲱⲁⲩⲉⲛ ⲙ̄ⲡⲣⲟⲙⲙⲉ ⲡⲏⲓⲙⲙⲉⲡⲓⲥⲗ̄ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲧⲉⲧⲉⲛ ⲟⲓⲛⲧϫⲥⲕⲱⲛⲏ ⲛⲧⲉ ⲙⲁⲗⲁⲭ ⲡⲉⲙⲙⲉⲡⲓⲥⲓⲟⲩ ⲛⲧⲉⲛⲉⲧⲉⲛ ⲛⲟⲩⲧ ⲣⲉⲫⲁⲛ ⲛⲓ ⲧⲩⲡⲟⲥ ⲉⲧⲁⲣⲉⲧⲉⲛ ⲃⲁⲙⲙⲱⲟⲩ ⲉⲟⲩⲱⲱⲛ ⲧⲙⲙⲱⲟⲩ ❊ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲓⲉ-ⲧⲉⲃⲏ ⲛⲟⲩⲉⲃⲟⲗ ⲉⲛⲓⲥⲁⲛⲧⲉ ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ❊

Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiæ cœli, sicut scriptum est, Nunquid victimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus

Iſrael? & accepiſtis tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri Rephan (hoc eſt Saturni). Cui Arabica, Græca, Æthiopica omninò conſonant, vt ſequitur:

Arabica lectio. اخذتم خيمة ملكوم وكوكب الاهكم رافان الاشباه التي صنعتموها لتكونوا تسجدون لها

Accepiſtis tabernaculum Melcum, & ſidus Dei veſtri Rephan, &c. Septuaginta verò Interpretes: *70. Interpret.* Ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ρεφάν. Æthiopica lectio:

Vatumadaho balihu agiziahbaher varraſiumu iutkanaiu lachata ſamaia bachamatazucfa, vafata mazuchfa nebiat Iſrael vanaſachamu dabtara Meloch, vatamruta imlachachamu Rophan, anza taſagada laamanta maſſa zagbarchamun vadabtara ſamaa. *Æthiopica lectio.*

Conuertit autem Deus, & tradidit eos ſeruire militiæ cœli, ſicuti ſcriptum eſt in libris Prophetarum. Num victimas & hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto Iſrael, & portaſtis vmbracula Moloch, & ſtellam Dei veſtri Repham adoratis, quod ipſi feciſtis &c. Non igitur Rompha vel Remphan, ſed Rephan hoc loco proprium Saturni nomen eſt. Vnum miror, cur Amos 5. v. vlt. in Hebraico textu non Rephan, ſed Ciun כיון legatur, cùm tamen citatis locis & vulgata, & Septuaginta Interpretes cum alijs paulò ante adductis vbique vertant Rephan; verba Prophetæ hic adducam:

Amos 5. v. vltimo. ונשאתם את סכות מלככם ואת כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר עשיתם לכם:

Quæ ad literam ita ſonant: *Et portaſtis tabernacula Regis veſtri, & Ciun idolorum veſtrorum, ſidus Dei veſtri quod feciſtis vobis.* Quæ multùm à vulgata verſione Latina diſtare videtur: ſic enim hoc loco habet vulgata. *Vulgata lectio.* *Et portaſtis tabernaculum Moloch veſtro, & imaginem idolorum veſtrorum, ſidus Dei veſtri Rempham.* Cui conuenit & alia Græca lectio, quæ ῥομφᾶ habet loco Ciun. Ionathas quoque, etſi in Chaldaica ſua paraphraſi diſſideat in verſione, explicat tamen vulgatam verſionem:

Ionathas Chaldæus. ונטלתון ית סיכות בית כמרימות כיון צלמיכם כוכב מעותכון די עברתון לכון:

Et portaſtis bini tabernacula ſacerdotum veſtrorum, & Ciun imaginem veſtram ſtellam idolum veſtrum, quod feciſtis vobis. Atque ex his omnibus patet, Ciun & Rephan hoc loco pro eodem ſumi. Vtrum autem hæc duo vnius idoli diuerſa nomina ſint, an idem nomen ex corruptione, quam ex varia deſcriptione incurrit, tantùm diuerſum ſit, dubium eſt. Vtriuſque ſententiæ Authores reperio. Rabbini diuerſum ponunt nomen à Rephan, & aiunt, Ciun idem eſſe hìc ac Ceuauim, hoc eſt, placentulas mellitas, quæ offerebantur Reginæ cœli ſeu Veneri, quam Succoth benoth ſuprà diximus: Ita Radak ex alijs refert:

Rephan & Ciun pro eodem ſumuntur.

כיון
כונים

Radak, ונשאתם את סכות מלככם אחר על כוכב שנעשה ע"ז על שמו וקורא אותו מלך לפי שהם חושבים אותו למלך עליהם או שהיה כוכב גדול בצבא השמים שהוא

שהוא כמלך על צבאו ואת כיון צלמיכם יש מפרשים כיון כמו לעשות כוונים וכבר פירשנו בספר ירמיחו שהם מיני מאכלים שמכינים לעבורה ולפיכך נקראו כוונים :

Et ſuſtuliſtis tabernacula Regis veſtri מלככם. *Dicitur de ſtella ſeu idolo, cuius nomen Moloch; & vocant eum Regem, vel quòd eum Regem ſibi dominantem exiſtiment, vel quòd ſit ſtella magna in militia cœli, in qua veluti Dux, Rex, ſeu Imperator emineat ſuper exercitum ſuum.* [*& Ciun imaginem veſtram.*] *Sunt qui explicant, quaſi facere* כוונים, *id eſt, placentas mellitas, & iam explicauimus in lib. Ieremiæ, quòd Cauanim ſint ſpecies quædam eduliorum, quæ præparabantur Idolo, & ideò vocantur Cauanim.* Verùm huic ſententiæ non aſtipulamur. Melior eſt quam ſubiungit paulò poſt citatus Radak:

Badak.

פירשנו שכיון הוא בוכב שבתאי וכן נקרא בלשון שמעאלים ופרס כיואן :

Nos explicamus quod Ciun idem ſit quod ſtella Saturni, & ita dicitur Saturnus in lingua Iſmaèlitica (Arabica) *& in Perſica Ceuan.* R. Abenezra ait, eſſe nomen Saturni, compoſitum ex Arabica & Perſica lingua. Quicquid ſit, nomine Perſico Saturnum כיואן Ceuan dici, nemo negare poteſt, niſi qui forſan libros Perſicos, qui paſsim eum hoc nomine vocant, non legerit; in Arabum autem monumentis nunquam me hoc nomen repeririſſe memini. Vndè aliqui opinantur Ceuan & Rephan idem omninò nomen eſſe, quod Perſæ ab Ægyptijs acceptum R in C mutato blæſorum more corruperint; ita Ioannes Druſius audacter. *Eſſet*, ait ille, *Cheuan* (ſic legit כיון) *niſi manus aberrans maluiſſet ſcribere* Ρ'ɛφαὶ, ϱ *pro* κ, *aut fortè ipſi Interpretes legerunt* ריון *pro* כיון. meliùs dixiſſet, futurum fuiſſe Ρ'ɛφαὶ, niſi manus aberrans ſcribere maluiſſet כיון Ceuan; Rephan enim genuinum Saturni nomen apud Ægyptios, Ceuan autem corruptum à vicinis Perſis ante oſtendimus. Hæc ſententia alios quoque ſui fautores inuenit, nec mihi diſpliceret, niſi me venerabilis huius Tranſlatoris ab huiuſmodi aſſertione terreret authoritas, & meliora non ſupereſſent, queîs dictas difficultates conciliare poſſemus,

R. Abenezra.

Druſius.

Dicimus igitur quod Chiun, non per errorem, vt Druſius, eiuſque Aſſeclæ volunt, ſacris literis irrepſerit; ſed ſtudio à Propheta ſit poſitum hoc loco tanquam idoli nomen, quo Ægyptij nunc Saturnum, nunc Herculem confuſim appellabant, Hebræis notiſſimum. Eſt enim Chiun, vel Copticè ϩⲓⲕⲱⲛ, idem quod imago, figura, aut idolum, quo nomine Saturni, aut Herculis ſimulachrum promiſcuè, κῴ τλὼ ἐξοχλὼ, appellabant. Saturnum autem, quatenus vnus ex ſeptem planetis eſt, ob vehementiam effectuum, quos operatur, Rephan, quaſi diceres vires gygantis, dicebant. Chiun vel Chon itaque idolum Saturni dicebant Rephan ſtellam. Herculem autem Ægyptium, quem Herodotus inter octo Deos Ægyptiorum computat, Chon vel Chiun dictum eſſe Ægyptiacè, oſtendit magnum Etymologicum hiſcè verbis:

Chiun ſignificat Saturnum, & Herculem, & idē eſt quod Rephan.

Etymologicum magnum.

Χῶνες ἔθνος. Ἰθαλικὸν Τὸν Ἡρακλῆ φασὶ κῴ τλὼ τῆς Αἰγυπτίων διαλέκτου χῶνα λέγεσθαι δὲ καὶ Ἰταλίαν, καὶ ἀπ' αὐτὸ χῶνας ὀνομασθῆναι τὸ ἔθνος.

Chones, populus Italiæ, dicunt Herculem iuxtà Ægyptiorum dialectum Chon dictum eſſe, & à ſubiugata per eum Italia Itali Chones poſtmodum appellati ſunt.

Quæ omnia confirmat Antiochus Zenophenes apud Lilium Gyraldum Synt. X. *Chon*, inquit, *Hercules Ægyptiorum linguâ nuncupatus, qui cum Osiride Italiam liberauit à tyrannide, & ab hoc Chone Hercule Ægyptio Italiam antiquitùs vocatam esse proditur*. Historiam breuiter enarrat Petrus Leo Castella in libello de Aboriginibus & Ianigenis. *Is itaq; Osiris post Sicani obitum accersitus ab Italis, populorum scilicet Maioribus XII. VI. I. P. C. vindicibus, aduenit in Italiam, vbi Nouitas & Virtus semper imperant: is gygantes deuicit omnes, & si quos seruauit, eos in triumphum duxit, omni potitus Italia, comitatus Hercule Chone, a quo vltima in Italia populi Chones, qui à Sabinis tandem eiecti sunt*. Hunc Herculem Γιγῶνα quoque appellatum esse apud Hesychium reperio:

Antiochus Zenophenes.

Petrus Leo Castella.

Hesychius.

Γιγνῶν, inquit, οἱ δὲ Γεγῶν, Πάπαικος, Ἐπιπάταικος, Τραπέζιος, οἱ δὲ Αἰγυπτίων Ἡρακλέα νομίζουσι.

Gignon, nonnullis Gigon, Patæcus, Epipatæcus, Trapezius, aliqui Herculem Ægyptium appellant. Quod verbum non dissentit à Rephan, si significationem aspicias; ambo enim istius Numinis vires indicant, cùm & Rephanem, & Chonem, Gygantem significari ex dictis pateat. Concludimus igitur Rephan, & Ciun, vel Chon locis citatis sacræ scripturæ nihil aliud esse, quàm simulachrum Saturni, vel sub sideris figura, vel ob stellam fronti idoli insertam, cultum; & nomina diuersa vni attributa esse. Saturnum enim, quem Rephan esse ostendimus, & Herculem, quem Chona, passim cum Osiride confusa esse in Syntagmate tertio huius probauimus. Verùm hæc meliùs in sequentibus discutientur. Quare Rephane relicto ad Marcolin progrediamur.

Marcolis idé quod Mercurius.

Marcolis מרקוליס Hebræis idem est, quod Latinis Mercurius; ita colligo ex Adagio illo Hebræorum זורק אבן למרקוליס *Spargens lapidem in Marcolis*, hoc est, in Mercurium; de quo R. Elias Ascenaz, ita in Thesbi:

R. Elias.

זורק אבן למרקוליס שם ע"ז שכך היתה עבורתה ויש אומרים שחוא שם אלה שעברו לו ברומא הנקרא מרקוריא:

Markolis nomen idoli, & dicunt, quod mittendo lapides (in aceruum) sit cultus eius; dicunt etiam, quod illud sit nomen illius, qui Romæ colebatur sub nomine Mercurij. Ita de parabola dicta R. Elias. Quod quidem prouerbium aliunde non profluxit, nisi ex parabola illa Salomonis c. 26. v. 8. *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem*. Vbi Hebraica veritas habet במרגמה; ex qua voce Mercurium forsan formarunt prisci; etsi Græci Interpretes, Ionathas, ac plerique recentiorum ibi fundam intelligant. Tanta autem in hoc loco explicando auctorum difficultas, tanta opinionum varietas & dissensio, vt quid credere quispiam debeat, dispici vix possit.

Explicatur locus parab. 9. 26. v. 8.

Nos, vt & huic loco aliquam lucem adferamus, dicimus hanc parabolam nequaquam intelligendam esse de fundæ iactu, vt citati suprà Authores sentiunt, nec de lapide באדגמה, hoc est, in purpura inuoluto, vti Rassi; nec de bustuario seu loco funesto, vbi corpora damnatorum lapidibus obruebantur; nec de lapillis numeratorijs, seu calculis Arithmeticis, vt D. Thomas; sed de lapidibus, quæ in honorem Mercolis siue Mercurij

D. Th. 2. 2. q. 63. a. 3. in corpore.

curij in aceruum lapidum dicto Numini coaceruatum proijciebantur. Voluit igitur ſapientiſſimus mortalium eum, qui ſtultum honeſtauerit, tantundem facere, acſi dictum Mercurij aceruum lapidis iactu augeret. Collata & ſtulto, & aceruo quaſi beneficia, huic lapidis occaſione, illi honoris; neuter autem gratum rependit animum, non ſtultus magis, quàm lapidum aceruus; neuter beneficium conferri ſatis agnoſcit. Conſentit huic Beda in hunc locum commentans. *Qui inſipienti*, inquit, *id eſt, hæretico honorem docendi confert, non minùs delinquit, quàm qui Deos ac delubra gentilium cultu venerantur inani.* Verùm vt huiuſmodi ſacra Mercoli collata, eorumque origo, ritus, ac cœrimoniæ penitiùs intelligantur, Sciendum eſt, cunctis ferè gentibus celebres ſtatuas Mercurij fuiſſe; quaſdam ſolitarias, in quibus ſolus ipſe in baſi; quaſdam ſociales, in quarum vna baſi ſimul Pallas, quæ Hermathenæ vocatæ; aut Hercules, quæ Heraclæ; & hæ propriæ Gymnaſiorum erant, vt patet ex Cicerone ad Atticum, & Turneb. l. 7. adu. cap. vltimo. *Solitariæ*, ait Derrius, *crebriores fuerunt, non in ſepulchris tantùm, ſed in fulcris lectorum, indicantes Mercurium ſomni præſidem, cui ideò vltimus ſeu tertius cyathus in conuiuijs ſacer, teſte Polluce l. 6. cap. 15. & Luc. l. 3. Apoll.* Quæ quidem ſculpturæ dicuntur ἑρμῆναι Suidæ, ἕρμινα Heſychio, nec in delubris tantùm, ſed & in priuatorum veſtibulis collocantur, formâ quadrangulari, & vt plurimùm lapideæ. ita Thucyd. l. 6. belli Peloponeſi. De alijs vide Herodotum l. 2. & Macrob. c. 19. Sat. Ægyptij, & ab his Græci, & Romani edocti huius farinæ Deaſtros, vel pectore tenùs humano, vel capite, & collo duntaxat effigiabant, cœtera truncos. De quibus conſule Clementem Alexandrinum in protreptico, & Arnobium l. 6. aduerſus gentes, Plutarchum in Alcibiade & Nicia, Æmylium Probum, Thucyd. alioſque. Scio nonnunquam tricipitem Mercurium pingi ſolitum, vndè de hominibus vel vehementer ambiguis quid aggredi debeant, vel valdè vaſris adagium Τριπέφαλος Ἑρμῆς, triceps Mercurius; cuius cauſam puto, quia idem mercaturæ, orationis, & itineris Numen habebatur, quod Adagiographus cenſet in ſingulis capitibus inſcriptionem habuiſſe, quò duceret hæc via, quò rurſus illa.

Statuæ Mercurij duplices, ſolitariæ, & ſociales.

Cicero. Turneb.

Pollux. Luc. Suida. Heſychius.

Thucyd. Herodotus. Macrob.

Clem. Alex. Plutar. Æmylius Probus.

Mercurius cur triceps pingatur?

Porrò materia crebrior lapis, rariùs lignum; ſed lignum certum, iuxtà illud: *Non ex quouis ligno fit Mercurius*. Quod, vti dictum eſt, in ſtatuam efformabant, cuius ſi caput excipias, reliqua omnia trunca eſſent. An ſic formabant, vt Deum totum eſſe mentem conſtaret? Certè innuunt id verſus Empedoclis apud Tzezem 13, chil. hiſt. 464.

Mercurius cur ſolùm capite tenus pingebat.

Οὐ μελὶ γὰρ βροτέῃ κεφαλῇ κὴ γῆα κέκασται,
Οὐ μελὰ ἀπαὶ νώτων γὲ δύο κλάδοι ἀίσσουσιν,
Οὐ πόδες, ἠ θοαὶ γοῦνα, ἠ μήδεα λαχνήεντα,
Ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ, καὶ ἀθέσφατον ἔπλετο μοῦνον,
Φρονέοντίσι κόσμον ἅπαντα καταΐσσουσα θοῇσιν.

Empedocles.

Non enim mortali capiti membra adiuncta ſunt,
Non quidem ab humeris duo rami emicant,
Non pedes, non cita genua, nec pudenda lanuginoſa,

Sed

Sed mens ſacra atq; immenſa eſt ſolùm,
Curis Mundum omnem quæ mouet celeriùs.

Tales ergò Hermulæ fuerunt. ideò Mercurius l. 4. Authol. Græc. epig. inducitur à Xenocrate querulus, quòd cùm ſe fateantur homines pedibus celerem curſorem, & manu ſtrenuum palæſtritam, tamen effingant eum ἄπουδα, ſine pedibus, & κολοβὸν χέρα, & manibus mancum. Atque hæc communia omnibus Hermis. Quædam verò peculiaria illis, qui Viales dicti, Mercurio ſacri; à quo etiam ſtatuæ omnes viriles, teſte Tzeze, Hermæ dicebantur; fortaſſis, quia Mercurius inſignis ſtatuarius fuit, vt narrat Iuppiter apud Martianum Capellam l. 1. de Philolog. nupt. Viales etiam Hermæ quadrati fuerunt, lignei, & lapidei, ſummâ parte Mercurij faciem, inferiore planâ inſcriptiones viarum præferentes, vt apertè teſtatur Vlpianus ſcholijs ad orat. Demoſth. contra Leptinem. Ξύλα, ἢ λίθοι τετράγωνοι ἃς ἔχοντες ὄψιν Ἑρμοῦ ἐπαίνω, κἀπὶ δὲ ἐν τῇ πλάτει τὰ ὀνόματα. ſcilicet vias indicantia; vide de his Phornut: & Lylium Synt. 9.

Mercurij viales.

Martianus Capella.

Vlpianus.

Ad hos itaque Hermas ſolebant adijci à viatoribus in Mercurij honorem acerui lapidum, quibus aceruis commune cum lapidibus nomen fuiſſe docet Tzeza chil. 12. hiſt. 429.

Ad Hermas viales adijciebantur à viatoribus acerui lapidum.

Ἑρμεῖ, καὶ σύμπας ἀνδριὰς, καὶ ὁ σωρὸς τῶν λίθων.
Hermes, & omnis ſtatua virilis, & cumulus lapidum.

Tzeza.

Hinc iam duæ difficultates naſcuntur, prima an acerui iſti aceruarentur contigui ad ipſam ſtatuam, ſic vt ſtatuæ ſummitas tantùm extaret; quod videtur cenſuiſſe Alciatus Embl. 8. his verſibus:

Acerui iſti erant contigui ad ipſas ſtatuas.

In triuio mons eſt lapidum, ſupereminet illi
Trunca Dei effigies pectore facta tenus.
Mercurij eſt igitur tumulus; ſuſpende viator
Serta Deo, rectum qui tibi monſtrat iter.

Hugo Carenſis comparat Hermas illos crucibus ligneis, quas hodiè peregrini ad loca ſacra proficiſcentes, erigunt, extantes inter lapidum à prætereuntibus poſitorum congeries; Galli *Montioyes* vocant. At diſcrimen eſt, quòd noſtri peregrini non coaceruent lapides in crucis honorem; ſed vt ſecuturi indicium itineris indè capiant, & ſunt tantùm vnius itineris indices; Hermæ variorum erant, & inſtituti in honorem Mercurij.

Hugo Carenſis.

Hinc pendet ſolutio ſecundi dubij, An Mercurij aceruus accipiendus ſit de quouis lapidum aceruo, etiam nullâ religione congeſto; quod omnes ij exiſtimant, qui ex Odyſſ. ω. & Strabone 16. Heſychio, & Magni Etymologici Authore teſtibus probant, Ἑρμαῖον λόφον, ſeu Mercurialem aceruum nihil aliud eſſe, quàm aceruum lapidum. Verùm ſi hos tres accuratè legas, deprehendes eos duplicem ſignificationem tradere; vnam latè patentem, quæ ad quoſlibet lapidum aceruos ſpectat; alteram preſſam

Odyſſ. Heſychius.

sam & propriam de superstitiosis illis. Quod ex Hebræis, & Græcis, & Latinis Scriptoribus facilè est probare. Nam & Baal Aruch id manifestè hisce verbis indicat:

Baal Aruch. מרקולים ב׳פ ר׳ מיחות הפוער עצמו לבעל פעור זו היא עבודתו חזורק אבן למרקולים זו היא עבודתו בע׳ז פ׳ ד ר׳ ישמעאל אילוהן ג׳ אבנים זו בצד זו בצד מרקולים ב׳פ אילו מציאות בגמ׳ ואילו חייב לחכרין באבני בית קולום מהו פ׳ בית ע׳ז שמה ב׳ת מרקולים עבודתו רגימת אבנים ועיקרה בדחנוא בראש גמ׳ דפ׳ ר׳ ישמעאל אלו הן אבני בות מרקולים אחת מכאן ואחת מכאן ואחת על גביהן:

Markolis, inquit, *in Perusch* 4. *Mithoth*, *est denudans seipsum* פת *Beelphegor*, *& eius ritus est, vt proijciatur lapis in Mercolis. Verùm R. Ismael in Perusch* 4. *de idololatria dicit, quod illi sint tres lapides à lateribus Marcolis hinc indè dispositi. In Perusch* אלה מציואת בגמ׳; *& moris fuit, vt proclamare facerent in lapidibus domum seu fanum Kolis. Indè Perusch domum huiusmodi seruitutis vocat domum Markolis, cuius cultus erat proiectio lapidum; & Rabbi Ismael in alio tractatu ait lapides fani Mercolis sic dispositos fuisse, vt vnus hinc, alter illinc, tertius super vtrumque collocaretur.* Confirmat hæc R. Elias Leuita, qui tamen de hoc ritu dubitat, eò quod quos Romæ de hoc ritu interrogasset, id ei negarint. perperam negasse, & imperitos illos fuisse moris gentilitij, facilè ostendero. Inprimis ex Homero testantibus Didymo & Strabone secundùm illud: R. Elias. Didymus. Strabo.

Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χερόποιητα
Κᾶν ὁδοῖσι λίθων συγχώματα.

Ait illos colere
Saxea signa, & simulachra manu facta,
Et passim in via proiectos lapidum aceruos.

Priore versu Hermulas, posteriore Hermæas describit; citatque eos Theophylus Alexandrinus l. 1. ad Autolycum, & exstat locus l. 1. Orac. Sybill. in quorum etiam l. 5. inanimes Hermæ vocantur, ἀψύχοις θ' Ἑρμαῖς. Nicander in Theriacis Hermarum meminit, & ibi Scholiastes, Ἑρμάκας, ait esse, λίθους συζωρευμένους εἰς τιμὴν τοῦ Ἑρμοῦ· lapides coaceruatos in honorem Mercurij. Hesychius, Ἑρμαῖος λόφος· ὅτου σωρὸς τῶν λίθων Ἑρμαῖς, ὅτου· ἐν τοῖς ὁδοῖς γινομένους εἰς τὴν τιμὴν τοῦ Θεοῦ; ἐνόδιος ζδ. *Mercurialis aceruus significat cumulos lapidum Mercurij, quos in vijs coaceruabant ad honorem Dei vialis.* Manet igitur, Hermæos λόφους nihil aliud fuisse, quàm lapidum Mercuriales aceruos, vijs publicis & compitis ad itinera demonstranda congestos; quos transeuntes viatores crebro lapidum iactu in Mercurij honorem augebant; Mercurius enim, id est, Hermes, viarum præses erat, & ἐνόδιος dictus, quem maximè superûm fore iratum, si quis erranti comiter non monstrârit, canit Idyll. v. 5.

- - - - - - - - - κιχολῶσ᾽
Εἰ κὴν ὁδῷ ξαχρεῖον αὐλώπ᾽ τὶς ὁδίτην.

Dissensio tantùm est, vndè initium hæc superstitio sumpserit. Sanè vti cer-

Mos coacernandi lapides ad Hermas viales, vndè cœperit. *Fauorinus.*

certum eſt, ab ipſo Mercurio ſumpſiſſe, ita incertum à quo facto illius. Sunt qui velint, ab eo, quod ſit ſolitus vias elapidare, & commodiores reddere, ſaxis remotis, & in vnum cumulum ad latus viæ digeſtis; ſimul etiam recti itineris, & viæ Regiæ viatores feciſſe certiores. ita Fauorinus fol. 218. in fine. Fabulam ad hanc rem, quam ex Anticlide Didymus Odyſſ. ϖ. recitat, prodit: *Cùm in conſeſſu*, aiunt, *Superum Mercurius eſſet Deorum calculum ſubiturus, accuſatus nimiùm à Iunone ob patratam Argi necem; in gratiam Iouis Deorum turbam Mercurium quidem abſoluiſſe, ſed omnes calculos pro ſingulari cœleſtis fori ritu, ad eius pedes iactu coaceruaſſe, quo ſcilicet facto, execrandam cædem illam in Iunonis gratiam perpetratam oſtenderent. Hinc in Mercurij honorem mos eiuſmodi hominibus vſitatus.* Sed de his vide fuſius Phornutum, Lactant l. 1. c. 20. & alios paulò ante citatos.

Didymus.

Nos dicimus, totam hanc lapidum erigendorum rationem ab Ægyptijs, eorumque Hermete ſeu Mercurio ad alias gentes potiſſimùm promanaſſe; Primum enim mortalium Geometriam eum docuiſſe, limitum ponendorum rationem monſtraſſe, Diodorus, & Strabo docent. Cùm enim ex inundatione Nili quotannis facta, Ægyptus tota limo obduceretur, ac proindè ſummæ in diſtribuendis agris, prædijſque contentiones inter Ægyptios orirentur, & lites; ferunt Mercurium primum campimenſoriæ artis rationem docuiſſe, limites, qui nihil aliud erant, quàm oblongi quidam & quadrati lapides ad agrum vnius ab alterius diſcernendum, ſtatuiſſe; quæ omnia in ſequentibus ex varijs Authoribus volente Deo comprobabimus. Hinc tanto bono affecti Ægyptij, in memoriam beneficij præſtiti, nunc eum lapidum congerie factâ, nunc rotundum lapidem ad capitis ſimilitudinem in faſtigio adaptantes, nunc quadratum, nunc trigonum, aut pyramidale ſaxum in caput & humeros ſurſum abiens, ponentes, veluti terræ, terminorumque præſidem, ac Numen auerruncum, à quibus Hebræi, cœteræque gentes id poſtmodum didicêre, coluerunt. Verùm quoniam de his copioſiſſimè multis in locis huius Operis dabitur dicendi materia, plura modò dicere ſuperſedeo, ne ijſdem rebus ſæpè repetendis nauſeam Lectori moueam. Figuræ Hermarum apud Authores paſsim occurrentes ſequuntur.

CA-

CAPVT XXIII.

De adytis & ſpeluncis Hebræorum, cæterorumque Orientalium.

NIhil celebriùs quondam fuiſſe adytis Ægyptiorum, ſat monſtrant tot egregiorum Philoſophorum ad ea viſenda ſuſcepta itinera. Pythagoras ſanè tanto eorum ferebatur deſiderio, Clemente teſte, vt circumciſionem non abnuerit, quo myſteriorum in ijs tradi ſolitorum particeps fieret. *Clem. Alex. l. 1. ſtrom.*

Ὁ Πυθαγόρας ϖεριετέμνετο, ἵνα δὴ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα καλῃθῶν, τῶν μυϛικῶν παρ' Αἰγυπτίων ἐκμάθῃ φιλοϛοφίαν.

Erant autem adyta, loca quædam ſolitaria, ſubterranea, & ab omni hominum conſortio remota, omnigena monſtroſorum idolorum varietate referta, quibus ſub ſymbolis hieroglyphicis Deorum colendorum ratio, cœterarumque clandeſtinarum artium præcepta tradebantur, iuxtà illud Arnobij: *Pythagoras*, inquit, *Magus fuit, clandeſtinis artibus omnia illa perfecit, Ægyptiorum ex adytis Angelorum potentium nomina, & remotas furatus eſt diſciplinas*. Meminit horum Euſebius l. 2. præparat. Euangel. *Adyta Ægyptiorum quæ.* *Arnobius.*

Ναὶ μὴν ἄδυτα Αἰγυπτίων, καὶ Τυῤῥηνῶν νεκρομαντείᾳ σκότῳ ϖεϖδασμένα, μανικὰ ταῦτα καὶ ἀληθῶς ἀϑεόϕρων ἀπίϛων ϖοφιϛήρια, καὶ πλάνης ἀκεράϛε κυβδήρια. *Euſebius.*

Certè adyta Ægyptiorum, & Tyrrhenorum necromantiæ caligine damnantur, furioſæ omninò fraudes ſunt hominum infidelium, & erroris meri ludibria. Et Iuſtinus quæſt. ad Orthodoxos: *Id temporis hieroglyphicæ ſcientiæ in pretio erant apud Ægyptios, quæ in adytis tradebantur lectiſſimis quibuſq;, non hominibus de trivio &c.* In his itaque Dæmonibus per varias cœrimonias, adiurationes, ſuffumigia ex varijs ſpeciebus aromatum, herbarum, ſuccorum confecta, per hymnos denique & carmina magica in idola attractis, de vitandis malis, & conſequendis bonis conſulentes reſponſa capiebant. Iuxtà quæ facientes perenni felicitate ſe potituros eſſe credebant. Hebræi itaque, vicinæque ipſis gentes Aſſyrij, Babylonij, Perſæ cum hoccè arcano Deorum cultu Ægyptios ſecundo rerum ſucceſſu efferri cognoſcerent, ad ſimilem fortunam aſpirantes, per media ſimilia ad finem intentum ſe peruenire poſſe ſibi perſuaſêre. Quare effictis omnigenis Deorum monſtris, adyta, ſeu occulta quædam, ac caliginoſa latibula ad ea colenda ſelegerunt. Quales verò illæ fuerint latebræ, quæ idola intus adumbrata, quis ſacerdotum ritus, pulchrè nobis oſtendit Ezechiël c. 8. vbi ſic habetur: *Et introduxit me ad oſtium atrij; & vidi, & ecce foramen vnum in pariete, & dixit ad me: Fili hominis, fode parietem; & cum fodiſſem parietem, apparuit oſtium vnum; & dixit ad me, Ingredere, & vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt hìc; & ingreſſus, vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuerſa idola domus Iſraël depicta erant in pariete in circuitu per totum. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſraël, & Iezonias filius Saphan ſtabat in medio eorum, ſtantium ante picturas, & vnuſquiſque habebat thuribulum in manu ſua, & vapor nebulæ de thure conſurgebat.* An non hìc Pro- *Ezechiel.*

pheta ob oculos nobis ponit ideam quandam adytorum Ægyptiorum omnibus numeris abſolutam ? certè & multiformium illorum idolorum exercitus, & ſacerdotum ſuffumigantium cœrimoniæ, aliaque à Propheta relata adytis dictis ad vnguem quadrant. Dixi, multiformium idolorum exercitus, vt oſtendam, nihil hìc idolorum, monſtrorumque defuiſſe; ſed quicquid ſimulachrorum hucuſque ex varijs recenſuimus, hìc veluti in theatro quodam compendioſo repræſentatum fuiſſe. hìc Theraphim conſecrabantur; hìc Baalgad, Baalſephon, & turpis Baalphegor; hìc βέμοφ Moloch; piſciformis Dagon; ventroſus Chamos; cornuta Aſtarta; Equinus Anamelech; Adramelech pauonis imagine ſulgidus; hircinus Tarthac; Gallina cœleſtis cum pullis ſuis, quam Succoth Benoth diximus; hìc Nergal gallinaceus; reconditus Neſroch; lachrymabundus Thamuz, aliaque propudia religionis, quæ ſacerdotes incenſo thuris venerabantur, conſpiciebantur. Tantus autem fuit horum idolorum numerus, vt Rabbini aſſerant, nullam gentem fuiſſe, quæ non peculiare ſibi ſimulachrum hoc loco adorandum ſtatuerit; & illud Prophetæ id maximè innuit: *Secundùm numerum quippè ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda*. Et nullum locum fuiſſe, qui non profano iſtiuſmodi cultu pollueretur, oſtendit Ezechiël c. 6. v. 13. *Cùm fuerint interfecti veſtri in medio idolorum veſtrorum, in circuitu ararum veſtrarum, in omni colle excelſo, & in cunctis ſummitatibus montium, & ſubtus omne lignum nemoroſum, & ſubtus vniuerſam quercum, locum vbi accenderunt thura redolentia vniuerſis idolis ſuis*. Non deſunt, qui dicant numerum idolorum, gentiumque fuiſſe myſticè deſignatum per ſeptuaginta viros de ſenioribus domus Iſraël, quos incenſentes idolis Ezechielem in adytis vidiſſe, ſacra meminit hiſtoria paulò ante citata; certè aſſentit huic Zohar col. 210. vbi de idolis Hebræorum tractans, eorum ſummam artificiosè indicat per haſce literas ר"yy cuius primum y valet 70. reliquæ autem literæ ר"y ſeruitutem alienam deſignant; quaſi diceret ſeptuaginta cultus externi, id eſt, ſeptuaginta Dij, ſeu potiùs Dæmonia, ſeptuaginta gentium idololatrarum, quæ alio in loco recenſebimus. Sed neque abſtinuerunt à ſordidis etiam & impuris animalibus, quæ nemo ſine nauſea videat, aut ſine horrore tractet; qualia ſunt reptilia, & animalia, quæ reſpuebat, execrabaturque Iudæorum religio, de quibus Iſaias c. 2. *Vt adorarent talpas, & veſpertiliones*. Quæ quidem omnia deſumpſerant ab Ægyptijs, quibus nihil non erat diuinum; vndè accutè irridet Iuuen: Satyr: 15. monſtroſum huiuſmodi cultum, dùm de Ægyptiorum ſtulta religione loquitur:

Multitudo idolorum Hebræorum.

Hierem. 2.

Hebræi adorabant animalia immunda.

Iſaiæ 2.

Iuuenal.

\- - - - - - *Corcodilon adorat*
Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus ibim,
Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci.

Feles etiam, Serpentes, Aſpides, Ichneumones, Scarabæos. hæc ergo monſtra ſordida, atque inuiſa, in ſuis etiam ſacris numerabat væſanus Iudæorum animus; quæ tam auidè ſectabantur, vt Ieremias ciuitatem ſanctan-

ctam ab Ægyptijs conſtupratam myſticè ſignificet non malè hiſcè verbis: *Filij Memphεos & Taneos te conſtuprauerunt vſque ad verticem.* Indicat hanc cultus externi pruriginem quoque Propheta Nahum c. 3. v. 4. qui ſic ad Niniuen, quæ eodem morbo laborabat: *Propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ, & gratæ, & habentis maleficia.* Sanè ſub hæc tempora maleficijs vſos eſſe Iudæos, & Deorum imagines non in annulis ſolùm, armillis, inauribus, & laminis; ſed & in corporibus candenti ferro inuſtas geſtaſſe, docet Ioacim Ioſue filius, qui Deorum, quos coluit, in carne ſua geſtabat imagines; exemplo vtique Ægyptiorum, vt docet hiſtoria ſcholaſtica l. 4. Reg. c. 39. Abulenſis in l. 4. Reg. c. 25. q. 39. quod colligi putat ex l. 2. Paralip. c. 36. v. 8. *Reliqua autem verborum Ioacim, & abominationum eius, & quæ inuenta ſunt in eo &c.* Hic autem Rex, & vt credibile eſt, ad eius exemplar alij non pauci, illo impio charactere compuncti, non ſolùm abiuratæ religionis teſtimonium, ſed & magicum aliquod veneficium portabant; quod ſolenne cumprimis erat Ægyptijs.

Ieremias.

Nahum.

4. Reg. c. 39. Abulenſis. 4. Reg. c. 25. 2. Paralip. 36.

Atque ex his omnibus in hoc Syntagmate adeò fusè traditis tandem luculenter apparet, quicquid idolorum apud Hebræos, Syros, Aſſyrios, Phœnices, Babylonios, Perſas, Arabes vnquam fuit, ab Ægypto tanquam perenni omnis ſuperſtitionis fonte promanaſſe. Quæ cùm ita ſint, nulli ſanè dubium eſſe debet, ſacrarum quoque ſculpturarum diſciplinas, quas hieroglyphicas vocant Ægyptij, vnà cum dictis idolis, ritibus, cœrimonijs, cœteriſque myſterijs philoſophicis ad vicinas gentes, quæ eas quàm auidiſſimè ſectabantur, & naturali quâdam animi inclinatione in eas ferebantur, fuiſſe traductas; quæ omnia libenter hic demonſtraremus, niſi ea ſequentibus tractatibus reſeruaſſemus. Quantùm itaque Orientalium linguarum notitia, ac dictarum gentium ritus, ac in ſacris obeundis cœrimoniæ, cœteraque priſcæ religionis monumenta ſub ijs comprehenſa, ad hieroglyphicæ diſciplinæ reſtaurationem, momenti ſint; ille ſolus, qui ſcopum & intentionem meam ignorat, ignorare videtur. Atque hæc de Dijs Hebræorum ſufficiant.

Concluſio Syntagmatis.

SYNTAGMA V.

SIMIA AEGYPTIA,

SIVE

De Idololatriæ Aegyptiacæ ad aliarum Barbararum Gentium idololatriam affinitate; & quomodo exteræ gentes Aegyptiorum ritus nullo non tempore affectarint.

ΠΡΟΟΙΜΑΤΙΟΝ.

DEMONSTRATIS in præcedente Syntagmate ijs omnibus, quæ ad perfectam idololatriæ Hebræorum, Chaldæorum, Perſarum, Babyloniorum, Syrorum, ſeu Phœnicum, & Samaritanorum, cognitionem quoquo modo pertinere videbantur; operæ pretium me facturum exiſtimaui, ſi hoc loco cœterarum quoque barbarum gentium non ita pridem in varijs, ignotiſque mundi partibus detectarum idololatriam, eiuſque ad Ægyptiacam affinitatem exponerem; quibus præſtitis, in hieroglyphicorum ſuſceptâ interpretatione, non parùm ijs me adiutum iri confido.

Scopus itaque, vt paucis multa complectar, huius Syntagmatis vnicus eſt, oſtendere pernicioſiſſimum humani generis hoſtem Diabolum, ijs machinamentis ac callidis inuentionibus, quibus cœca veterum Ægyptiorum pectora olim imbuta, in omnem idololatriæ ſpurcitiem turpitudinemque præcipitauit, ijſdem omninò artibus, ijſdem ſuperſtitionibus ac machinamentis, ad cœterarum gentium illaqueandas animas, & vſum eſſe præteritis temporibus, & in hunc diem in ignotis nobis, ac Euangelij luce deſtitutis regionibus, Regniſque vti; quas quidem artes, ac inſtituta ſi perſpectas habuerimus, nequaquam difficilè erit, varia ad Ægyptiorum antiquitates & myſteria facientia nobis hucuſque incognita, facta ſingularum rerum inter ſe collatione, in lucem eruere; Deus conatûs noſtros ſecundet.

CAPVT I.

De barbararum Gentium idololatria, à Dæmone vel recens inuenta, vel propagatione ſucceſſiua introducta.

Nihil nouum ſub Sole.

QVoties humanarum rerum conditionem paulò altiùs mecum expendo, toties veriſſimum illud Sapientiſſimi mortalium pronunciatum, *Nihil ſub Sole nouum*, comperio. Cùm enim id quod fuit, nihil

nihil aliud ſit, teſte ipſomet Salomone, quàm id quod factum eſt, nihil aliud niſi quod faciendum; certè nihil aliud præteritarum rerum euentus fuiſſe videntur, niſi futurarum quædam veluti proſcœnia, καὶ ἔκτυπα. Gratis itaque perhorreſcimus ad præteritorum ſæculorum infelices multorum regnorum, Monarchiarum, & Rerumpubl: ſortes & tragicos exitûs, quos moderno tempore præſentes, alio tamen colore fucatos, intuemur; Gratis miramur, dùm veterum monumenta voluentes cognoſcimus eò Ægyptiorum, Græcorumque gentem cœteroquin ſapientiſſimam, cœcitatis deueniſſe, vt nihil tam eſſet vile & abiectum, nihil tam propudioſum & abominabile, quod diuino apotheſeos honore non cohoneſtarent; gratis, inquam, hæc miramur, cùm maiorem adhuc orbis partem, etiam poſt ſalutis humanæ aduentum eadem inſania, ijſdem erroribus laborantem, quotidiè percipientes indoleamus. Deſinamus itaque mirari; eadem cauſa manente, vt phyſico more loquar, eundem effectum prodire neceſſe eſt. Inueteratus malorum ijſdem ſemper orbem premit machinationibus, Gliſcit

Dæmon atrox odijs, animiſq; furentibus iras
Nutrit, nec damnis hominum exſaturata quieſcit.

Dæmonis ſtudium in propaganda idololatria.

Nullæ ſunt induciæ, pax nulla; vbi nec odij, nec inuidiæ modus, aut finis vllus; hoſtis Dei ſuperbia aſcendit ſemper, creſcit malitia, crudelitas inualeſcit; antiquus ſcelerum Architectus eadem ſemper molitur. Nihil inauſum ſinit, nihil intentatum relinquit, præcipuum omni ætate de eadem pharetra fuit illicium quàm curioſarum, tàm ſuperſtitioſarum artium, quàm multa, tàm ſtulta dæmonum commenta mortalium animos dementantia, quæ omnia magiæ nomen ambitu ſuo comprehendit. Nihil præteritis temporibus ab Ægyptijs, eorumque hæredibus diuino vnquam honore cultum nouimus, quod à barbaris etiam moderno tempore, illo inſtigante, non coli videatur. Apud hos in Fotoque, & Chamis, Oſiridis, & Iſidis in Solem & Lunam transformatorum manifeſta reperias veſtigia. Videas Bacchos, Veneres, Hercules, Æſculapios, Serapides, Anubides, ſimiliaque Aegyptiorum monſtra promiſcuè paſsim, etſi ſub alijs, & alijs nominibus adorari; Molocho per ignem filios immolari, ſanguine humano execranda peragi ſacrificia; obſcœnam illam hominis partem, quam φάλλον Græci vocant, ſingulari in honore ac veneratione haberi; omnigenas animantes Deorum loco teneri; verbo, Aegyptiorum exemplo cuncta idolis repleri inuenias, nihil diuinorum myſteriorum in ſacris voluminibus contineri, quod in contemptum Dei, animarumque perniciem Simia Dei Diabolus de ſanctis, venerandiſque Prophetarum Oraculis aſſumptum ad contaminatiſſima furoris ſui ſcelera, vti olim, ita modò non tranſtulerit. Videas hìc ſerpentis Moſaici in deſerto ad perituroruṁ ſalutem erecti reliquias: Noëmi quoque Mundum arcâ conſeruantis, Eliæ curru igneo tranſlati intuearis imaginem, aliaque ſimilia, quæ in ſequentibus dicentur; omnibus proindè veterum myſterijs, ritibus, ac cœ-

Barbaræ nationes antiquis Ægyptiorum ſuperſtitionibus infectæ.

rimo-

rimonijs, ſuperſtitionibuſque in nouiſſimarum Gentium religione mentita, veluti in ſpeculo quodam eluceſcentibus. Hæc itaque cùm cognoſcerem, ingens continuò animum meum inceſſit deſiderium, conquiſitis vndique diuerſarum Gentium idolis, ritibus quoque ac cœrimonijs, ijs peragi ſolitis, hinc indè ex Hiſpanicis, Luſitanicis, Italicis, & Gallicis epiſtolis (quarum magna mihi copia hìc Romæ, vtpotè in ſuprema Curia ex Archiuio Societatis Ieſu ſuppetebat) collectis comparationem inſtituendi inter hæc & veterum religionem; ſperans futurum, vt ex huiuſmodi collatione, meis in hieroglyphico negotio moliminibus lumen non exiguum accederet; dùm ex rituum, cœrimoniarum, ſimulachrorumque ſimilitudine & analogia, vndè ea profluxerint, inueſtigare difficilè non rebar futurum. His itaque de cauſis hanc materiam, quæ cæteroquin extra ſcopum videri poterat, complexus ſum, quam maioris methodi gratia, & ad vitandam confuſionem, in tres veluti claſſes diuidendam exiſtimauimus; ita vt prima pars idololatriam, ſectaſque Sinenſium, Iaponiorum, & Tartarorum; altera Indorum, & Aſrorum; tertia denique Americanorum in Deorum cultu ritûs, cœrimoniaſque contineat.

CAPVT II.

De Sinenſium idololatria, Aegyptiacæ parallela.

Tres ſectæ apud Sinenſes Litteratorũ, Sciequia, & Laucu.

TRes igitur Sinarum libri orbis terrarum ſectas numerant; ſic enim vocant Regnum ſuum vnà cum vicinis adiacentibus locis, aliàs enim minimè nôrunt.

Prima eſt Literatorum; altera Sciequia; tertiam Laucu vocant. Ex his tribus aliquam Sinæ omnes, & reliqui populi contermini, qui Sinarum characteres habent, profitentur; quales ſunt Iapones, Coriani, Leuquici, & Cocincinenſes, de quibus poſteà dicemus. Atque tres hæ ſectæ primò in omnibus propè reſpondent triplici hominum generi, quibus Ægyptiorum quondam Regnum coſtabat, ſacerdotibus videlicet ſapientibus, Hierogrammatiſtis ſeu hieroglyphis, & plebeis. Literatorum ſecta Sinenſium propria, & in hoc regno antiquiſſima, Rempub. gubernat, pluribus libris abundat, & ſupra cœteros laudatur. Authorem ſeu Principem philoſophorum Confutium agnoſcunt, non ſecùs ac Aegyptij ſuum illum Thoyt, quem Græci Ἑρμῆν vocant Τρισμέγιστον, Et quemadmodum Aegyptij ſapientes, vnum Deum, quem Hemepht vocant, colebant; ita Sinenſes literati idola non habent, nec ea colunt, ſed vnum Numen, quod vocant Regem cœlorum; de quo ſic Trigautius in expeditione Chriſtiana ad Sinas: [Hinc aſſerunt Regi cœlorum ſacrificandi, eiuſque colendi munus ſolùm ad Regem ſpectare. In hunc finem Rex duo habet templa ſanè magnifica in vtraque Regia, Nanquinenſi, & Pequinenſi; cœlo dicatum eſt vnum, terræ alterum; in his olim ipſe per ſe litabat, nunc in eius locum Magiſtratus grauiſſimi ſucceſsêre, Cœloque & Terræ (non ſecùs ac Aegyptij Oſiridi & Iſidi) boues & oues magno numero mactant, alioſque

Litteratorum ſecta.

Trigautius.

mul-

multos ritûs exhibent Porrò proprium Litteratorum fanum eſt ipſius Confutij philoſophorum Sinenſium Principis ; id ei per leges in qualibet vrbe conſtruitur, eo in loco , qui eſt ſupra ludum literarium ; id magno ſumptu conſurgit, & contiguum habet palatium eius Magiſtratus , qui primum Litterarū gradū conſecutis præeſt. In celeberrimo fani loco ſtatua illius viſitur plena litteris,aut eius loco nomen cubitalibus litteris aureis in pereleganti tabula deſcriptum; ad eius latus ſtatuæ adſtant quorundam eius diſcipulorum, quos Sinæ in Diuos, ſed inferioris ordinis, retulêre. In hoc fanum Nouilunio ac Plenilunio quolibet conueniunt Magiſtratus omnes vrbani, cum renunciatis Baccalaureis, Magiſtrum ſolitis inclinationibus ac genuflexionibus, cereis etiam & ſuffitu veneraturi.] Ad eum ferè modum quo Aegyptij primo die Menſis Thoth ſuo Deo Mercurio ſolennia celebrabant. Huius Dei ſtatuæ variæ quoque ſunt,aliæ in templis prægrandes, aliæ paruæ , & quæ facili negotio ſecum circumferunt ; cuiuſmodi vnum mihi R. P. Aſſiſtens Portugalliæ Soc. IESV Nunnius Maſcarenias communicauit, cuius imaginem hìc adiungendam exiſtimaui.

Pagodes Indorum Numen.

Altera Sinarum ſecta reſpondet Philoſophis Aegyptiorum, & Sciequia, vel

Secta Sciequia.

vel Omitoſe appellatur, apud Iapones verò Siacca, & Amidabu nuncupatur; de quibus fuſiùs cùm de Iaponum idolis agemus. Lex hæc ad Sinas peruenit ab occaſu, portata è Regno cui Threncio, vel Sciuro nomen eſt, quæ Regna, teſte P. Trigautio, vno Indoſtanis nomine appellantur, inter flumina Indum & Gangem ſita. Quam quidem ſectam ſi diligenter diſcutiamus, ab ijs Gymnoſophiſtis, Brachmanibus, Perſis, Bactrianis, qui hac Indoſtanis intercapedine olim continebantur, profectam, in China colonias poſuiſſe, ex dogmatis eorum facilè patebit. Multitudinem enim mundorum credit metempſychoſin ſeu animarum in bruta tranſitum, omnem denique Pythagoræ philoſophiam profitetur. ita enim Trigautius: *Multiplices*, inquit, *cum Democrito, & alijs Mundos fabricat; ſed maximè animorum tranſmigrationem è Pythagoræ diſciplina videntur mutuati, aliaq; permulta commenta huic addidère ad fucum falſitatis. Hæc autem non ſolùm à Philoſophis noſtris, ſed etiam ex Euangelica luce videntur vmbram quandam accepiſſe.* Certum enim Triadis modum inducunt, quo tres Deos, in vnum deindè Numen coaleſcere fabulantur. Cuius epiſtolæ quoque Hiſpanicæ mentionem faciunt hiſcè verbis: *Tuuieron noticia del Euangelio. Porque en la Prouincia de Paquin, entre los otros Idolos, que alli tienen, ay vna figura de hombre, que tiene tres cabezas, y ſe miran la vna a la otra, y dizen los Chinas, que ſignifica aquello, que todos tres non tienen mas de vn ſolo querer y voluntad.* Et paulò poſt: *Ay vna otra imagen de bulto de vna muger, con vn Ninno en ſus brazos.* Verùm huiuſmodi S. Thomæ Apoſtoli reliquias eſſe etſi piè credi poſſit; veriſimiliùs tamen eſt, ea à Perſis, Medis, alijſque Indorum philoſophis Aegypti hæredibus, quorum proprium erat multiformes ſtatuas fabricari, ad effectus vnius rei ſignificandos, profluxiſſe, vt paulò poſt, dùm de Iaponijs agemus, patefiet. Præterea abſtinentiam ab animalium carnibus cum Pythagoræis ſibi indicunt, barbam & cæſariem continuò radunt, in montibus & ſpeluncis contemplationi vacant, templa eorum plena ſunt immanibus idolorum monſtris, æreis, marmoreis, ligneis, luteis; adyta Aegyptiorum diceres.

L. 1. c. 10.

Lauzu ſecta.

Tertium profanæ religionis dogma Lauzu appellatur, & reſpondet plebeis, & Magis Aegyptijs, à philoſopho quodam, qui eodem cum Confutio tempore floruit, originem traxit; eum fingunt 80. annis in parentis aluo geſtatum, priuſquam naſceretur, qua ex cauſa Lauzu, id eſt, philoſophus ſenex appellatur. Hoc dogma paradiſum ſpondet, ex anima & corpore conſtitutis, & in ſuis templis quorundam effigies exponunt, quos hâc ratione ad cœlos euolaſſe fabulantur. Ad eam rem conſequendam exercitationes quaſdam præſcribunt, poſitas in vario ſedendi ritu, certiſque precationibus, imò etiam pharmacis, quibus ſpondent vnà cum ſuorum Diuorum fauore vitam poſſe ſectarios conſequi immortalem in cœlis; aut vt minimùm vitam in mortali corpore longiorem. Huius ſectæ ſacrificulorum peculiare munus eſt, dæmones impijs precationibus exorcizatos domibus pellere, idque duobus modis tentare ſolent; nam horrenda Dæmonum monſtra in flaua papyro atramento delineata, domorum parietibus affigenda tradunt; indè tam inconditis clamoribus domos com-

plent,

plent, vt ipſa dæmonia eſſe videantur. Aliud etiam munus ſibi arrogant; nam è ſicco cœlo imbres elicere, aut nimios continere, alia quoque priuata ſeu publica infortunia ſe poſſe auertere promittunt. Atque hæc ſunt tria ferè gentilium ſectarum capita; ſed neque in his humani generis vanitas conquieſcit, ſinguli enim fontes labentibus paulatim ſeculis à fraudum Magiſtris in tot mæandros deriuati ſunt, vt numerari vix poſſe videantur, & ipſa incredibilis penè ſimulachrorum multitudo ſatis oſtendit; quæ non in fanis tantùm, quæ ſæpè ad aliquot millia aſcendunt, colenda exponunt, ſed priuatis etiam in ædibus ferè ſingulis, loco ad eam rem deputato, in foro, vicis, in nauigijs, palatijſq; publicis, hæc vna abominatio penè primò ſe ſpectandam præbet. In quo quidem Ægyptios idolorum omnigenâ varietate infames imitati videntur. Sunt huius rei tam certa & euidentia indicia, vt ſi nihil aliud, certè tria potiſſimùm id conuincere poſſe videantur. Primum eſt, quod non ſecùs ac Ægyptij, & Græci quoſdam præſidere credant; his templa myſtica condant; hos varijs ritibus & cœrimonijs Aegyptiorum more ſoleant aut placare iratos, aut fauentes attrahere. Secundum Argumentum religionis Sinicæ ab Aegyptijs mutuatæ, ita manifeſtum eſt, vt de eo dubitari nequaquam poſſit; eſt autem, quod in hunc diem templa ibi Marti, Veneri, Fortunæ, Paci, Oreadibus, alijſque Dijs Græcis & Aegyptijs communibus dicata reperiantur. Multis id poſſem ex diuerſis Luſitanicis & Hiſpanicis annuis ſcriptis oſtendere; ſed erit inſtar omnium Metropolitanæ vrbis Nenchienſis in China Ichnographia, non minùs eleganter, quàm cumprimis exactè ſerico Sinico impreſſa à Patribus noſtris, præterlapſis annis è China Romam miſſa, in qua præter alia ſuperba ædificia, ac munimentorum moles, templa quoq; Deorum ſingula ſingulis certis quæque locis deputata ſpectantur; videas in hac delubra Marti, Fortunæ, Paci, Oreadibus, & Nymphis, Genio aëris, auium, maris, fluminum, vrbis præſidi, Draconi maris, Ioui, Athlanti, alijſq; Dijs Græcis & Aegyptijs dicata; quod cùm ſumma cum admiratione percepiſſem, non potui, quin ad religionis Sinenſis cum Aegyptiaca, Græcaque affinitatem magis demonſtrandam, eam hìc ſummâ fide decerptam adiungerem, omittere.

Simulachrorum maxima apud Sinenſes multitudo.

Sinenſes idolorum cultũ ab Ægyptijs hauſiſſe, probatur tribus argumentis. Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Templa Deorum Chinenſium.

Templum Draconis maris.	Templum grati animi.	Tẽp. præſidi ſylũ. vel Dianæ.
Templum Reginæ cœli, id eſt Lunæ dicatum.	Templum Planetæ Marti dicatum.	Ara cœli.
Templum Cœlo dicatum.	Templũ Præſidi murorum dic.	Ara Terræ ſeu Cereris.
Templum Dæmonibus, & Spiritibus dicatum.	Templum optimæ Paci dicatum.	Ara Dei pluuiæ.
Montibus & fluminibus, id eſt, Oreadibus & Nercidibus dicatum.	Templum Spiritui Medicinæ Aeſculapio, vel Apollini dicatum.	Ara Regis auium.

Atque hæc ſanè Græcis & Aegyptijs ita congruunt, vt tota eorum idololatria in Chinam tranſmigraſſe videatur.

Tertium argumentum.

Tertium argumentum eſt, quod præter literas, quibus hieroglyphica Aegyptiorum proximè affectant, vt in ſecunda Oedipi parte oſtendemus, ritûs & cœrimonias eaſdem pene habeant cum Aegyptijs. Nouimus Aegyptios pyramidum figuras ſemper diuino quodam honore proſecutos eſſe; cuius cultus veſtigia in hunc diem in China remanent. Pyramides enim, quos Chines vocant, in tanto habent honore & veneratione, vt nemo aggredi quippiam audeat, niſi priùs certis ritibus haſcè placauerit. Teſtem huius rei adduco Petrum Iarricum, qui l. 5. hiſtoriar. Indicarum Gallicè editarum, c. 51. de ijs hiſcè verbis memorat: *Outre ces idoles de bois, il y en a d'autres, qu'ils appellent Chines, faicts en forme de pyramides ouuragees, dans lequelles il y a certaine eſpece de fourmis bianches, qui ſe ne monſtrent pas de hors; mais ont leur petites loges au dedans, ſans qu'on ſcache de quoy elles ſe nourriſſent. & ruinent les loges, où ont les met, qui ſont faictes en forme d'Oratoire. Dont les Gentils ſont fort emerueillez. Càr ils ont grand'peur de ces Chines; tellement, que quand'ils achettent vn eſclaue, ils l'amenent premierement deuant quelq'une de ce pyramides auec vne offrande de vin, & autres choſes, & le luy conſignent, comme entre les mains, priant l'idole, que ſi l'eſclaue s'en fuit, il face en ſorte que les ſerpens, laizards & tigres le tuent, & le deuorent. Ce que les pauures eſclaues craignent ſi fort, qu'encor bien qu'ils ſoient mal traictés de leurs Maiſtres, ils n'oſent quaſi iamais les quitter & abbandoner.* Ex quibus manifeſtè patet, Chinenſes hæc omnia ab Aegyptijs, Perſis, alijſque deſumpſiſſe, quos lapidem ſeu faſtigiatum ſaxum in conum, aut pyramidem adaptatum loco Numinis coluiſſe, & ſæpiùs in præcedentibus indicatum eſt, & in ſubſequentibus paſsim demonſtrabitur.

Prætereà quemadmodum Aegyptij Dæmones in ſtatuas compingebant ad reſponſa danda, certaque templa ijs dedicabant; ita Chinenſes; de quibus audi citatum Iarricum citato loco diſſerentem. *Il y a pareillement en chaſque Royaume vn lieu dediè au Diable, là où on luy va faire les plus ſolemnels ſacrifices en vne petite Iſle. On appelle l'idole Camaſſono; & ceux qui paſſent par là, redoutent fort cet idole, & de peur qu'il ne mette leurs nauires à fond, ils luy offrent, quand ils ſont vis a vis de l'iſle, ou du riz (qu'ils iettent en la mer) ou de l'huile, ou d'autre choſe qu'ils portent.* De Oraculis verò eorum ita Trigautius l. 1. c. 8. expedit. Sinenſ. *Nonnulli, Dæmones ipſos conſulunt, & familiares, vt vocant, ſpiritus, apud Sinas non pauci, eaſq; res plùs Numinis quàm Dæmonum fraudis vulgò habere creditur. Sed ad extremum omnes in fraudem inducunt. Eorum Oracula infantum vocibus, aut etiam brutorum excipiuntur; præterita ipſi & abſentia more ſuo euulgant, vt non abſimilem vero faciant eam, qua futura prænunciant falſitatem. Hæc porrò omnia cum noſtris etiam Ethnicis communia fuiſſe legimus. Vnum eſt, quod Sinarum proprium dici poteſt; mos in eligenda area ad ædes priuatas & publicas extruendas, aut ad cadauera humanda, eamq; aream conferunt cum capite, cauda, pedibus variorum Draconum, quos huic noſtro ſolo ſubſtratos viuere fabulantur, à quibus omnem aduerſam, proſperamq; fortunam nou familiarum ſolùm, ſed vrbium, prouinciarum, totius Re-*

gni

gni credunt dependere. Et ideò in hac veluti recondita scientia, multi etiam viri primores occupantur, & procul, cùm opus est, euocantur; maximè cùm publicæ quædam turres, molesue, aut machinæ in eum finem extruuntur, vt prospera fortuna accersatur, & infortunia publica exterminentur. Non secùs enim atque Astrologi ex inspectis sideribus, ita hi Geologi ex montium, fluminum, agrorum q; situ regionum fata metiuntur. Et sanè nihil absurdiùs inueniri posse dicas. Nam ex Ianua in hanc illamq; partem obuersa; ex fenestra hac vel illa parte aperiri solita, ex eo quod è regione tectum sit altiùs, equè similibus nugis familiæ salutem, opes, honores, omnemq; fortunam dependere somniant. His Astrologis, Geomantis, Auguribus, Coniectoribus, & vno verbo impostoribus pleni sunt vici, plenæ tabernæ, plena fora. Atque hactenus Trigautius. Quis hìc non alteram Ægypti faciem, qua omnia augurijs & ominibus expediebantur, videat? Tempus me deficeret, si omnia hæc hìc enarrare vellem. Quare qui plura huiusmodi scire desiderat, consulat citatos Authores; nos satis esse arbitramur, ex paucis hiscè prolatis, magnam sanè ad Ægyptiorum mysteria affinitatem demonstrasse; quare his relictis ad Iaponios nos conferamus.

CAPVT III.

Iaponiorum, & Tartarorum idololatria Aegyptiacæ parallela.

CVm Iaponij omnem religionis suæ idololatricæ rationem à Sinensibus acceperint, non minor inter illos, quàm Sinarum varietas sectarum est, atque differentia; quæ tamen ad duo potissimùm capita reuocari possunt. Prima eorum est, qui alteram vitam negant, nec præmium, nec punitionem operibus bonis aut malis destinatum credunt; sed vitam ducunt omninò Epicuræam, Vocatur hæc secta Xenxus. Bontij huius sectæ Ministri vnà cum suis idola quædam adorant, quæ Chamis appellant. His templa erigunt admodum superba & sumptuosa; per illa iurant in grauibus, quæ se offerunt, negotijs; aut cum homagium Regi præstandum. His supplicant variarum rerum oblatione cùm ad nocumenta, ac infortunatos rerum euentus vitandos, tùm ad victoriam contra hostes impetrandam; verbo, vt præsenti fœlicitate perfruantur, qui vnius istius sectæ scopus. Alij, qui animæ immortalitatem, alteramque vitam sectantur, magis in ritibus, & cœrimonijs ad Pythagoræos accedunt. Idolum adorant nomine Amida, de quo mille fabulas spargunt; quas quia ad institutum nostrum nihil faciunt, lubens omitto; hoc vnicum dicam, illos huic idolo tantum tribuere, vt ad saluandum se nihil aliud requiri credant, nisi frequentem horum verborum repetitionem: *Namu, Amida, Buth*, hoc est, Felix Amida, salua nos. Quæ verba identidem repetunt, rosaria sua, seu coronas è globulis precatorijs confectas gerunt, quas Iaponij communes habent cum Christianis, & in idolorum manibus ferè depinguntur, vti hic in imagine adiuncta vides, quæ imaginem Amidæ refert.

Duæ sectæ Iaponiorum, vna negantium, altera asserentium animæ immortalitatē.

Amida Numen Iaponiorum Horo Aegyptio Numini respondens.

Verùm ne quicquam meis verbis afferere videar, verba Authorum, ex quibus dicta deprompsi, adiungam; ita enim in Hispanicis relationibus P. Ludouicus Gusmanus de his loquitur:

P. Ludouicus Gusmanus l. 5 de los Reynos de Iapon.

Aunque las sectas de Iapon son muchas, y muy differentes, pueden se reduzir à dos principios vniuersales. El primero es, de los que niegan auer otra vida mas de las que perciben por los sentidos exteriores, ni premio, ni castigo por las buenas ò malas obras. los que professan esta secta, se llaman Xenxus. Todos estos Bonzios y Feligreses adoran a vnos idolos, que llaman Chamis, los quales fueron Señores de Iapon, y muy señalados en la guerra. Tienen estos Camis templos muy ricos y sumptuosos, y por ellos iuran en los negocios graues, che se offrecen. Tam bien acuden à pedirles salud, y victoria contra sus ennemigos. Entre los que confiessan auer otra vida,

vida, ay dos ſectas principales, de las quales ſalieron otras muchas; La prima deſtas ſe llama de los Xodoxius, que quiere dezir, hombres del lugar ſuperior, o del paradiſo. Adoran los deſta ſecta vn idolo, que ſe dize Amida, del qual cuentan mil patrañas y mentiras, que fue hijo de vn Rey de Leuante, y tuuo dos hijs, y que muerta ſu muger, hizo por ella, y por todos los que le adoraſſen, grande penitencia, de manera, que por ſaluarſe non tuuieſſen neceſſidad mas que repetir eſtas palabras: [Namu Amida Buth] que quieren dezir Bienauenturado Amida ſalua nos: y aſſi las dizen con grande efficacia y deuotion, paſſando las cuentas de ſus roſarios, que por eſto traen ſiempre en los manos. Hæc Guſmanus. Morem autem inter orandum tractandi roſaria, aliaque dicta confirmat Franciſcus Belleforeſtus libro 4. hiſtor. vniuerſal. c. 6. Gallico ſermone conſcripto his verbis. *Les Iaponnois (comme auſſi en vſent les Indiens Orientaux) portent de Patenoſtres de diuerſes ſortes, ainſi que nous, ſur & auec lequels ils content le nombre de leurs oraiſons, plus longues beaucoup que la noſtre qu'on nous a commandè de dire, & les diſent cent & huit fois, à cauſe que leurs Docteurs & Bonzi tienent, qu'il y a autant de ſorte de pechès, es quels l'homme ſe peut ſouiller, & que contre chaſque de ces vices, il faut s'armer d'une de ces prieres. Tous les matins en ſe leuant ils diſent neuf paroles, hauſſans les doigts de la main droicte, eſtimans que cela profite pour empeſcher que le Diable ne leur porte nuiſſance aucune, &c.*

Franciſcus Belleroforeſtus.

Iaponij vtuntur Roſarijs.

Porrò alia quoque ſecta Iaponiorum eſt dicta Foquexus, à libro huius nominis; atque hæc adorat idolum Xaca vel Iaca dictum, de quo mille commenta quoque ſpargunt; cum deuotione quinque hæc verba dicere, *Namu, Mio, Foren, Qui, Quio,* ſufficere ad beatitudinem conſequendam credunt; etſi nemo hactenùs dictorum verborum energiam intellexerit. Diſcipuli huius Xacæ fuerunt Cambadagi, & Cacubao, quorum vtrumq; ob excellentiam diuinis honoribus proſequuntur Iaponij. Cambadagi Dæmonium veriùs quàm homo, ſi fides relationibus habenda, videtur fuiſſe; docuit ipſe primus ritus adorandi Dæmonem, prætereà modum Dæmonem certis verborum incantationibus in corpus cuiuſuis compingendi, ſimiliaque Dæmonum propria oſtendit. Hanc ſectam ſequitur illa, quam Iamabugi, hoc eſt, militem montium, appellant; atque hi proximè æmulantur Ægyptiorum ritus, in coniurandis ſpiritibus, & Genijs in ſtatuas; diuinationibus omnis generis ſunt dediti; ſolitudinem & aſperos montes amant, ac proindè parùm in locis cultis & habitatis ſpectantur; de quibus ita Guſmanus: [Eſte miſmo Bonzo Combadagi tuuo otros dos diſcipulos, que fueren hermanos de padre y madre, los quales tomaron tambien la doctrina de ſu Maeſtro, que fundaron ellos porſi otra nueua ſecta, y peior que todas las paſſadas, cuya profeſſion es, offrecerſe de todo puncto al ſeruitio del demonio, y darſe por muy intimos ſieruos y familiares ſuyos. Llamanſe los que tienen eſta ſecta Iamabugis, que quiere dezir ſoldados de la Sierra, porque los mas dellos viuen en vnas muy aſperas montañas, y pocas vezes los veen en poblado. Otros ay que paſſan ſu vida con mil embuſtes, y hechizerias, que vſan por el pacto, que tienen con el Demonio, como es deſcubrir algunos hurtos, dezir por la mano la buena o mala ventura, commo Gitanos, y adeuinar algunas coſas futu-

Foquexus, ſecta Iaponiorum.

Guſmanus l. 5. c. 7.

futuras. Entre otras cosas que dexaron los fundadores desta secta para los que la huuiessen de seguir, fue vna peregrination, que hazen dos vezes cada año, para adorar al Demonio en cierto templo, que por ser cosa tan particular y extraordinaria, la pondre aqui, como la conto vno destos Bonzios, que la auia andado siete vezes, y despues por la misericordia de Dios nostro Señor fue Christiano.] Hæc Gusmanus, quæ confirmant epistolæ Lusitanicæ anno 1565. è Iaponia missæ, quas consule; extant enim impressæ Eboræ. Multa rara omninò & admiranda hoc loco de similibus dæmonis machinationibus adducere possem; sed quia ad in-

stan-

ſtitutum noſtrum non ſunt, ad ea, quæ ad rem noſtram faciunt, calamum conuertamus.

Nouimus ex Iamblicho, & Clemente Alexandrino, Ægyptios Deum flori Loti inſidentem myſticè depinxiſſe, quam ſacram pingendi rationem Gnoſtici ſectati poſtmodum Harpocratem eidem Loti flori varijs ſymbolis inſtructum repræſentarunt. Videtur hìc mos non in Perſiam tantùm, Indiamque, ſed & in vltimum Orientem quoque, Iaponem videlicet penetraſſe. Depingunt illi Numen illud ſuum celebre Amidam, vel alio nomine Fombum, flori ſeu roſæ, aut Nympheæ inſidentem, magno radiorum fulgore coruſcantem, cuius imaginem cùm R. P. Aſſiſtens Portugalliæ mihi communicaſſet, volui ham hic adiungere.

Ægyptij Deũ flori Loti inſidentem adorabant.

Iaponij Amidam flori Roſæ inſidentem pingunt.

Hanc ſectam Ienxiorum Fombum nominant, quæ longè aliter de hoc Amida ſentit, quàm Xodoxiorum ſecta, de qua paulò ante: dicunt enim eſſe inuiſibilem ſubſtantiam, ſeparatam ab omni elementorum compoſitione, ante omnem creaturam exiſtentem, omnium fontem bonorum. Hinc eum myſticè pingunt ſupra Nympheæ florem, veriùs Lothi ſedentem, ad reconditas huius virtutes & perfectiones ſubobſcurè inſinuandas, quas & habitus, cui inuoluta cernitur, indicat. Quæ omnia confirmantur ex Epiſtolis Luſitanicis anno 1565. ex Iaponia in Europam datis, in quarum vna Ludouicus Froës ita de hoc Amida ſcribit Luſitanicè: [Os ſeus moſteiros ſam muito ſumptuozos & tem grandes rendas. Naõ podem ter molheres ſopena de os matarem. Amida eſta nos ſeus templos em hum altar nomeo do meſmo templo. Onulto he de ſyaon quaſi como os Pagodes da India, deſpido da cinta pera riba, aſſentado como molher com orelhas furadas e hũa claridade de rayòs, que o cerca, aſſentado ſobre hũa roza de Pào, que o cercla muito fermoza.] Et in alio loco: [Na primeira queſtaõ propòs que os Ienxus tinhaõ hauer hum ſer inuiſiuel ſeparado da natureza dos quatro elementos, à que chamauaõ por outro Fonrai come Mogui, e que os atributtos que os letrados dauaõ à eſte ſer inuiſiuel, eraõ os ſeguintes, conuem à ſaber, que antes deſte mundo, ceos e terra ſerem creados o Fombum ſempre fora e nunca tiuera principio, nem hauia de ter fim, e que por elle foraõ creadas todas as couzas, que ſeu ſer eſtaua dentro na terra, e nos ceos, e fora delles, por naõ ſer limitado a lugar finito que no gouerno, e conſeruaçaõ de todas as couzas, naõ padecia mouimento algum; nem tinha cor, nem accidente viſiuel, por onde dos olhos corporais podeſſe ſer viſto, que os homẽns e todas as criaturas tinhaõ, hauia neſte Fombum em mais eminente graõ de perfeiçaõ, por ſer fonte perenne de todo o bem.] Ex quibus patet, Prudentiores è luminis naturalis præſcripto multò aliter de Dijs ſuis ſentire, quàm rudiores. Amidam enim, quem rudes præter multa figmenta, eximium hominem fuiſſe aſſerunt, doctiores fabulas de eo vulgò creditas, exemplo Ægyptiorum ad myſticos ſenſûs detorquent.

Sectæ Ienxiorum Fombum apud Iaponios.

Ludouicus Froes in lit. Iaponicis.

Præterea Solem quoque & Lunam Ægyptiorum, aliorumque Orientalium exemplo adorant, vti ex epiſtola Luſitanica conſtat: [Crẽ os mais delles em homẽs antiguos, os quaes (ſegundo tenho alcançàdo) eraõ homẽs,

Iaponij Solem & Lunã adorant.

mẽs, que viueraõ como philoſophos ; muitos deſtes adoraõ o Sol,e outros à lua .] Et confirmatur ex epiſtola quadam S. P. N. Franciſci Xauerij, anno 1549. 5. Nouembris, ad Collegium Goanum data, vbi multa alia quoque de huius gentis ſuperſtitionibus inuenies. Quod ſi pompas ſeu feſtiuitates, quas quotannis Dijs ſuis exhibent, cum pompis & ſolennitatibus Ægyptijs quotannis peragi ſolitis comparaueris, eaſdem omninò paucis exceptis inuenies. Videbis in ijs, non ſecùs ac in Komaſijs Ægyptiorum, teſte Clemente fieri ſolebat, portentoſas Deorum ſtatuas, varia pompa & ridiculis Bonziorum geſticulationibus circumferri ; de quibus ita in epiſtola quadam Ludouicus Froes. [He coſtume antiquiſſimo de Fiyenoiyama, todos os annos fazerem ali os Bonzos hũa ſumptuoſiſſima feſta à eſte idolo, decendo de riba todos os Bonzos armados, os quaes tomaõ as coſtas ſete cadeiras muy grandes, que eſtaõ metidas em ſete templos . Acabada eſta feſta de Sacamoto ſe fazia logo cà outra no Micào à outro idolo ou Cami, que ſe chama Guion, à mais ſolenne de todo o Iapaõ, a que pare ce que o Demonio quis contrafazer à fazer de Corpus Chriſti, porque ali fazem todos os Caſtellos dançaſ, iogos, perſonados, leuaõ en as maõs, os idolos. A eſtes ſe ſeguen oito ou des lanternas de maõ, as ilharguas, das quaes vaõ em roladas com beatilhas, delgadas, e eſcrito o nome do ſeu Pagòde e dentro huãs candeas accezas, & cœtera . quis hìc non Iſiacam pompam deſcribi videt ?

Varij ritus Bonxiorum.

Proceſſione peractâ templa ſua ingrediuntur, in quibus non ſecùs ac in Ægyptiorum adytis innumeram videas omniformium Deorum turbam; quorum multi capite bouino, canino, aliorumque animalium deformati, formidabile intuentibus præbent ſpectaculum ; alij multis brachijs effigiati, monſtris quàm Dijs ſimiliores ſunt. Meminit huius Iaponicæ idololatriæ ſecundum Volumen variarum nauigationum, & itinerum Italicè conſcriptorum fol. 51. *In queſta Iſola, & in altre vicine tutti i loro idoli ſono fatti diuerſamente, perche alcuni hanno teſte di Buoi, altri di Porci, altri di cani & di Becchi, & di diuerſe altre manicre, e ve ne ſono alcuni, ch'hanno vn capo & duoi volti, altri tre capi, cioè vno nel luogo debito, gl'altri due ſopra cada vna delle ſpalle, altri c'hanno quattro mani, alcuni dieci, & altri cento ; quelli che ne hanno più, ſi tiene che habbino più virtù, & à quelli fanno maggior riuerentia, & quando i Chriſtiani gli dimandono, perche fanno gli ſuoi Idoli così diuerſi, riſpondono, così noſtri Padri & Predeceſſori gl'hanno laſciati* . Hæc ad verbum ex Marco Paulo Veneto deſumpta videntur ; nam lib. 3. c. 6. vbi de Inſula Zipangri, quæ eadem eſt cum Iaponia, loquitur, ita ſcribit : [Colunt viri Zipangrij varia idola, quorum quædam habent caput bouis , quædam caput porci, & quædam caput canis, & aliorum diuerſorum animalium ; ſunt quædam quæ habent quatuor manus, alia viginti, & alia centum ; & quod plures habuerit manus, maioris putatur virtutis. Sunt rurſus quædam, quæ habent quatuor facies in vno capite, & alia tria capita, vnum ſuper collum, & alia duo ſuper vtrumque humerum. Et cùm incolæ interrogantur, vndè hanc habeant traditionem, reſpondere ſolent, ſe Patres ſuos in hoc imitari, nec aliud credere debere, quàm quod ab illis acceperunt.

Varia Iaponiorum idola.

Ægy-

Ægyptios certè Osiridem seu Solem bouino capite; Anubidem seu Mercurium canino; Pana hircino, arietino denique Ammonem expressisse, in præcedentibus passim monstratum est. Serapidis quoque imaginem, atque Dianæ tricipitem fuisse, Maro docet:

Tergeminamq; Hecaten, tria Virginis ora Dianæ. Maro.

Quadrifrontis quoque Iani frequens apud Mythologos fit mentio, sicuti & Centimani Briarei; quibus sanè nihil aliud antiqui voluerunt, quàm multiplices Solis effectus; ac Ianus quidem quadrifrons plerisque locis informari solitus est ea de causa, quod illi rerum omnium principia, finesque, introitus, exitusque dicati essent; quin & quæ illi templa erigebantur, quadratâ specie fiebant; vel etiam, vt per quatuor illos vultûs, quatuor anni partes indicarent, quas Græci, Latinique Horas vsitatissimo vocabulo appellarunt; centimanus autem Briareus idem quod Sol dicitur, vndè Homerus Solem ἑκατόγχειρα nuncupauit, quorum significata cùm veluti hieroglyphica quædam interpretentur, non importunum fuerit hìc explicasse. Interpretes Hesiodi, per Briareum Vernum tempus dici traduut, ob herbarum, florum, & frondium copiam, quam affluenter adeò subministrat. Per Gygem verò, Hyemem & ipsum centimanum ob ea multa, quæ iam dudum collecta congestaque in varios mox vsus distribuit, & negotijs quæque suis accommodat. Quod verò Sol centimanus Homero sit, multa & innumerabilia eius officia, quæ magis aperta cognitaque sunt, quàm recensere oporteat, effecerunt. Quæ cùm ita sint; An non huc Japones varia illa idolorum metamorphosi respexerunt? Certè asserit id Ludouicus Gusmanus in historia de Iaponia l. 5. c. 9. vbi tradit, Iaponios summo honore venerari solitos statuam quandam tricipitem πολυβραχίονα, quâ Iaponios nihil aliud significare dicit, nisi varias istius Numinis perfectiones; verba Hispanica subiungo. *En vno altar deste templo auia vno idolo muy grande, cubierto de oro, con tres cabeças, y mas de quarenta brazos y manos; dizen que con esto se dan à entender las muchas perfectiones de sus Dios; iunto à este idolo, hauia otros mil y quinientos, tambien dorados, repartidos en nueue ordenes, à manera de choros de Angeles, y sera cada vno de la estatura de vn hombre.* Quis non videt, Diabolum hìc antiquorum superstitiones Christianis mysterijs mixtas æmulatum esse? imaginem ex his vnam, quàm hìc Romæ videre contigit, paulò ante exhibuimus.

Ianus quadriformis cur.

Briareus centimanus quid significet.

Præterea non πολυμόρφωσιν tantùm Ægyptiorum in Dijs effigiandis Iaponios æmulatos; sed & bestias quoque viuas Aegyptiorum more, veluti pisces, gallinas, ceruos, lupos, canes, boues adorasse, post Paulum Marcum Venetum testatur Ludouicus Froës in epistola iam sæpè citata. [A primeira he hũa alagoa de tiro de espingarda em comprimento, e largura e saõ os peixes tantos, que naõ tem conto andaõ tem conto andaõ huñs por cima dos outros, e por ser dedicada a o Pagode, nenhũa pessoa he ouzada à tirar delle peixe algum, crendo que se o tirarem se tornaraõ leprozos. Os Bonzos naõ com em peixe, porque o tem em sua lei por gra-



uiſſimo peccado. A ſegunda he hũa ſerra do meſmo Pagode, na qualha grande multidaõ de galinhas, as quaes ningũe mata, porque o tem por grauiſſimo peccado, e matar hum homẽ, ou furtar, naõ o tem por peccado algun. A terceira he, que ha grande numero de veados na cidade, que ſaõ do Pagode, e andaõ pellas ruas à maneira de cães em Eſpanha. Nenhũa peſſoa lhe toca, nem poem mãõ, e ſe alguem da pancada em qualquer veado he prezo, e paga por iſſo grande pena, e ſe mata matáno pollo tal crime, & perde toda à fazenda, e ſe por ventura morre o veado em algũa rua, ſenaõ ha proua certa, que morreo de doença, a tal rua he deſtruida, e as fazendas perdidas, e aſſi viuen ſogeitos a o demonio, que naõ ſomente faz que o adorem, mas fallos adorar beſtas, como em outro reyno adoraõ lobos e lhes fazem templos e pregaçoẽs; eſtando algum doente, dizemlhe que ſe conſole, que ſe tornara em lobo, riſponde, que naõ tem tanto merecimento, que alcance tanto bem.] Verùm hæc de Iaponiorum Dijs dicta ſufficiant.

Cochinchinenſium dogmata.

Antequam finem huic capiti imponerem, in relationem quandam Italicè ſcriptam incidi, quam de rebus Cochinchinenſibus Chriſtophorus Burrus non ita pridem fecerat. Occurrerunt in ea relatione multa ſanè ad rem noſtram facientia; quæ quia ad dicta confirmanda multum conferre poſſunt, adiungenda exiſtimaui. Nam præter dogmata quæ cum Sinenſibus & Iaponijs communia habent, alia quoque propria & iſti genti particularia tenent; queîs maximè ad Pythagoræorum doctrinam accedunt.

dunt. Credunt illi immortalitatem animæ, μετεμψύχωσιν, παλιγγενεσίαν, animam Mundi, aliaque Platonicæ & Pythagoricæ philosophiæ propria; præterea Mundum credunt ouum quoddam fuisse, cuius cortice firmamentum, albugine æthereum spatium, vitello demùm terra constiterit; machinam quoque Mundi nihil aliud, nisi magnum quoddam animal esse siue hominem asserunt, cuius caput, cœlum; oculos, astra; pilos, arbores, plantas, herbas; ossa, metalla esse, similiaque quæ de magno illo animali & megacosmo dicti philosophi asseruerunt, profitentur. Verùm audianus verba ipsius Authoris. [Diede questo Filosofo cognitione de la fabrica del Mondo con due metafore, vna fù, che il Mondo era nato da vn ouo, il quale poi talmente si dilatò, che dalla scorza di quello si distesero gli cieli, dalla chiara formossi l'aria, e si sparsero l'acque & il fuoco; e dal rosso formossi la terra, e tutte l'altre cose terrestri. l'altra metafora prese egli dal corpo d'un certo huomo grandissimo detto da loro Bancò, che noi chiamaressimo Microcosmos, dicendo che da questo huomo gigante altissimo, era vscita questa machina del Mondo, stendendosi il teschio ne'cieli, i due occhi in Sole e Luna, la carne la terra, l'ossa i monti, capelli in herbe, & arbori, il ventre nel mare; & in tal guisa adattando minutamente con operationi tutti i membri, & compositione del corpo humano, alla fabrica & ornamento di questo mondo, giunge à dire, che da i pedocchi di questo gigante si erano formati gl'altri huomini tutti, che poi dispersero per il mondo.] Iterum cum cœteris vicinis gentibus, asserunt, defunctos cibo & potu indigere, vndè ijs quotidiè splendida præparantur conuiuia. *Il terzo che l'anime de defunti hanno bisogno di sustentamento & mantenimento corporale, onde alcune volte fra l'anno secondo la loro vsanza, fanno gli figli à padri defonti, i mariti alle moglie, gl'amici à gl'altri amici, splendidi e lauti banchetti, aspettando gran pezzo, che arriui il defunto conuitato, e seda à mensa per mangiare.* In eodem errore Tartari sunt; Colunt, inquit Paulus Marcus Venetus, pro Deo Numen quoddam ab illis confictum, quod Natagai vocant, putantque illud Deum terræ, atque gregibus pecorum placant. Hoc Numen in maximo honore habent, nec est aliquis, qui in domo sua illi non imaginem dedicauerit. Et quoniam credunt Numini Natagai vxorem esse, & liberos, collocant etiam ipsi iuxtà penates suos imagunculas quasdam vxoris ac filiorum loco, vxoris quidem simulachrũ ad siniſtram, & filiorum imagines ante faciem idoli collocantes. His idolis magnam faciunt reuerentiam, præsertìm quando vadunt ad prandium, vel ad cœnam; tunc etiam antequam ipsi comedunt, perungunt ora imaginum pinguedine carnis coctæ, & partem prandij, aut cœnæ extra domum in honorem illorum ponentes, credunt eos hinc cibari. Sed nos ad Cocincinenses reuertamur; quorum proprium est, Reges sanctitate vitæ illustres, diuinis honoribus, ijs innumera idola dedicando reuereri: in ipsa autem Apotheseos solennitate Ægyptios omni ex parte imitantur, Modus Apotheseos sequitur.

Christophorus Borrus.

Tartarorum errores.

In medio Palatij ἀποθεώσεως (exstructo magnificentissimo monumento vnà cum altari multo & exquisito labore adornato) arcam cadaueri de-

Cochinchinensium mos sepeliendi Reges.

ſtinatam non minoribus ſumptibus apparant; quam in Altari dicto collocatam Onſaij candidis induti veſtimentis, varijs cœrimonijs ac ſacrificijs conſecrant, vinum, boues, aliaque animalia magno numero offerentes; quibus ritè peractis omnem illam molem vna cum apparatu concremant, ſolo corpore defuncti ſibi reſeruato, quod ſepelire fingentes per duodecim alias ſepulturas de vna in alteram ſecretò, & cum aſtu traducunt, vt hâc ratione ſuperſtitioſa plebs ſemper de loco ſepulturæ dubia maneat & anceps, ac proindè ex hac incertitudine plùs erga nouum hoc idolum deuotio creſcat & veneratio, dùm in omnibus ijs locis, in quibus oſſa condita eſſe, aut ea inueniri poſſe ſuſpicantur, ritûs & ſacrificia cœteris idolis debita perficiunt. Sed audiamus verba Burri: *Finiti queſti giorni poſero fuoco â tutta quella machina, abbrugiando & il palazzo, & il tempio con tutti gli addobbi & apparati, ſolo conſeruando l'arca con il cadauero, quale fù poi ſepelito & transfugato per dodici ſepolture da vna in vn'altra ſegretamente & di naſcoſto, acciò reſtando il popolo dubioſo ſempre in qual luogo fuſſe laſciato, con l'incertezza maggiormente creſceſſe la veneratione del nouo idolo, adorandolo in tutti quelli luoghi, nelli quali poteſſero penſare, che ſi ritrouino quell'oſſa.* Ita Burrus. In quo quidem Ægyptios imitantur, qui ab Iſide inſtructi Oſiridi illi ſuo ſimili aſtu diuinitatem acquiſiuêre. De Iſide ita Plutarchus: *Oſiridis partes omnes diſperſas præter pudenda cùm inueniſſet, cupiens incertum eſſe viri ſepulchrum, ab Ægyptijs autem & ſingulis hominibus honori haberi, ex aromatibus ac cera ſingulas eas partes in formam hominis viro ſimilem compoſuit; conuocatis deindè ſacerdotibus, ſingulis dedit Oſiridis imaginem, aſſerens eis ſolis corpus illius creditum, atque adiurans, vt nunquam apud ſe eſſe ſepulchrum Oſiridis vlli panderent, vtq; illum in abditis ſeruatum, veluti Deum colerent; qua ex re nunc etiam quilibet ſacerdos teſtatur penes ſe Oſiridem ſepultum eſſe.* Et cœtera quæ ſequuntur. Fuit hæc callidi dæmonis inuentio, quæ multum ad irretiendos ſuperſtitioſorum in falſo Deorum cultu animos valuit. Sed hæc de Iaponijs ſufficiant.

Plut. l. 1. c. 2.

CAPVT IV.

De Indorum, & Afrorum idololatria Aegyptiacæ parallela.

DIuiditur India in varias prouincias, variaſque Inſulas adnexas habet, quæ omnes ijſdem propè in Deorum cultu cœrimonijs vtuntur. Nam præter innumeros alios particulares Deos Solem cumprimis adorant & ignem; huic varia per anni decurſum feſta & ſolennitates inſtituunt, in quibus omnibus ità cum Ægyptijs & Perſis conueniunt, vt nihil propemodum in ipſorum ſacris, quod ab ijs non deſumpſiſſe videantur, appareat.

Indi adorant Solem, & ignē

Præterea Græcorum, Ægyptiorumque imagines adhuc ibi reperiri, ſummâque veneratione coli, quotquot eas regiones peragrârunt, teſtantur. Præ cœteris autem cultus Apidis in figura Vaccæ ſeu Bouis cornuti viget,

Venerantur idola Ægyptiorum & Græcorum. Apidem Vaccæ figuram colunt.

viget, quem nullis non templis, porticibus, ac vijs reperias. Retulit mihi Ludouicus Sachinus mercator Auenionenſis, in Regno Mogorum eo in loco, vbi collimitat cum Bengala, in publica & Regia via ingentem Bouem erectum, cuius oculorum cauitatibus duo prægrandes Carbunculi ſeu Rubini inditi idolum mirum in modum radiare faciant; retulit quoque neminem iter ſuum auſpicari, quin priùs hoc idolum Vaccinũ certis ſacrificijs placârit. Paulus Marcus Venetus dictis aſtipulatur, pleraſque enim Inſulas Bengalæ vicinas hoc improbo Bouis cultu imbutas tradit; verba eius ſubiungam. *Sunt habitatores Regni Var omnes idololatræ, multiq; eorum adorant bouem, vt rem ſanctam, nec vllum occidunt; cùm autem bos aliquis moritur, perungunt domos ſuas adipe eius* Et de Meliapore vrbe S. Thomæ c. 28. *Cùm hi qui boues adorant, ad bellum procedunt, deferunt ſecum pilos bouis ſyluestris, eoſq; ligant ad crines equorum ſuorum, quibus inſident; pedites verò ad ſcuta, & crines ſuos pilis illis ligant, credentes ſe in bello tutos eſſe ab omni periculo; nam bouem ſyluestrem magnæ ſanctitatis eſſe aſſerunt.* Et cap. 30. eiuſdem libri. *Laënſes boues adorant, & cum magna reuerentia perungunt ſe vnguento, quod de oſſibus bouinis contritis faciunt.* Deorum quoque Græcorum præter Ægyptios, veſtigia exſtare, ex literis P. Ioannis Lopez Soc. IESV Procuratoris Indiæ & Inſularum Philippinarum, cum quo & oretenus poſtmodum de huiuſmodi hìc Romæ tractaui, conſtat: [Secta Philippinorum, inquit, eſt idololatria eadem, quæ Romanorum, & Græcorum; Iouem, alioſque Deos adhuc adorant, Nomina dictorum Deorum habent, ſed in ſua lingua, v. g. Iuppiter vocatur Maglente, q. d. fulmina vibrans, à *lente* quod fulmen, & *mag* quod vibrare ſignificat, deducto nomine. Athlas vocatur TOMCON LANGIT, hoc eſt, Columna cœli, *Langit* Cœlum, *Tomcon* Columnam ſignificant. Et ſic de cœteris: habent quoque ſuos campos Elyſios, quos *Calongdan* vocant, id eſt, occaſum Solis.] Quod manifeſtum ſignum eſt, idololatriam Ægyptiorum, & Græcorum in vltimum Orientem vſque peruenisſe. imò luculentiùs id oſtendit Philoſtratus in vita Apollonij:

Ludouicus Saccinus Auenionenſis.

Paulus Marcus Venetus.

Ioannes Lopez Soc. Ieſu.

Philippinorũ idololatria Ægyptiorum & Græcorum idololatriæ æmula.

Θεῶν δὲ ἀγάλματα ἐν τυχεῖν φάσιν. Εἰ μὲν Ἰνδοῖς, ἢ Αἰγυπτίοις, θαῦμα ἂν ἦν. Τὰ δὲ γὲ ἀρχαιότατα τῆ παρ' Ἕλλησι, τό τε τῆ Ἀθηνᾶς τῆ Πολιάδος, καὶ τὸ τῦ Ἀπόλλωνος τῦ Δηλίε, καὶ τὸ τῦ Διονύσε, καὶ τῦ Ἀμυκλαίε, καὶ ὅσα ὅδε ἀρχαῖα. Ταῦτα ἱδρυσάμενοι τε οἱ Ἰνδοὶ τάτες, καὶ νομίζεν Ἑλληνικῶς ἄδεσι. Φασὶ δ' οἰκεῖν τὰ μέσα τῆ Ἰνδικῆς, καὶ τὸν ὄχθον ὄμφαλον ποιεῖσθαι τῦ λόφε τάτε. Πῦρ τε ἀπ' αὐτῦ ὀργιάζεσιν, ὃ φασὶν ἐκ τῆ τῦ ἡλίε ἀκτίνων αὐτὸ ἑλκύσαι. τῦτό δὲ τὸν ὕμνον ἡμέρας ἄπαυς ἐς μεσεμβρίαν ἄδεσιν.

Philoſtratus in vita Apollon. l. 3. c. 3.

[Deorum quoque ſimulachra complura illic ſe vidiſſe tradit Apollonius, nihilque miratum eſſe, quod Indorum aut Ægyptiorum Deorum illic imagines viderit; ſtupuiſſe autem, quod eorum, qui apud Græcos antiquiſſimi habentur, aſpexerit ſimulachra, ceu Mineruæ Poliadis, & Apollinis Delij, præterea & Dionyſij, & Amyclæi, & aliorum huiuſmodi; horum enim ſingulis Indi ſtatuam poſuêre, Græcoque ritu ijſdem ſacrificant; dicunt autem Indiæ medium ſeſe colere, eumque tumulum quaſi vmbilicum eſſe, & ab eodem ſacrum ignem capiunt, quem ſeſe à Solis radijs accepiſſe gloriantur, atque ob eius rei memoriam hymnum iugiter ad meridiem vſque decantant.]

Brach-

Brachmanes Pythagoræ dogmata fitentur.

Brachmanes autem & Gymnoſophiſtæ vti olim, ita in hunc diem Pythagoricam vitam ducere ex hiſtoria Indica Maffæi, aliorumque conſtat, de quibus & Damis comes Apollonij multis agit apud Philoſtratum. Dogmata Pythagoræ profitentur, diuinationis apud eos præcipuum ſtudium, humi dormiunt, herbis tantùm victant, Solem adorant, ignem ſolaribus radijs conceptum ſummo ſtudio fouent; hunc varijs ritibus & precationibus placant; comas nutriunt, Mythram geſtant, & Pagodes ſeu Iſiacas ſtatuas, nudis pedibus ambulant, lineis induuntur veſtimentis, baculo fulciuntur. quæ quidem Ægyptijs ſacerdotibus Solis competunt.

Nicolaus Continus.

Meminit horum quoque Nicolaus Continus Venetus in libro, quem de itinere in Indias conſcripſit: [Per tutta l'India ſi adorono gli Idoli, (cioè Pagodes) alli quali fanno le Chieſe non diſſimili à quelle del Egitto, piene d'imagini omniformi depinti, e nelli giorni delle loro ſolennità le adornano con fiori & rami, gl'idoli ſono fatti ò di oro, ò di argento, ò di pietra, ò di auorio, de' quali alcuni ſono ſeſſanta piedi di altezza; il modo come gli ſacrificano è molto vario infra di loro, perche alcuni ſi lauano con acqua chiara, auanti che entrano nel tempio, vna volta la mattina, & vn'altra à veſpere. Altri con legno d'Aloe, ò ſimili altri odori fanno ſacrificio à i loro idoli.] E quibus manifeſta Ægyptiorum morum rituumque veſtigia cernuntur.

Indi Dæmonem colunt.

Non deſunt ex Indis, qui Ægyptiorum quorundam Typhonem malignum dæmonem ſolenniſſimo ritu colentium exemplo, & ipſi humani generis hoſtem Diabolum adorent, ac varijs hoſtijs placent; deſcribit huiuſmodi cultum cœrimoniaſque in eo peragi ſolitas Ludouicus Barthema

Ludouicus Barthema.

l. 2. dell'India c. 2. verba eius ſubiungam: [Il Rè di Calicut è gentile, & adora il Diauolo nel modo che intenderete. Loro confeſſano che vno Dio hà creato il cielo e la terra, e tutto il mondo, & è la prima cauſa in tutte le coſe, & dicono, che s'ei voleſſe giudicare voi & me, & il terzo, e'l quarto, che non haueria piacer alcun d'eſſer Signore, mà ch'egli hà mandato queſto mondo à far giuſtitia, & à chi fà bene, ei li fà bene, & à chi fà male, ei gli fà male. eſſi lo chiamano il Deumo, & Dio lo chiamano Tamerani, & queſto Deumo il Rè di Calicut lo tiene nella ſua Capella in queſto modo. La ſua Capella è larga duoi paſſi per ogni quadro, & alta quatro paſſi, con vna porta di legno tutta intagliata di Diauoli di rilieuo. In mezzo di queſta Capella v'è vn Diauolo fatto di metallo, qual ſiede in vna Sedia pur di metallo; il detto Diauolo tiene vna corona fatta â modo del Regno Papale con tre corone, e tiene ancora quattro corone, e quattro denti con vna grandiſſima bocca aperta, con naſo brutto, & occhi terribiliſſimi, & che guardan crudelmente, & le mani ſono incuruate à modo d'vn vncino; gli piedi à modo d'vn gallo, di modo che à vederlo è vna coſa molto ſpauentoſa. Intorno alla detta Capella le ſue pitture ſono tutte Diauole, & per ogni quadro d'eſſa v'è vno Satanas poſto à ſedere in vna Sedia, la quale è poſta in vna fiamma del fuoco, nel quale ſtà vna gran quantità d'anime lunghe mezzo dito, & vno dito della mano. Il detto Satanas con la man dritta tiene vna anima in bocca mangian-

giandola, & con l'altra mano ne piglia vna altra dalla banda di sotto; ogni mattina gli Brachmani, cioè Sacerdoti vanno à lauare il detto idolo tutto quanto con acqua odorifera, e poi lo perfumano, & come l'hanno perfumato, l'adorano, & alcuna volta frà la Settimana gli fanno sacrificij in questo modo. Hanno vna certa tauoletta fatta, & ornata in modo di vno Altare, alta da terra trè palmi, larga quattro, e lunga cinque: la qual tauola è molto bene ornata di rose,, fiori, & altre gentilezze odorifere: sopra la quale mettono sangue di Gallo,& carboni accesi in vno vaso d'argento, con molti perfumi di sopra. Hanno poi vn thuribolo, col quale incensano intorno al detto Altare, & vna campanella d'argento, la quale sonano molto spesso. Tengono in mano vn coltello d'argento, col quale hanno amazzato il gallo, & quello intingono nel sangue, & lo mettono alcuna volta sopra il fuoco; & alcuna volta lo pigliano & fanno alcuni atti, come colui, chi vuole giuocare di scrima, & finalmente abbrugiano tutto quel sangue, stando continuamente candele di cera accese; il Sacerdote chi vuole fare il sacrificio, si mette alle braccia, alle mani, & à piedi, alcuni manigli d'argento, gli quali fanno grandissimo rumore, come sonagli, & porta al collovn pentacollo, & quando hà fornito di fare il sacricio, piglia tutte due le mani piene di grano, & si parte dal Altare, & và al indietro sempre guardando all'altare, insino che arriui appresso à vn certo arbore, & getta quel grano per sopra la testa alto tanto, quanto può sopra del'arbore, poi ritorna, & lieúa ogni cosa dell'altare.] Atq; hactenus Ludouicus Barthena.

Præ cœteris verò ignem tanquam sacrum animal adorant, huic filios immolant, in hunc seipsos conijcientes concremant, hoc facto venerationem erga eum monstrantes. Quem quidem cultum aliundè non didicerunt, quàm à Persis, eorumque vicinis Chaldæis; asseruabant ipsi, vt suprà dictum est, in ædiculis pluribus veluti perennem, & veluti oraculum interrogabãt de futuris. Cuius meminit Beniaminus in itinerario his verbis:

Indi adorant ignem tanquam sacrum animal.

לפני חבמה של בית תפלתם עמק גדול ומדליקין בו כל ימי עולם שם אש גדולה וקוראין אותה אלהותא ומעבירין בה בניהם וגם מתיהם משליכין בתוך האש:

Beniaminus.

Ante aram sacrarum ædium est ingens fouea, in qua continuatis seculis ardet Ignis maximus, quem appellant diuinitatem, per eum traducunt filios suos, mortuos verò prorsus illuc injciunt. Pergit Rabbinus, & commemorat admirandam stultæ gentis deuotionem, quòd qui sanctitatis affectent opinionem, se viuos in hunc ignem præcipitent, & magno spectantium applausu voluntariam sustineant mortem; quod me illius peregrini admonet in Luciano, qui vt alijs ludos exhiberet, sibi cruciatus fecit, in Olympica panegyri seipsum sponte comburendo, saltem vt nominis famam pararet:

Persæ ignem colebant.

Ijdem in ignẽ se proijciẽbant viuos.

ויש שם מהם גדולי הארץ שנודרין עצמן בחייהן לשרף באש וכשה נודר אומר לבני ביתו ולקרוביו הנח נדרתי על עצמי להשליך עצמי באש בחיי פונין לו כולם ואומרים לו אשריך וטוב לך: וכשחגיע יום הנדר עושים לו משתה גדול ורוכב אם הוא

עשיר

עשיר ואם חוא עני הולך ברגליו עד שפח חעמק ומשליך עצמו בתוך האש וכל משפחתו מרננים בתופים ובמחולות עד שישרף כולו:

Sunt inter illos de Magnatibus terræ, qui deuouent ſemetipſos in vita, vt comburantur igni; cùmque id ſuis familiaribus & propinquis denunciant: Ecce votum feci ſpontaneum, vt inſiliam in ignem viuus; reſpondent omnes, & acclamant illi; O te felicem & beatum! quando autem appropinquat dies executionis, parant ei conuiuium lautum, ipſe verò vehitur caballo, ſi dives eſt, vel ſi pauperior, pedes incedit, vſq; ad marginem foſſæ; ibi dùm præceps ruit in flammas, omnes cognati eius lætantur, tympana pulſantes, & agentes choream, donec totus conflagret. Vt verò cognoſcas, quænam illa perſuaſio tam efficax eſſe poſſit, vt vitam ſic prodigere velint, imò gaudeant cruciari; percipe vlterius inſignem Diaboli aſtum, quâ ratione crudelis hominibus illudat:

ולקץ שלשה ימים יבואי שנים מהכומרים ההם מחגדולים שבהם אל ביתו ואל בניו ואומרים להם תקנו חבית כי חיום יבא אליכם אביכם לצוות לכם מה תעשו והם לוקחים עדים מן העיר והנה השטן בא בדמותו ובאים אשתו ובניו ושואלים לו חיאך הוא באותו העולם והוא אומר באתי עד חברי ולא קבלוני עד שאשלים חובתי לבני ביתי ולשכני והוא עושה צוואה דמחלק נכסין לבניו ומצוה לפרוע כל מה שהוא חייב לכל אדם ולקבל מן בני אדם מה שהם חייבים ויכתובו חעדים צואתו לילך לדרכו ואינם רואים אותו כלם ועל פי השקר ומרמה חזאת וחכשוף הזה שעושים להם חכומרים חאלו הם מתחזקים ואומרים כי אין כמוחם בכל הארץ:

Appetente tertia die, veniunt bini Sacerdotes de primoribus in ædes combuſti, & dicunt hæredibus eius; Parate domum; nam hodiè accedet vos Pater veſter, vt præcipiat vobis, quid faciendum ſit; accerſitis ergo ex vrbe teſtibus, appareret Sathanas illius habitu. Tunc vxor & liberi ſciſcitantur, Ecquomodo habeat in altero ſeculo? Reſpondet, Veni quidem ad ſocios meos, ſed illi me noluerunt recipere priùs, quàm ſoluerim vniuerſa debita familiaribus æquè atq; amicis; partitur itaq; opes ſuas hæredibus, iubens diſſoluere quicquid ille debeat alijs, & exigere vicißim, quod illi debeant ſibi. Has expenſas conſignant aduocati teſtes, vt ille abeat viam ſuam; Deinceps non cernunt eum vllatenus. tali mendaciſſimâ faſcinatione, quam edunt Magici Sacerdotes, confirmantur illi, vt dicant ſimile quid non contingere in vniuerſa terrâ. Hæc Beniaminus; quæ omnia à Paulo Marco Veneto, quomodo Beniaminus ea refert, tradita Perſarum ritibus omnino conſentiunt. His itaque ritè expenſis, nunc pauca quoque de Afrorum idololatria dicamus.

Afrorum idololatria.

Diuiditur Africa in tres partes, Meridionalem, Torridam ſeu Æthiopiam, & Borealem. Meridionales Afri, & omnes illæ gentes, quæ trans Tropicum hybernum habitant, plerumque barbaræ ſunt, & omnis religionis expertes, præter Mahumetanos, qui ab aliquo tempore in illas partes irrepſerunt. Æthiopes, & omnes ij, qui Zonam torridam inhabitant, varijs religionibus paſsim imbuti ſunt. Abyſſini magnam partem Chriſtianam profitentur religionem; quidam Occidentaliores, præter monſtroſa quædam animalia, Solem & Lunam quoque adorant, vti de Congo & Angola ſcribit Pigafetta. Ij verô, qui citeriorem Æquatoris partem occupant, olim magna ex parte religionem Ægyptiorum ſectabantur;

Pigafetta.

nam

nam & Obeliſcos, columnas, pyramides varijs in locis exſtant. Deos cum Ægyptijs habent communes, vti Dionyſium, Ammonem, Herculem, Apollinem, Mercurium, alioſque. Menſa quoque Solis apud Aethiopes, omnium propè hiſtoricorum monumentis celebratur. Verùm cum de ijs varijs in locis huius operis paſsim dictum ſit, ſuperuacaneum eſſe ratus ſum, diutiùs hiſcè immorari. Hoc vnicum aſſeuero Aegyptiorum & Aethiopum religionem olim in omnibus prorſus eandem fuiſſe, rationes alibi indicauimus. Atque hæc ſunt, quæ de Indorum & Aſrorum religione dicenda putaui.

CAPVT V.

De Religione Americanorum Aegyptiacæ parallela.

MIrum nemini videri poſſet conſideranti omnem penè Aſiam inſanâ illâ Aegyptiorum idololatriâ ſucceſſu temporum infectam eſſe; ob regnorum enim, terrarumque continuationem, mutuumque vicinarum Gentium commercium eam propagare difficilè nequaquam fuit; ſed Aegyptiacos ritûs in nouum etiam Orbem infinita penè terrarum atq; Oceani interçapedine diſiunctum irrepſiſſe, omnem admirationem ſuperare videtur.

Certò apparet antiquum illum humani generis hoſtem, qui Aegyptum, cœteramque Aſiam indomitâ ſuâ quondam premebat tyrannide, eundem ſacroſancti Euangelij luce pulſum, in hiſcè Mundi extremis angulis ſedem figentem, ijſdem hos, quibus illos machinis corrupiſſe; cùm nullum antiquis vſitatæ ſuperſtitionis genus in ijs non reperiatur. Cum Aegyptijs aquam, tertam, flores, herbas, aues omnis generis, omnes res domeſticas, aut quicquid tandem in vtilitatem ipſis quoquo modo cadit, adorant. Cum Perſis ignem, cum omnibus Orientalibus Solem, Lunam, Stellas colunt, fabulis, & varijs de Dijs, & ortu rerum omnium commentis proximùm accedunt ad Græcos, vt ea, quæ ex varijs Authoribus Hiſpanicis, Gallicis, Italicis, in hunc finem decerpſimus, ſat demonſtrant.

In Hiſpaniola Inſula indigenæ nihil aliud, quàm cœli lumina colere, reperti ſunt, Hiſpanis primùm dictam Inſulam detegentibus. Verùm cùm familiarius apud eos contubernium, permixtis vtrinque linguis, plerique ex Hiſpanis agerent, varias apud eos cœrimonias, varioſque ritûs obſeruari compererunt. Sunt autem ſequentes. Ex Goſſipio intexto ſtipato interiùs, ſedentium ſpecie formant imagines, quæ nocturnos, quo pacto parietibus illos noſtri pictores infigunt, æmulantur Lemures. Hæc ſimulachra Cenes vocant, ſimillima ijs, quæ Chamis Sinæ vocant, quorum minora infantulos Dæmones referentia cum hoſtibus manus conſerturi, frontibus alligant. Ab his pluuias, ſi pluuiæ deſint; Soles, ſi Sole indigeant, ſe impetrare arbitrantur; eius enim, quem vnicum, fine carentem, omnipotentem, inuiſibilemque eſſe fatentur, internuncios eſſe Cemes putant; quiſque Regulus ſuum habet Cemen, quem colat; Numini æter-

Idololatria incolarum Hiſpaniolæ.

no duo hæc nomina, *Ioeauna Guamaonocon*, Maiores eorum indiderunt; Numen ipsum habere genitricem, quinque his nominibus appellatam ferunt, *Attabeiram* videlicet, *Mamonam*, *Guacarapitam*, *Iiellam*, *Guimazoam*. In terris autem de hominis origine quid sentiant, percipe. Est in Insula Regio *Caunanà* nomine, vbi ex duobus montis cuiusdam specubus prodijsse genus humanum garriunt. Maiorem hominum partem, ex ampliοribus antri faucibus, minorem ex arctioribus exilijsse prædicant. Rupem ex qua specus aperiuntur, *Cautam* appellant. Maius antrum *Cazibaxagua*, minus *Amiauna* nominant. Priusquam hominibus indè egredi licuerit, simpliciter inquiunt, per hominem nomine *Machochaël* singulis noctibus antri fauces custodiri solitas. Is Machochaël cùm longiùs ab antro visendi studio perrexisset, à Sole deprehensus, cuius aspectum minimè ferre poterat, in lapidem mutatus dicitur; de pluribus item alijs fabulantur, cùm piscandi cupiditate noctu ab antro tantùm processerint, vt redire ante Solis ortum nequiuerint, quem non licebat intueri, in arbores fuisse transformatos. Aiunt ptæterea *Vaguonionam* primarium quendam ex antro clausis familiaribus, piscatum emisisse vnum, quem indè in philomelam eadem causa, quod Sol superuenerit, priusquam se reciperet, mutatum inquiunt. Vndè quotannis, eo videlicet tempore, quo in auiculam versus est, noctu suo cantu & sortem conqueri, & Domini *Vaguonionæ* auxilium implorare; Vaguoniona verò familiaris sui desiderio, quem ardenter amabat, viris in antro relictis, fœminas tantùm cum paruulis, quos lactabant, eduxit; è quibus fœminas in vna Insularũ eius tractus, quẽ vocãt Mathmino, reliquisse fertur, infantulos autem secum abstuliss; qui miselli fame oppressi in cuiusdam fluminis ripa *toa, toa*, id est, mama, mama, clamitantes, in ranas conuersi feruntur; indè vocem illam ranis verno tempore dicunt insedisse. Ita in antris illis, è quibus per Hispaniolam sparsi sunt homines, viros tantùm sine fœminis permansisse comminiscuntur. Referunt insuper Vaguonionam ipsum per diuersa vagantem, nec vnquam ex speciali gratia mutatum, ad mulierem, quam in fundo maris formosam viderit, descendisse, ab eaque marmoreos calculos, quos *Cibas* vocant, & tabellas quasdam flauas ex aurichalco, quas *Guaninos* appellant, habuisse dicunt. Hæc monilia pro sacris apud Reges habentur in hunc vsque diem. Viros autem illos, quos sine fœminis in antris relictos diximus, lotum se ad pluuialium aquarum receptacula noctu referunt exijsse, atque vna noctium animalia quædam fœminas æmulantia veluti formicarum agmina reptare per arbores è longè vidisse; has fœminas adoriuntur, sed ob lubricitatem anguillarum ad instar elabuntur; consilium ineunt; ex Senioris consilio scabiosos, leprososque, si qui sint inter illos, conquirunt, qui manus asperas, callosasque habeant; vt apprehensa faciliùs queant retinere. Hos homines ipsi *Caracaracoles* appellant. Venatum proficiscuntur, ex multis quas capiebant, quatuor tantùm retinent; pro fœminis illis vti adnituntur; carere fœminea natura comperiuntur; iterum accitis Senioribus, quid faciendum consulunt; Vt picus auis admittatur, qui acuto rostro intra ipsorum inguina foramen effodiat, constitue-

runt;

runt; ipsismet Caracaracolibus hominibus callosis fœminas tenentibus picus adducitur, sexum aperit. Hinc Insula, quas cupiebat, habuit fœminas, hinc procreata postmodum soboles.

Desinat iam quispiam mirari, quod de Myrmidonibus Græcia tot voluminibus descripserit, è formicis vtpotè Myrmidones procreatos. Hæc & alia huiusmodi multa pacato serenoque vultu sapientiores è podijs suggestioliſque turbæ simplici mirabundæ suadent, recitantque pro sacro. At de maris origine aliud non absimile Thalmudicis fabulis adiungam. fuisse quondam in Insula potentem virum nomine Iaiam, qui filium vnicum hominem exuentem, intra cucurbitam sepulchri loco condiderit. Is Iaia paucis exactis mensibus, impatiens morte filij, redijt ad cucurbitam, eam cùm aperuisset, balenæ ingentes, & grandia cœte prodiêre. quare incluſum in ea cucurbita mare conuicinis quibusdam prædicauit. Eâ permoti famâ, quatuor fratres iuuenes, eodem partu geniti, aſt partu matre perempta, cucurbitam spe habendorum piscium adeunt, manu capiunt, Iaia superueniente, qui crebrò noti ossa incluſa inuisebat; perterriti sunt iuuenes, sacrilegio furtique suspicione deprehensi, veluti qui Iaiam obseruabant, vt celeriùs fugerent, cucurbitam è manu soluerunt; ea pondere nimio pressa frangitur, per eius rimas effunditur mare, valles implentur; ea vasta planities, quæ vniuersum illum insularum orbem sicca occupabat, submergitur, montesque tantùm ob altitudinem ab ea inundatione euaserunt, qui nunc eas insulas continent, quas licet aspicere. Aiunt deindè fratres hos Iaiæ metu tamdiù per diuersa fuisse vagatos, vt ferè iam fame perierint. Dùm igitur panem petentes pistoris domum pulsant, pistor vnum ita acriter conspuisse dicitur, vt mox indè turgidissimum intercus fuerit exortum. Aſt fratrum concilio, lapide acuto apertum est vlcus, ex quo fœminam natam aiunt; quâ mutuò fratres illi omnes vsi sunt, atque ab ea ferunt filios filiasque generasse. Iucundiùs aliud aduertito. Antrum extat, *Iouanaboina* nomine, in cuiusdam Reguli diœcesi, qui *Machinnech* vocatur, id religiosius, quàm Corinthum quondam, aut Cyrrham, Nysamque Græci, colunt, & venerantur; millefarijs ornatum picturis. In huius antri foribus duos habent sculptos Cemes, quorum vnum *Binthaitellem*, *Marohum* alterum vocant. Cur specum tantâ pietate colerent interrogati; quia Sol, Lunaque indè lumen mundo præbituri prodiêrunt, grauiter sensatèque respondent. His illos imbuunt superstitionibus eorum Augures, quos *Boitios* vocant: sunt & ijdem Medici, qui plebeculæ rerum insciæ, mille aſtruunt fraudes. Credere cogunt plebem hi, quia sunt apud eam authoritatis egregiæ, quod Cemes illos alloquantur, futuraque prædicent. Et si quis aduersa laborans valetudine conualuerit, se dono Cemis id assecutum persuadent; ieiunio & purgationi se obligant Boitij, quando curam de primario aliquo sumunt; herbamque vorant inebriantem, quam cùm pulueri zatam sumpserint, veluti Mænades in furorem acti, multa se à Gemibus audisse murmurant. Valetudinarium adeunt, osse vel lapillo in os sumpto, aut frustulo carnis. ex hemicyclo eijciunt omnes, præter vnum aut duos, quos ipse inualidus elegerit.

De maris origine fabula. Incolarum Hispaniolæ.

gerit. Circuit primarium Boitius ter vel quater, faciem, labia, nareſque extorquens fœdis geſtibus, in frontem, in tempora, in collum ſufflat, ægroti abſorbens aërem; poſt hæc ſe morbum ex laborantis venis exhaurire dicit. Per humeros deindè ac fœmora & crura ægrotum fricans, connexas à pedibus manus deducit, atque ſic manibus complexis ad oſtium procurrit apertum, ac manus excutit patentes, ſeque morbum effugaſſe, futurumque propediem incolumem perſuadet. Aſt à tergo illum adoriens carnis fruſtulum, vti præſtigiator ex ore attollit, ægroroque inclamitat, dicens; En quod vltra neceſſitatem comederas; valebis, quoniam illud tibi detraxerim. Si verò ægrum fallere grauiùs intendit, Cemen eſſe ſibi iratum ſuadet, quod vel ei domum non conſtruxerit, aut minùs illum religioſè coluerit, quod prædium non dicauerit. Si ægrotum perire contigerit, affines eius veneficijs cogunt mortuum fateri, fatonè, an incurij Boitij incuriâ, quod non integrè ieiunârit, aut conſonum ægroto pharmacum non præbuerit. Si Medici Boitij culpâ diem obierit, de Boitio vindictam ſumunt. Atque hæc de fabulis eorum, quæ ex Hiſpanicis tranſtulimus, ſufficiant; nunc ad Cemes reuertamur.

Pet. Mart. d. 9. Ocean. Dec. 1.

Habent, Petro Martyre teſte, viros, quos colunt; & ligneos quidem alij conſtruunt, nocturnis inter arbores vmbris moniti; alij, ſi reſponſa intra rupes habuerint, marmoreos inſculpunt; in radicibus alij coluntur, reperti inter *Ages* (id eſt genus edulij) hos Cemes curam habere, non ſecùs ac Cererem Græcorum, aut Proſerpinã, vt panis ille coaleſcat, arbitrantur: alios aquis & ſyluis præeſſe, veluti antiquitas Dryades, Hamadryades, ac Satyros, & Panes, aut Nereides, fontium, ſyluarum, & pelagi curam habere putabat, ſuoſque rei cuique Deos aſſignabat, vt ſuum quiſque genus tueretur; ita & Inſulares hi ſuos Cemes inuocatos eorum optatis auſcultare autumant. Quare cùm de belli euentu, de annona, de incolumitate Cemes Reguli conſulunt, domum Cemi dicatam ingreditur Boitius, ibiq; abſorpta per nares *Cohobba* (ſic herbam vocant inebriantem, quâ & Boitij in furorem ſtatim vertuntur) domum illicò tectis ad fundamenta verſis moueri, homines verſis ambulare veſtigijs ſe videre ſomniat. Vt primum ceſſat inſania, brachijs demiſſo capite genua complectitur: quo in ſtatu attonitus pauliſper immoratus, caput veluti ſomnolentus eleuat, atque oculos in cœlum attollens intra ſe primum confuſa quædam obloquitur; cui tunc primarij aulici aſtantes (neque enim de populo quiſquam ad illa ſacra admittitur) ſublatis vocibus gratias agunt, quod iam à Cemis colloquio ad eos redierit, & quid viderit percuntantur; ille autem os aperiens Cemen eo tempore ſe allocutum fuiſſe, delirat, ipſique aut victoriam, aut perniciem, ſi cum hoſtibus manus conſeruerint; aut famem vel vbertatem, peſtem, aut incolumitatem, & quicquid venit in buccam, prædixiſſe illi Cemen veluti lymphaticus prædicit. Quis non hìc Pythonici ſpiritus, Apollinei furoris, Magorum extaſis antiquorum veſtigia videat? Certè hoſcè ſimilibus ritibus proximè Hieromantes Ægyptiorum, Magos Perſarum, Gymnoſophiſtas Indorum referre in ſecunda Oedipi parte, volen-

te

te Deo, ostendemus. Nunc ad reliqua, quæ cum Ægyptijs communia habent Americani, nos conferamus.

Americanorum idola.

Ac primò quidem mysteria in idolis conficiendis non absimilia Ægyptiorum mysterijs tenebant. Conficiebant Ægyptij idola ex materia omni lignorum, lapidum, metallorum genere coagmentata, vti de Serapidis idolo alibi dictum est, & mysteria huiusmodi confectionis in sequenti parte explicabimus; pari ratione Americani multis locis in hunc diem statuas adhuc quasdam ex omni seminum contusorum genere coagmentatas, & sanguine cordium humanorum subactas loco Deorum adorant, & non dispari sacrificiorum ritu ijs Numina sua placare contendunt; ita enim ex relatione Francisci Cortesij constat, quam de ciuitate Themistiana Mexicana his verbis facit: *Gli idoli che adorauano, erano certe statue della grandezza d'vn huomo & maggiori, fatte di vna massa di tutte le semenze, che essi hanno, & che mangiano, & le impastauano con sangue di cuori di huomini, & di questa materia erano i loro Iddij. Gli teneuano posti à sedere in certe sedie come catedre, con la rotella in vn braccio, & nell'altro la spada, & i luoghi doue gli teneano, erano certe torri di questa maniera.* Præterea Ægyptiorum exemplo mystica quædam templa in modum pyramidum ædificant; in quibus idola sua iuxta consuetas cœrimonias colunt, cuiusmodi dictus Cortesius sequentibus verbis describit: *Fanno vn edificio d'vna torre in quadro di cento & cinquanta passi, ò poco più di lunghezza, & cento quindici, ò cento vinti di larghezza, & comincia questo edificio tutto massiccio, & doppo è tanto alto come due stature di huomo in alto, & la materia è tutta massiccia fatta di calcina & pietre, & quiui poi per tre parti lasciano gli scalini, & saliscono tanto in questo modo, che vanno in alto cento venti, & cento trenta gradi, & di sopra resta vna piazzetta ragioneuole, & in mezzo di essa cominciano altre due torri di dentro, che vanno in alto dieci & dodici stature di huomo, & nella cima vi sono le sue fenestre. In queste torri alte, tengono i loro idoli molto ben ordinati & apparati, & è anco ben concia & ordinata tutta la stanza, doue haueano il lor Dio principale (che secondo le prouincie cosi era il nome di esso) perche il Dio principale della gran città di Messico si chiamaua Horchilouos, & in vn'altra città, che si chiamaua Chuenmila, Quecadquaal, & in altre di diuersi nomi, & in questa stanza, doue staua questo idolo, non era concesso à niuno entrarui, eccetto al sommo Pontefice che hanno. Et tutte le volte che haueuano qualche necessità, come della pioggia, ò che cessi di piouere, quando piouetroppo, ò che siano assediati da i loro nemici, ò per altre necessità, gli fanno i sacrificij.* Hæc Cortesius. Modus autem sacrificandi, erat ille, qui sequitur. Hominem, qui se sponte offert immolandum, per omnia vrbis compita, viasque summâ festiuitate, & in triumphi speciem circumducunt; peractâ hâc solennitate, idolo, quod est ad angulum turris dictæ, occidendus sistitur, renouatisque hymnis choreisque sacrificulus lapideâ quâdam nouaculâ immolandi pectus decussatim aperit, extractoque corde calido adhuc, & sanguinis feruore bulliente, eo os idoli primùm inungit, postmodum parte profluentis sanguinis versus Solem, aut noctu versus Lunam proiecta, reliquorum idolorum ora, coronidem quoque portæ Fani inungit, ac demùm cor combustum in cinerem redigit, puluerem reli-

Francisci Cortesius.

Americani templo in modum Pyramidum construunt.

Modus sacrificandi Americanorum.

quia-

quiarum loco tenentes; quod & de cineribus totius corporis similiter faciunt. Vt autem Lector huiusmodi pyramidales moles faciliùs cum Ægyptiorum molibus comparare possit, visum fuit eorum fabricam, quam ex Cortesio deprompsimus, hic apponere.

Figura Fani Horcholiuos Numinis Americani.



Americani Solem, & Lunam adorant.

Porrò in alijs Americæ locis Solem & Lunam quoque adorant, in alijs Stellas & portenta Meteorum; in quibusdā Leones, aliaq; similia ferocia animalia, quarum rerum in Fanis suis tenent imagines & statuas; ita quidem, vt templa eorum non absimilia sint templis Ægyptiorum; in quibus loco Deorum omnigena monstrorum varietas conspiciebatur; vt ex hoc capite benè compareat religionis huiusmodi monstrosæ eundem inuentorem fuisse, videlicet monstrorum genitorem Diabolum.

Diximus in præcedentibus, phallum seu veretrum humanum apud Ægyptios, aliasque Gentes Orientales in summa semper veneratione fuisse. Certè Americanos de eodem cultu participasse suprà citatus Cortesius tradit, membrum enim virile in Prouincia Panuco adorant; illud in templis vnà cum imaginibus omnes luxuriæ actus exprimentibus positum venerantur; quæ quidem à Diabolo ideò introducta sunt, ne vlla sacra gentilia vti olim, ita nunc sine propudiosis luxuriæ actibus transigerentur.

Americani Diabolum adorant.

Non desunt denique, qui Diabolum ipsum adorent, hunc cordibus humanis cibent, alijsque detestandis ritibus venerentur. ita Cortesius: *E cosa molto notoria, che quelle genti vedeano il Diauolo in quelle figure, che essi faceuano,*

& che

& che tengono i loro idoli, & che il Demonio si metteua dentro à quelli idoli, & di lì parlaua con esso loro, & gli commandaua, che sacrificassero, & à loro desse-ro i cuori de gli huomini, perciòche essi non mangiauano altra cosa, & per questo effetto erano tanto solleciti à sacrificare huomini, & gli dauano i cuori, & il sangue d'essi, & gli commandaua ancora molte altre cose, che essi faceuano puntualmente, come gli le diceua. Sono queste le più diuote genti, & più osseruatrici della religion loro, di quante nationi habbia create Iddio, in tanto che essi istessi si offriuano volontariamente à douer essere sacrificati; pensandosi di saluare con questo modo l'anime loro, & si cauauano essi istessi il sangue dalle lingue, & dall'orechie, & dalle coscie, & dalle braccia per sacrificarlo & offerirlo à gli idoli loro. Hanno di fuora & per camini molti eremitorij, doue andati vanno a spargere il loro sangue, & offerirlo à gl'idoli. Hæc Cortesius. Ex quibus sanè apparet, adeò semper humani sanguinis dæmonem fuisse sitientem, vt nullum vnquam sacrum à Gentilibus sine eo celebrari permiserit; Molocho enim filij proprij parentum, vt & Saturno; Marti milites offerebantur; sine humano sanguine Mythriaca sacra nunquam perficiebantur. modò execranda huiusmodi sacra ita adhuc vigere vidimus multis in regionibus; vt sitientissimus Diabolus nullâ aliâ re sitim suam, nisi humani sanguinis potu, famem verò nullâ aliâ re nisi humanorum cordium pastu tollere posse videatur. Sed hæc de idolo Horchilouos.

Idolum Mexicanum.

Celebratur porrò in Mexicana Prouincia aliud idolum quoddam, vel potiùs dæmonium varijs animalium capitibus, tanquam figuris quibusdam hieroglyphicis concinnatum. Hoc idolum non nisi sanguine humano placabatur. Dicebant autem illud linguâ suâ Anni Dominum. quod & hieroglyphica illa symbola, & numeri mystici satis ostendunt. Hoc enim culto, sacrificijsque consuetis placato, magnam sibi rerum spondebant vbertatem. exstat huius simulachri effigies in libro quodam Mexicano Bibliothecæ Vaticanæ; Caput instar Modij, oculis radiantibus, asininis auribus, naso & ore dentato, fœdum in modum deformatum. Vasa ad sacrificium pertinentia vtraque manu tenet; reliquo idoli corpori varia passim diuersorum animalium capita, quibus menses, & Zodiacum referre consueuerunt, incisa videntur; pedes habet elephantis, reliqua, verecundia prohibente, dicenda non existimaui. Verùm ne quicquam huic operi ad ornatum deesse videretur, hìc eius figuram apponendam esse duxi.

Multa mihi hoc loco de mysticis huius idoli imaginibus, quarum interpretationem ex PP. nostris Mexicanis percepi, dicenda forent; verùm quandoquidem ea alteri loco reseruauimus, superuacaneum esse ratus sum, ijs hìc diutiùs inhærere. Sufficiat interim hoc loco Americanæ ad Ægyptiacam idololatriam affinitatem, quò vnicè collimabamus, demonstrasse.

Figu-

Figura Chuuenilæ idoli Mexicanorum.

EPILOGVS.

DEmonſtrata itaque affinitate idololatriæ diuerſarum gentium ad Ægyptiorum idololatriam, quam cœterarum omnium fontem & ſcaturiginem in hoc Opere paſsim monſtrauimus; certè ex memoratarum rerum cum Aegyptiacis factâ collatione, difficilè neutiquam erit ſagaci Oedipo, quamplurima ad Iſiacas antiquitates facientia, antehac nobis incognita, & ex conſequenti plurimùm lucis in hieroglyphicorum inueſtiganda ſcientia allatura, hâc methodo patefacere. Cùm enim, quas à Diabolo edocti Aegyptij artes exercuerint, eaſdem eodem Magiſtro memoratæ gentes addidicerint; eaſdem quoque regulas eas habuiſſe, ijſdem in Deorum cultu ritibus, cœrimonijſque vſas eſſe, adeò veroſimile eſt, vt de eo imposterum dubitare ampliùs nefas exiſtimem. Quæ cùm ita ſint, nemo nos in hac materia extra ſcopum ijſſe exiſtimet velim; tantum enim abeſt, vt hæc extra materiam ſint, vt nihil potiùs Operi noſtro plùs authoritatis, quàm hanc remotarum Gentium idololatriã allaturum, mihi perſuadeam; quod quidem ille ſolus, qui hanc cum ſequentibus probè contulerit, intelliget.

CATALOGVS AVTHORVM,

Quorum authoritatibus hoc I. Tomo vſi ſumus.

A

ABdalla Ben Gheled
Abdalla Elſaiana
Abed Hackem
Abenephius
Abenezra
Aben Haid
Aben Saida Arabs
Aben Saira Arabs
Aben Sihal Aſſemoni
R. Abraham Ben Kattun
Abraham de Pomis
Abubacer Arabs
Abulfeda Geographus Arabs
Acta Apoſtolorum
Adamus Fumanus
Ælianus
Æmilius
Æthiops Muchi
Africanus
Agatharchides
Agathias
Ahmed Ben Ioſeph Altiphaſi
Aldrouandus Vlyſſes
Alexander Aphrodiſ.
Alfurcan ſiue Alcoranus
Alkatbahm
Aloyſius Froës Soc. IESV
Alphagi Ben Ioſeph
S. Ambroſius
Ammianus Marcellinus
Amos Propheta
Anaxagoras
Anaxander de Rhodiano
Antiochus Zenophenes
Antipater
Appion Alexand.
Apollodorus
Apuleius
Aquila
Archematus Eubæus
Archilochus Græcus
Arias Montanus
Ariſtides
Ariſtophanes
Ariſtoteles
Ariſtoxenus
Arnobius
S. Athanaſius
Athenæus
S. Auguſtinus
Auſonius
R. Azarias

B

BAal Aruch
R. Balmis Lexicon Hebræum
Baruch Propheta
S. Baſilius
Venerabilis Beda
R. Beniamini Itinerarium
Beroſus Chaldæus
Biblia Complutenſia

C

CAietanus
Carolus Bouillus
Catecheſis Saracenorum
Cedrenus
Cenſorinus
Centir Arabs
R. Chaia
Chaldaica Paraphraſis

Chriſtophorus Borrus Soc. IESV
Chronicon Alexandrinum.
S. Chryſoſtomus
Cicero
Claudianus
Clemens Alexandrinus
Cleon
Cœlius Rhodiginus
Epiſt. S. Pauli ad Coloſſenſes
Conſtantinus Manaſſes
Conſtantinus Porphyrogenita
Corippus Poëta
Cornelius Tacitus
Cteſias
S. Cyrillus

D

RAbbi Dauid Kimchi, ſiue Radack
Democritus
Demoſthenes
Diodorus Siculus
Dion
S. Dionyſius
Dionyſius Thrax
Duris
Dydimus

E

ELdebug Arabs
R. Elias Askenaz Leuita, ſeu quod idem, R. Elias Thisbit. Germ.
R. Eliezer
Elmacinus Arabs
Empedocles
Ennius
Epiſt. S. Pauli ad Epheſeos
Ephorus
Epigines
S. Epiphanius
Etymologicum magnum
Eubulus
Euripides
Euſebius
Euſebius Pamphylus
Euſtathius
Euthymius Zygabenus
Liber Exodi
Ezechiel Propheta

F

FAuorinus
Feſtus
Franciſcus Belloforeſtus
Franciſcus Corteſius

G

GAlatinus
Gedelias
Gelaldinus Arabs
Liber Geneſis
Genebrardus
Geographia Copta
Geographia Arabica Medicea
Geographia Nubiana
Georgius Agricola
Georgius Monachus
Giraldus Lylius
Goropius Becanus
Gratianus Grationopol. Epiſc.
Gregorius Nazianzenus
Gregorius Tholoſanus
Gregorius Turonenſis
Guido
Guilielmus Poſtellus

H

HAython Armenus
Hecatæus
Hegeſippus
Helladius
Heliodorus
Heraclides Ponticus
Heraclius Imperator
Hermes
Hermolaus
Herodianus
Herodotus

Hesiodus
Hesychius
Hieremias Propheta
D. Hieronymus
Himmerius
Historia Indica Maffei Soc. IESV
Historia Saracenica
Homerus
Honorius
Horapollo
Horatius
Horus Grammat.
Hyginius

I

Iamblichus
Iarricus Soc. IESV
Ibunfarid Arabs
70 Interpretes
Ioannes Baptista Leo
Ioannes Damascenus
Ioannes Drusius
Ioannes Forsterus
Ioannes Lopez Soc. IESV
Ioannes Tzeze
Iob
Ionas Propheta
R. Ionathan Ben Vziel
Ionathan Chaldæus Paraphrastes
Iosephus Ben Gorion
R. Ioseph Castiliensis
Iosephus Flauius
Iosue
Mor Isaac Syrus
Isaias Propheta
Ismaël Schiahinscia
Lib. Iudicum
Iulius Firmicus
Iustinus
Iuuenalis

K

Kaab Elachabar Historicus

L

Lactantius Firmianus
Lahaia Ben Gabasch
Lampridius
Laurentius Pignorius
Lectio Ægyptiaca Pentateuchi
R. Leui Ben Gerson
Lib. Leuiticorum
Lexicon Alexandrinum
Lucanus
Lucianus
Lucretius
Ludouicus Barthema
Ludouicus Froës Soc. IESV
P. Ludouicus Gusmanus Soc. IESV
Ludouicus Saccinus Auenionensis
Ludouicus Viues

M

Macrobius
Mahumed Ben Almaschaudi
Manethon Sybennita
Manilius
M. Portius Cato
Marinus Brixianus
Marius Niger
Maro Virgilius
Marsilius Ficinus
Martianus Capella
Martinus à Baumgarten
Maximus Tyrius
Mercator
Mercurius Trismegistus
Meursius
Michaël Psellus
Minutius Felix
R. Moyses Ægyptius
Moyses Barcepha Syrus
R. Moyses Mikotzi
Mûnsterus
Myrtilus

N

Nahum Propheta
Natalis Comes

Nicetas
Nicephorus
Nicolaus Continus Venetus
Nigidius
Nomenclator noſter Coptus
Liber Numerorum

O

OBeliſcus Pamphilius noſter
Odoardus Lopez Luſitanus
Odyſſ. Homeri
Oenopides
Oleaſter
Onkelus
Onomaſticon Syrum
Optatus Mileuitanus
Origenes
Oroſius
Orpheus
Oſeas Propheta
Othman Salcha

P

PAlæphatus
Lib. Paralipomenon
Paulus Marcus Venetus
R. Paulus Riccius
Pauſanias
Pererius Soc. IESV
Petrus Leo Caſtella
Petrus Martyr
Petrus Pais Soc. IESV
Pherecydes
Philaſtrius
Philippus Pigafetta
Philo Byblius
Philochorus
Philoſtratus
Phornutus
Photius
Picus Mirandulanus
Pierius Valerianus
Pineta Soc. IESV
Plato
Plinius
Plotinus
Pollucis Onomaſticon
Polydorus
Pomponius Mela
Porphyrius
Poſſidippus
Probus
Proclus
Procopius
Prodromus noſter
Prudentius
Regius Pſaltes
Ptolomæus

R

RAbanus Maurus Archep.
Mog.
Rabbini Thalmudici tractatu
Cholem.
Radack, ſiue R. Dauid Kimchi
Ralbag, ſiue R. Leui Ben Gerſon
Rambam, ſiue R. Moyſes Ben Maymon
Raphaël Aquilinus
Raſſi, ſiue R. Salomon Iarrhi
Libri Regum
Epiſt. S. Pauli ad Romanos
Ruffinus
Rupertus

S

RAbbi Saadias
Salamas Arabs de mir. Mundi
R. Sálomon Iarrhi, ſiue Raſſi
Samuel Propheta
Scaliger
Schaar ebn el ſaati
R. Schlomo
Scholiaſtes
Seduna Patriarcha Gazenſis
Seleucus
Seneca
Seruius

Sex-

Sextus Pompeius
Sidonius
Silius Italicus
Solon
Sophonias Propheta
Statius
Stephanus de Vrbibus
Strabo
Sylburgius
Syneſius

T

Tertullianus
Thargum Babylonicum
Thargum Hieroſolymitanum
Thargum manuſcriptum Syriacis characteribus
Theagenes
Theocritus
Theodoretus
Theophylactus
Theophylactus Simocata
Theophilus
S. Thomas Aquinas
Thucidides
Tibullus
Timachides
Timæus Platonis
Epiſt. S. Pauli ad Timotheum
Toſtatus ſiue Abulenſis
Tractatus Faſciculus Heleck
Trigautius Soc. IESV
Triſmegiſtus. vide Mercurius
Turnebus

V

Vaſiab Arabs
Vatablus
Vettius Valens Antiochenus
Virgilius
Vlpianus

X

Xenophon

Z

Zoroaſter
Zoſimus.

INDEX

Syntagmatum, & Capitum Tomi Primi Oedipi Aegyptiaci.

PROOEMIVM. *Primi Tomi scopus exponitur.* 1

SYNTAGMA I.

Delta Niloticum, in quo de Ægypti nomine, origine, diuisione, natura, de Regum successione, rerumq; gestarum gloria, & chronologia fusè disceptatur. 2

Caput I. *De Nomine, & Diuisione Ægypti.* Ibid.

II. *De Diuisione Ægypti in Nomos in genere.* 4

Diuisio Prima Superioris Ægypti, quæ & Thebais dicitur iuxta Ptolomæum. 5

Diuisio Secunda Partis mediterraneæ Ægypti. 6

Diuisio Tertia Inferioris Partis, quæ Delta vocatur. 7

III. *Distributio Prima Inferioris Ægypti in suos Nomos.* 8

Nomus I. *Racotis, hoc est, Præfectura Alexandrina.* 15

Nomus II. *Phtenuti, id est, Præfectura Phtenuti.* 16

Nomus III. *Phtemphute, id est, Præfectura Phtemphutica.* 17

Nomus IV. *Mendesius, id est, Præfectura Mendesia.* 18

Nomus V. *Onuphis, id est, Præfectura Onuphica.* 19

Nomus VI. *Sais, id est, Præfectura Saitica* 20

Nomus VII. *Athribis, id est, Præfectura Athribitica.* Ibid.

Nomus VIII. *Tanis, id est, Præfectura Tanitica.* 21

Nomus IX. *Pharbethus, id est, Præfectura Pharbethites.* 23

Nomus X. *Busiris, id est, Præfectura Busiritica.* 24

IV. *Distributio Secunda Ægypti Mediterraneæ in suos Nomos.* 26

Nomus I. *Memphis, hoc est, Præfectura Memphitica.* Ibid.

Nomus II. *Heliopolis, id est, Præfectura Heliopolitana.* 29

Nomus III. *Bubastus, id est, Præfectura Bubastica.* 31

Nomus IV. *Heracleopolis, id est, Præfectura Heracleopolitana.* 32

Nomus V. *Crocodilopolis, id est, Præfectura Crocodilorum.* 35

No-

INDEX.

Nomus VI. *Oxyrynchites, id est, Præfectura Oxyrynchitica.* 35
Nomus VII. *Cynopolis, id est, Præfectura Cynopolitana.* 36
Nomus VIII. *Hermopolis, id est, Præfectura Hermopolitana.* 37
Nomus IX. *Antinous, id est, Præfectura Antinoopolitana.* Ibid.
Nomus X. *Latonopolis, id est, Præfectura Latonopolitana.* 38
Caput V. *Distributio Tertia Ægypti Superioris in suos Nomos.* Ibid.
Nomus I. *Thebais, hoc est, Præfectura Thebana.* Ibid.
Nomus II. *Apollopolis, id est, Præfectura Apollopolitana.* 40
Nomus III. *Panopolis, id est, Præfectura Panopolitana.* 41
Nomus IV. *Coptos, id est, Præfectura Coptitica.* Ibid.
Nomus V. *Tentyrites, id est, Præfectura Tentyritica.* 42
Nomus VI. *Lycopolis, id est, Præfectura Lycopolitana.* Ibid.
Nomus VII. *Aphroditopolis, id est, Præfectura Aphrodisia.* Ib.
Nomus VIII. *Latopolis, id est, Præfectura Latopolitana.* 43
Nomus IX. *Abydus, id est, Præfectura Abydena.* Ibid.
Nomus X. *Antæopolites, id est, Præfectura Antæopolitana.* 44
VI. *De Nilo, eiusque origine; & de noua Fontium Nili detectione.* 48
VII. *De origine & causis incrementi Nili.* 50
VIII. *Quæstio Physico-Chronologica, Vtrum Ægyptus ante Diluuium fuerit habitata, an non? quiuè primi eiusdem Reges fuerint?* 65
IX. *De Dynastijs Ægyptiorum.* 68
X. *De Regibus Ægypti, eorumque successione, & rebus gestis, iuxta Manethonem, Africanum, Eusebium, aliosque.* 83
Dynastia, siue Regnum Deorum. Ibid.
Dynastia Thebæorum. 86
Hermes Mercurius, seu Faunus Pici Iouis Filius, Ægypti Dynasta secundus. 87
Vulcanus Ægypti Dynasta tertius. 88
Sol Ægypti Dynasta quartus. Ibid.
Dynastia Pastorum. 90
Dynastia Politanorum. 93
Dynastia Lartum 95
Dynastia Diapolitanorum. 96
Dynastia Memphitarum. 97
Dynastia Saitarum. Ibid.
Dynastia Tanitica, Legalis, Æthiopum. 98
Dynastia Duodecemvirorum. 99
Dynastia Persarum, Xerxium, Ægyptia. 100
Dynastia Mendesiorum, Euenitarum, Ægyptiorum. 101
Regnum Persarum, & Ptolomæorum.

SYNTAGMA II.

De Politica Ægyptiorum, Imperijq; eorundem tùm propagandi, tùm conseruandi modo, & ratione. 113

Ca-

INDEX.

Caput I. *De prima Politices, seu Monarchiæ Ægyptiacæ institutione.* 114
II. *De vita, moribus, & institutis Ægyptiorum.* 118
III. *Totam Politicæ Philosophiæ doctrinam, per Osiridis, Isidis, Hori, Typhonis, siue historiam, siue fabulam allegoricè fuisse significatam.* 125
Regni alicuius diuturna pax, & beatitudo semper suspecta esse debet. 130
Consectaria Politica. 133
IV. *Ex Mundorum dispositione, & subordinatione Ægyptij Rempublicam suam administrabant, & hâc vnicâ ratione illam perpetuò stabiliri posse contendebant.* Ibid.
Consectarium primum Politicum. 138
Consectarium secundum Politicum. 140
V. *Hieroglyphicorum doctrina Imperij Ægyptiaci perpetuam felicitatem & conseruationem magna ex parte respiciebat; & cur tanto silentio eam suppresserint.* 141
VI. *Osiris, Isis, Horus, Typhon, moralis Philosophiæ hieroglyphica expressio est.* 144
VII. *Osiris, Isis, Horus, Typhon, hieroglyphica expressio est Prouidentiæ Mundum gubernantis.* 146
VIII. *Sententiæ & hieroglyphica, quibus ad veram Politicæ gubernationis rationem alludebant.* 157

SYNTAGMA III.

Architectura seu Theogonia Deorum, in qua de origine superstitionis & idololatriæ Ægyptiorum, cæterarumque Orientalium Gentium, potissimùm Græcorum qui ab Ægyptijs eam veluti hæreditate quâdam acceperunt, agitur. 164
Caput I. *De prima hominum origine, & primis Idololatriæ inuentoribus.* Ib.
II. *De Deorum Ægyptiorum multitudine & varietate.* 171
III. *De Osiride primo Numine Ægypti, de eius origine, ac πολυωνυμία, ex Ægyptiorum, Græcorum, & Latinorum placitis.* 176
Analogia rerum à primis Mundi Patriarchis gestarum, gestis Osiridis, Isidis, Typhonis, Hori parallela. 178
IV. *De Iside vxore Osiridis, ex mente Græcorum & Latinorum.* 185
Isidis magnæ Deorum matris Apuleiana descriptio. 189
Interpretatio Statuæ Isidis multimammeæ, siue Cybeles Græcanicæ. 190
V. *De Serapide, & Apide ex mente Græcorum.* 194
Serapidis Macrobiana descriptio. 198
De Apide. 199
Figura Apidis è Tabula Bembina. 200
VI. *De Ammone seu Ioue Ægyptio.* 202
VII. *De Canopis, Horo, Harpocrate, Mythra, aliisq; Ægyptiorum Numinibus.* 207

INDEX.

De varia Canoporum repræsentatione. 207
Harpocrates. 212
Horus. 214
Mythras. 216
VIII. *De Typhone.* 219
Imago Typhonis iuxta Apollodorum. 221
IX. *De cœremonijs, & ritibus Ægyptiorum, quos tùm in sacrificijs, tùm alijs in solemnitatibus obseruabant.* 223
Pompa Isiaca iuxta Apuleij descriptionem. 226
X. *De sacrificijs diuersis Dijs attributis, eorumque proprietatibus.* 230
XI. *De Brutorum cultu Ægyptijs proprio.* 241

SYNTAGMA IV.

Quod dicitur Pantheon Hebræorum, siue de Dijs, varijsque Hebræorum, Syrorum, Chaldæorum, Babyloniorum, Persarum, Samaritanorum, Arabum, aliarumq; Ægypto vicinarum Gentium idolis, lucis, aris, sacrificijs, ac cœremonijs. 245
Caput I. *De idolis Hebræorum, siue de falsorum Numinum cultu, ab Ægyptijs ad Hebræos propagato.* Ibid.
II. *De particularibus idolis Hebræorum, & de comparatione eorum cum idolis Aegyptiorum, à quibus primùm ea dimanarunt.* 251
De cultu Ignis. Ibid.
III. *De Theraphim primis Hebræorum idolis.* 254
IV. *De Baalim Hebræorum.* 262
V. *De Beelphegor, qui est Deaster siue idolum Ammonitarum.* 265
VI. *Beelzebub idolum Accaronitarum.* 271
VII. *Beelsephon.* 277
VIII. *De Baalgad idolo Syrorum.* 282
IX. *Thamuz seu Adonis idolum Hebræorum & Phœnicum.* 288
X. *Apis seu Vitulus Aureus.* 295
XI. *De idololatria Salomonis, & quâ ratione ad ipsum ea primùm deriuata, ingentia nullo non tempore apud Hebræos incrementa sumpserit.* 301
XII. *De Fanis, Excelsis, Lucis, Aris à Salomone extructis.* 306
Fana, Excelsa, Aræ, Luci. 308
Luci, Nemora Dijs consecrata. 311
XIII. *Astartha Dea Sydoniorum.* 315
XIV. *Chamos idolum Moabitarum.* 326
XV. *Moloch idolum Ammonitarum.* 328
XVI. *De Dijs Syrorum, Philistinorum, & Arabum, qui sunt Dagon, Derceto, Atergatis, Cabar, Venus Asiatica.* 338
§. I. *Dagon Deus Azotiorum.* Ibid.
§. II. *Derceto, Adargatis.* 339

INDEX.

§. III. *Venus Aphacitis, Anaitis, Cabar.* 345

Caput XVII. *Colonia Deorum Babyloniorum à Salmanaſſaro in Samariam deducta.* 353

XVIII. *Succoth Benoth idolum Babyloniorum.* 354

Typus Dodecamorij Tauri, quod domum Veneris, & exultationis Lunæ ſignum dixerunt Veteres, exhibens ſitum Pleiadum, ſiue Succoth Benoth, aliarumq; ſtellarum adiacentium. 359

XIX. *De Nergal, cæteriſque Samaritanorum idolis.* 362

XX. *Aſima, Nibhaz, Tarthac, Anamelech, Adramelech.* 368

XXI. *De Niſroch, Rimmon, Nebo, Seſach.* 376

XXII. *De Rephan, & Markolis idolis Hebræorum.* 384

XXIII. *De Adytis & Speluncis Hebræorum, cæterorumque Orientalium.* 395

SYNTAGMA V.

Simia Aegyptia, ſiue de Idololatriæ Aegyptiacæ ad aliarum barbararum Gentium idololatriam affinitate; & quomodo exteræ Gentes Aegyptiorum ritus nullo non tempore affectârint. 396

ΠΡΟΟΙΜΑΤΙΟΝ. 396

Caput I. *De barbararum Gentium idololatria, à Dæmone vel recens inuenta, vel propagatione ſucceſſiuâ introducta.* Ibid.

II. *De Sinenſium idololatria, Aegyptiacæ parallela.* 398

Pagodes Indorum Numen. 399

Templa Deorum Chinenſium. 401

III. *Iaponiorum, & Tartarorum Idololatria Aegyptiacæ parallela.* 403

Amida Numen Iaponiorum. 404

Amida Numen Iaponiorum parallelum Harpocrati. 406

Iaponiorum Numen Triceps, & ὠκτοβεάχιων. 410

Ianus quadrifrons. Ibid.

Centimanus Briareus. Ibid.

IV. *De Indorum & Afrorum idololatria Aegyptiacæ parallela.* 412

V. *De religione Americanorum Aegyptiacæ parallela.* 417

Figura Fani Horcholiuos Numinis Americani. 422

Figura Chuuenilæ Idoli Mexicanorum. 424

Epilogus. Ibid.

FINIS.

IN-

INDEX

Rerum notabilium locupletiſsimus

ORDINE ALPHABETICO.

A

Abraham.

BRAHAM ignem adorare noluit. 253
Super lapidem Brachiam Abraham Agar cognouiſſe Mahumetani dicunt. 349

Accipiter.

Accipiter Taniticus. 23

Acenchris.

Acenchris Rex Politanorum. 94

Aceruus.

Acerui erant contigui ad ipſas ſtatuas. 390

Acherres & Achoris.

Acherres & Achoris Reges Politanorum. 94

Adad.

Adad quid, & eius ſimulachrum. 345

Adam.

Adam Propheta & Apoſtolus Lunæ. 166
Adam mira ſecum tuliſſe de Luna, fabulantur aliqui. Ibid.
Adami filij, Dij ſunt dicti, & Deorum filij. 167

Adardaga.

Adardaga quid, & vnde. 340

Adargatis.

Adargatis ſimulachrum. 345

Adonis.

Duo Adonides, Cyprius & Byblius. 290
Feſtum Adonidis à Byblienſibus in Phœnicia celebratum. 291
Cœremoniæ in repetitione Adonidis celebratæ. Ibid.
Syri Adonidem dicunt Dominum. 293
Adonis Syriacè & Hebraicè Dominus eſt. Ibid.
Myſtica ratiò Adonidis. Ibid.
Feſtum Adonidis circa Solſtitium æſtiuum quid myſticè. Ibid.

Adramelech.

Adramelech forma Pauonis erat. 374

Adris.

Adris ſiue Henoch inuenta, & ſanctitas. 68
Adris, & Oſiris idem. 177

Adulterium.

Adulterium & fornicatio puniatur. 121

Adytum.

Adyta Ægyptiorum quæ. 393

Ægyptus.

Nomina & diuiſio Aegypti. 2. 4. 13. 28
De primatu Aegypti. 2
Etymon Aegypti. 3
Situs & Termini Aegypti. Ibid.
Varia Aegypti denominatio. Ibid.
Inferior Aegyptus fluminis alluuione aggeſta. Ibid.
Error Seſoſtris putantis alueum Erythræi

threi maris altiorem Ægypti Superficie. 4
Cauſa diuiſionis Ægypti. 7
A Turcis tripartita Ægyptus. 8
Delta Ægypti vnde? Ibid.
Inferior Ægyptus quando habitari cœpit. 11
Ægyptus donum Dei dicta. Ibid.
Ægyptus Templum Vniuerſi. 12
Nomina Vrbium Ægypti enarratio. 22
In Ægypto multæ Vrbes duplices. 39
18000. *Ciuitates olim in Ægypto.* 48
Numerus populi Ægyptiaci 1710000. *ſecundùm alios* 7000000. 48
Fœcunditas mulierum in Ægypto. Ib.
Ægyptus perpetuâ ſerenitate gaudet. 49
Ægyptus ſub forma brachij cuius venam medianam Nilus refert. Ibid.
Inferior Ægypti pars olim mari tecta. 65
Ægyptus olim dicta Bablum. 66
Primus Rex in Ægypto ante diluuium. 72
Ægyptus adminiſtratur per digniores. 92
Ægyptus imago cœli & templum Mundi. 143
Cur Aegyptij excludebant à Regno exteras Nationes. 159
Aegyptij primos homines in Aegypto natos aiunt. 168
Ægyptij dicti à Chamo. 169
Ægyptus Gentilium Deorum Seminarium. 285

Æſculapius.

Æſculapio Capra & Gallus ſacer. 238

Æthiopia.

Terra Æthiopiæ cauernoſa. 54. 60
Æthiopica relatio. 61

Ager.

Ager Puteolanus, Liparitanus, & Ætnæus canales ſubterraneos habet, cum Græcia correſpondentes. 219

Agricola.

Agricolæ à pueritia rei ruſticæ ſine intermiſſione vacabant. 120

Alcæus & Alcmæna.

Alcæus & Alcmæna. 181

Alexander Magnus.

Pater Alexandri Magni. 101
Alexander Magnus. Ibid.
Alexander Magnus adit Ammonis Oraculum. 204
Alexander Magnus ambit vocari Ammonis filius. Ibid.

Alilath.

Alilath noctis Domina. 320
Alilath idem cum Hecate. 324
Cur Alilath Aſtaroth dicta. Ibid.

Alitta.

Alitta Arabum. 324

Altare.

Altaris etymon. 231
Altare quid. 309

Amarthæus.

Amarthæus. 100

Amaſias.

Amaſias impius idololatra. 307

Amaſis.

Amaſis Dynaſta Politanorum. 93
Amaſis. 99

Ambitio.

Ambitionis malum. 223

Amenophis.

Amenophis primus Iſraëlitarum oppreſſor. 93

Amenophis II. Rex Politanorum. 94
Amenophis Rex Memphitarum. 97

America.

Americani Templa in modum Pyramidam construunt. 421
Modus sacrificandi Americanorum. Ib.
Americani Solem & Lunam adorant. 422

Amida.

Amida Numen Iaponiorum Horo Ægyptio Numini respondens. 404
Iaponij Amidam flori Rosæ insidentem pingunt. 407

Ammon & Amun.

Ammonis figura. 204
Ammonis idola adhuc in Æthiopia videntur. 207
Celebre Fanum Ammonis in deserto Lybiæ. Ibid.
Descriptio Oraculi Ammonis. Ibid.
Amun. 149
Etymon nominis Amun. 202
Amun nomen quid. Ibid.

Amor.

Amor populorum in Reges. 119
Modus & ratio quâ Israëlitæ ad amorem alienigenarum trahebantur. 305
Amoris Vis. 308

Anaitidos.

Anaitidos sacra dicuntur Saca. 346

Anamelech.

Anamelech, Adramelech idola Sepharuaim. 371
Anamelech & Adramelech idem cum Moloch. 373
Anamelech Equi formâ. Ibid.

Anathematizatio.

Anathematizatio. 350

Angelus.

Angeli cœlestis Odei modulatores. 139

Annus.

Anni vagi Ægyptiaci ratio. 291

Aphaca.

Aphaca quænam Vrbs. 345

Apis.

Apis, Epaphus, Serapis quis fuerit, & vtrum vnus & idem? 91
Apis tertius Archiuorum Rex. 92
Apis quid? 197
Apidis descriptio. 199
Germanici Cæsaris manum auersatus Apis. Ibid.
Cœremoniæ in Apidis inquisitione. 200
Cur Apis sub specie Bouis colatur. Ib.
Alia descriptio Apidis. Ibid.
Apis in deserto cultus. 246

Apollo.

Oraculum Apollinis. 237

Apries.

Apries. 99
Apries strangulatus interijt. 100

Apteras.

Apteras Cretensis. 181

Aqua.

Prima stagnantium aquarum Nili in Nilum deriuatio à Iosepho peracta. 9
Aquæ diuersæ diuersis Dijs sacræ. 233

Ara.

Aræ Ægyptiorum Pyramides. 309

Arab & Rab.

Arab & Rab Magi. 296

Arbor.

Rami arborum donis ornabantur. 314

Quæ

Quæ arbores Lucis consecratæ. 314

Arca Noë.

Locus vbi quieuit Arca Noë. 376

Arcades.

Arcades primos mortalium nonnulli dicunt. 167

Aries.

Quid Aries cum Elephanto significet. 158

Ars.

Artes. 120
Ars Magica Zabæorum. 247
Falsa opinio Magorum de vi suæ artis: 248

Artaxerxes.

Artaxerxes, vide *Ochus*.

Asara.

Idolum Asaræ quercinum. 317

Aserah.

Aserah quid? 324

Aseroth.

Aserôth idem quod Luci. 316
Quid propriè Aseroth. 317

Asima.

Asima Hircum significat. 368

Asmodæus.

Asmodæi nominis etymon. 273

Aspis.

Aspis symbolicè designat virtutes Regias. 159

Astaroth.

Variæ deriuationes vocis Astaroth. 315
Alia deriuatio nominis Astaroth. 316
Astaroth Bouinis cornibus exhibetur. 325
Cæremoniæ factæ Astaroth. 360

Astartha.

Astartha quænam fuerit? 315
Astartha idem cum Venere. 318
Astartha cum Luna confunditur. 318 & 319
Astartha omnibus Deorum nominibus insignitur. 324
Simulachrum Astarthæ. 325
Assyrij varijs modis exprimebant Astarthen. 358

Asteroth.

Asteroth idem quod Isis. 316

Astoroh.

Astoroh, Astaruth, Astartha idem sunt. 315

Astroarche.

Astroarche & Astarthe idem. 319

Astrologia.

Astrologia Ægyptiorum. 247
Astrologorum Ægyptiorum opinio. 285

Atribis.

Atribis Vrbs vnde dicta, & quid sit? 21

Athla.

Athla in themate genethliaco quid? 285

Autocabdalus.

Autocabdali quid? 228
Autocabdalorum habitus. Ibid.

B

Baal.

בעל, *siue Baal, aut Bel quid significet.* 262
Quid sibi velit Baal. 264
Vox Baal expenditur. 302
Baal, Beltis, Ἀφροδίτη, *Venus dicitur.* 319

Babylonia.

Babylonij Ægyptiorum imitatores. 353

Babyloniarum fœminarum nefandus mos. 360

Bacchus.

Baccho mactabatur Hircus. 238
Cœremoniæ Bacchicæ. 327
Bacchus & Vrania Arabum Dij. 348

Baalgad.

Baalgad vbi ſitum fuerit. 283

Baieth.

Baieth quid notet? 24

Bama.

Quid ſit Bama. 309. 310

Barba.

Cur barba raſa in ſacra Scriptura prohibita. 249

Barcoceba.

Quid fuerit Barcoceba. 272

Bec.

Bec in lingua Phrygum quid? 168

Beel.

Quid ſignificet Beel? 265

Beelphegor.

Beelphegor quod idolum fuerit? 265
Beelphegor idem ac Priapus. Ibid.
Cultus Beelphegor qualis? 266
Filiæ Moab ritus colendi Beelphegor ab Ægyptijs traduxerunt ad Hebræos. 269

Beelzebub.

Cur Beelzebub dicatur Princeps Dæmoniorum. 273
Idolum Beelzebub vnde? 274
Beelzebub idem ac Deus muſcarum. 275

Beelzephon.

Beelzephon idolum auerruncum, ſiue teleſma Magicum. 278
Beelzephon cuſtos finium Ægypti. Ib.
Situs & locus ſtationis Beelzephon. 279
Variæ formæ idoli Beelzephon. 281
Ægyptij multum confidebant in Beelzephon. 282
Canis figura fuiſſe Beelzephon. Ibid.

Bellona.

Bellonæ ſacra Sacerdotum cruore peragebantur. 240

Bellua.

Cur ferociſſimæ quæuis belluæ homini ſponte ſe ſubmittant. 138

Beltis.

Beltis Iuno, ſicut Baal Iuppiter. 319

Belus.

Belus Iuppiter filius Nembrod. 180
Belus & Iuppiter Babylonius. 263
Cultus & cœremoniæ ſtatutæ Belo. Ib.
Bel Iuppiter. Ibid.
Beli etymon. 264

Bonus.

A bono nil niſi bonum. 120

Bos.

Mneuis Bos Deus Heliopolitanorum. 30
Bos Phoronæus. 92
Quid ſignificent tria capita Bouina in ſtatua Iſidis. 192
Bouis ſignificatum. Ibid.
Duo Boues Ægyptijs ſacri. 204
Boum ſalacitas. 357

Brachmanes.

Brachmanes Pythagoræ dogmata profitentur. 414

Brachtam.

Lapis Brachtam. 349
Lapis Brachtam Veneris caput refert. 350

Brachtam. vide *Abraham*.

Briareus.

Briareus Centimanus quid significet? 409

Bubastus.

Bubasti etymon. 31
Bubastus Dianæ sacer. 32

Bucchorus.

Bucchorus Legislator. 98

Busiris.

Busiris etymon. 24
Busiritarum odium in Asinos. 25
Busiris immolator primus hominum. 335
Busiris idem cum Typhone. 336

Butos.

Butos quid? 16. 17

C

Cabar.

CAbar quænam Dea? 346
Ante Mahumetis aduentum Gentes Cabar adorabant. Ibid.
Mahumetani solent abiurare Cabari. 347
Verba inuocationis Cabar. Ibid.
Inuocatio Cabar. Ibid.
Cur Cabar Venus sit appellata. 348

Cadauer.

Mos condiendi cadauera. 123

Cadmus.

Cadmus & Phœnix Thebani Ægyptij migrantes in Syriam ibidem prima Ciuitatum Tyri & Sidonis fundamenta iaciebant. 95

Cambyses.

Cambyses Persarum Rex. 100

Cameses.

Cameses primus Saturnus. 181

Canis.

Cultus Canis. 31
Natura Canum simillima Mercurio. 36
Canis cultus & cibus. 36
Canes insculpti in valuis templorum quid denotent. 157
Canis symbolicè designabat virtutes Regias. 159

Canopus.

Quis Canopus? 16
Canopi forma & cultus. Ibid.
Canopus Europæis inuisum sidus. 208
Canopus Nauclerus Menelai. Ibid.
Canopus morsu Serpentis obit. Ibid.
Schola Canopica celebris. Ibid.
Idola Canopica & eorum figura. Ibid.
Origo cultus Canopici. 209
Canopi multimammei. 211
Canopus mammatus. Ibid.
Canopus idem quod Neptunus. Ibid.
Duplicis generis Canopi. 212

Cantus.

Cantus quid mysticè notaret. 236

Caput.

Conuersionis humanæ capita. 162

Cenchres.

Cenchres mari rubro absorptus. 94

Cephrenne.

Cephrenne. 97

Ceres.

Ceres seu Proteus. 96
Cereri spica dicabatur. 239

Cer-

Ceruus.

Quid sint tria capita Ceruorum. 191

Chaldæus.

Chaldæi vocabula ab S incipientia pronunciabant vt T. 260

כסיל

כסיל *quid?* 356

Cham.

Cham primus Ægypti colonus. 84
Cham ex Ægypto colonias per Africam deduxit. Ibid.
Cham Zoroastres Magiæ repertor. Ib.
Scelera Chami. Ibid.
Cham dicitur Zoroastres & Osiris. 85
Chami progenies, & Concubinæ Salomonis Ægyptias superstitiones Hebræos docuêre. 245
Cham primus idololatriæ post diluuium inuentor. 245

Chamos.

Chamos nonnulli cum Phegor confundunt. 326
Chamos Deus commessationis. Ibid.
Chamos idem cum Baccho. Ibid.
Chamos idem qui Osiris seu Dionysius Aegyptius. 327
Chamos antiquissimus Deaster. Ibid.
Chamos cum Plutone confunditur. 328

Chebron.

Chebron Rex Aegypti. 93

Chemesenua.

Chemesenua quid? 84

Chemnes & Cephus.

Chemnes & Cephus Pyramidum extructores. 97

Chenosiris.

Chenosiris Osiridis Planta. 184

Cherphe.

Cherphe. 97

Cherres.

Cherres Pharao Ægypti. 94

Chiun.

Chiun significat Saturnum, & Herculem, & idem est quod Rephan. 387

Chronologia.

Difficultas in Chronologia Ægyptiorum maxima. 83

Chus.

Chus & Misraim primi cultores ignis. 251

Cibeles.

Cibeli seu Rheæ sanguis humanus sacrificabatur. 240

בימה

בימה *quid sit?* 356

Circulus.

Circulus Platonicus. 162

Ciun & Ceuanim.

Ciun & Ceuanim quid? 386

Cleopatra.

Cleopatra Regina Ægypti. 102

Cochinchina.

Cochinchinensium dogmata. 410
Cochinchinensium mos sepeliendi Reges. 411

Cœlum.

Auenionense cœlum impluuium. 63

Cœremonia.

Ridicula cœremonia Indorum. 202

Colossus.

Colossi duo in Vrbe Esuan. 39
Sonitus auditus circa Colossum. Ibid.

Columba.

Duæ Columbæ conditrices Oraculorum. 207

Origo cultus Columbini & piſcium in Syria. 341

Columna.

Columnæ Mercurij. 310

Comaſia.

Pompa Comaſiorum. 327

Commodus & Caracalla.

Commodus & Caracalla Cæſares ſtudioſi Sacrorum Iſiacorum. 227

Coptus.

Copti Vrbis ſitus. 41

Corona.

Coronâ diuerſâ vtebantur in ſacrificijs & victimis. 233. 234

Ægyptij in ſacris quibus coronis vſi. 234

Corymbus.

Quid ſit Corymbus. 191

Couum.

Couum Antiquis cœlum. 320

Crocodilus.

Crocodili cultus. 35

Quid per Crocodilum ſignificarint Ægyptij. 157

Deſcriptio Crocodili. 158

Ægyptij omiſſo cultu Crocodilorum ab ijſdem infeſtantur. 354

Cultus.

Cultus Deorum. 118. 123

Cultus Vituli aurei in deſerto ab Ægyptijs deriuatus. 242

Cultus diuerſorum animalium apud diuerſas Vrbes Ægypti. Ibid.

Cultus rerum ſenſu vitaq; carentium. Ibid.

Iſraëlitæ primi cultu Ægyptiaco infecti. 246

Quam tenax cultûs idolorum fuerit populus Hebræus, 262

Cultus veſtium prohibetur in lege, & quare? 305

Apud Ægyptios quadrangularium Numinum cultus. 351

Currus & Equi.

Currus & Equos Soli attribuendi mos vnde profluxerit. 374

D

Dæmon.

AErei Dæmones cantu delectari crediti. 235

Dæmonis ſtudium in propaganda idololatria. 397

Indi Dæmonem colunt. 414

Dagon.

Etymon Dagon. 338

Quale fuerit idolum Dagon. 339

Dagon ἰχθυόμορφος, Ibid.

Figura Dagon. 340

Dagon frumentum. 342

Dagon piſcis mœroris. 346

Daluca.

Daluca mulier præeſt Ægypto. 77

Danaus.

Danaus, aliàs Armeus. 95

Darius.

Darius in Babylone interfectus. 101

Deliphat.

Deliphae quid, & cur Venus dicta ſit. 349

Derceto.

Derceto eadem cum Adergati. 340

Desertum.

Cur deserta deuotionis gratia petierint Antiqui. 312

Deus.

Deus perfectissimum Monarchici status exemplar. 134
Deus vnus. 147
Deus per sapientiam suam omnia producit. 251
Deus Accipitris caput habet. 153
Ignorantia Dei Terræ multa mala causare putatur. 353
Ægyptij Deum flori Loti insidentem adorabant. 407

Diabolus.

Diaboli fraus loquentis per idola. 172
Diabolus Dei Simia. 312. 354
Americani Diabolum adorant. 422

Dij.

Deorum Regnum. 86
Dij peragrant Orbem specie animalium. 89
Comparatio fabulosorum Deorum cum primis post diluuium Patriarchis. Ib.
Quomodo Dij compellantur in idola. 143
Quomodo homo Deorum Author. Ibid.
Multiformes Ægyptiorum Dij quid. 154
12 Deos ab Ægyptijs acceperunt Græci. 170
Multitudo Deorum. 173
Omnia Dijs plena. Ibid.
Dij Ephoros humanos agentes. Ibid.
A terra ad firmamentum vsque plena Dijs omnia. 173
30000. Deorum. 174
Dij Consentes & Selecti. Ibid.
Singulis mensibus singuli Dij præsunt. Ibid.
20 Dij principales. 175
Dij incerti & ignoti. Ibid.
Medioximi. Ibid.
Heroës. Ibid.
Dij Semones. 175
Patellarij. Ibid.
Hermophroditi seu vtriusque sexus ab Antiquis habiti. 176
Vnde Deorum origo. 179
Cur Romæ tutelaris Dei nomen propalare nefas fuerit. 213
Terrestres Dij. 230
Dij analogis rebus colebantur. Ibid.
Ædificia ad Deorum analogiam condebantur. 231
Dij cœlestes & aërei. 235
Dij aquatici quibus delectarentur. 236
Dijs beneficijs albæ, maleficijs nigræ Victimæ mactabantur. 237
Cæcitas Ægyptiorum in cultu Deorum. 241
Dissensio Ægyptiorum in Dijs colendis. 242
Transplantatores Deorum Ægyptij. 243
Ἀντίσασις cultus Deorum. Ibid.
Dij particulares. 307
Dij Prouinciales. Ibid.
Diuersi Dij diuersa loca eligebant. 309
Dij à locis nominabantur. 317
Gentiles sexum Deorum confundebant. 340
Æquiuocatio nominum Deorum Dearumq; in Osiri & Isi confusa. 344
Sexus Deorum. 348
Dij Terminales seu Limitanei. 351
Cur Dij tot formis diuersis exhiberentur. 358

Dea.

Omnes Deæ in Lunam resoluuntur. 320

Diluuium.

Forma Politica ante diluuium an fuerit, & quænam? 70
Politicus status ante diluuium. 71
Diluuia Mundi. 161
Diluuij Mundani necessitas. Ibid.

Diſſidium.

Iaciuntur ſemina diſſidij inter fratres. 126

Dithyrambus.

Dithyrambi quid. 327

Doctrina.

Doctrinarum & artium propagatio. 69
Doctrina contenta in Obeliſcis eſt magna ex parte Apoteleſmatica. 141
Cur Ægyptij doctrinam & ritus ſuos tanto ſilentio ſuppreſſerint. 142

Dominatio.

Dominationum influxus. 139

Draco.

Quid ſint Dracones. 190

Dynaſtia.

16 Dynaſtiæ quales fuerint. 69
Obiectio contra Dynaſtias 16 ante diluuium. Ibid.
Dynaſtiæ Ægyptiorum ante diluuium veræ ſunt. 71
Connexus Dynaſtiarum ante diluuium cum ijs poſt diluuium. 74
Dynaſtia ſynchrona Abrahæ. 86
Varia opinio de Dynaſtia Paſtorum. 90
Dynaſtia Paſtorum Pharaonici Imperij initium. Ibid.
Dynaſtiæ Politanorum Pharaones Aegypti. 93. 94. 95
Dynaſtiæ Lartum Reges. 96. 97

Dyſares.

Dyſares Numen Arabum idem cum Baccho. 350

E

Educatio.

Ducatio & eruditio liberorum. 122

Elementum.

Quatuor Elementa. 170

Elephas.

Elephantis natura. 158

Elphium.

Elphium quid. 8
Ioſephi molimina in ſiccando Elphio. 9
Elphium olim vocabatur Elgeube, id eſt, foſſa ſtagnans. Ibid.

Empuſa.

Empuſa, Gellone, Lucina, Lamia. 321

Epiſtola Byblina.

Epiſtola diuinitùs appellit ſeptem dierum ſpatio. 292
Epiſtolæ Byblinæ quid? Ibid.

Equus.

Equi Marti dicati. 372
Equos &c. vide *Currus*.

Eſoi.

Eſoi quid? 20

Eſuan.

Monumenta antiquitatis in Eſuan. 39

Ethica.

Tres partes Ethicæ. 144

Excelſum.

Quid ſit Excelſum. 308

Exercitus.

Exercitus Liberi in Lybiam. 203

F

Fabula.

Fabulæ originem trahunt à primorum hominum geſtis. 89

Fabula Poëtarum de Ioüe & Typhone. 131
Fabula Politicæ documenta continet. 132
Fabula de Horomaze & Arimanio. 146
Fabulosæ narrationes ad mysteria diuina transformatæ. 147
Miræ de Adamo Fabulæ. 166

Fames.
Fames in Aegypto quando profligata. 335

Faunus.
Fauno ex Hœdo, vel Agno, vel Vino sacra fiebant. 239

Februatio.
Februatio per ignem. 330

Fides.
Translatio fidei, religionis, & Monarchiæ. 163

Fluuius.
Origo fluuiorum. 56

Fœmorale.
Quid notet turbinatum fœmorale. 191

Fons.
Primus istius calamitosi seculi fons. 163

Fortuna.
Fortunæ circuli in rebus politicis, familijs, Regnis, & Ciuitatibus. 161
Fortuna Capitolina, Exquilina, Norcia, Prænestina. 2
Primigenia Fortuna quid? Ibid.

Foquexus.
Foquexus, secta Iaponiorum. 405

Frontalia.
Frontalia Hebræorum. 250

Funus.
Funera. 123

G

Gad.
Gad, bona fortuna. 283
Gad idem quod Mazaltob, siue stella Iouis. Ibid.
Quidnam sit Gad siue bona fortuna. Ibid.
Gad, Dæmonium. 284
Gad & Baalgad idem. Ibid.

Gallina.
Gallina cœlestis. 356
Gallinæ Osiri & Isi offerebantur. 357

Gallus.
Persæ Gallos colebant. 365
Galli gallinacei ex Persia primùm prouecti. 366
Persarum milites Galli nuncupati. Ib.

Genius.
Nomen Genij tutelaris Romæ occultum plebi. 142

Gens.
Diuisio Gentium. 83
Gentis Iudaicæ miræ vicissitudines. 162

Gentilis.
E sacris literis multa hauserunt Gentiles. 229
Gentiles Scripturæ sacræ historias miris contaminabant fabulis. 334

Ghnasch.
Ghnasch quid sit. 356

Glaucus.
Glauci pueri Bœotij Omen. 158

Græci & Romani.
Græci & Romani Simiæ Ægyptiorũ 142

Har-

H

Harpocrates.

Simulachrum Harpocratis quid denotet. 160
Cur Harpocrates Isidi iuxta positus. 186
Harpocratis inuocatio. 287

Hebræus.

Hebræi in omnibus Aegyptios imitati sunt. 246
Turpis consuetudo Hebræorum. 269
Hebræus Simia Aegyptij populi. 270
Hebræi mirum in modum externis rebus capiebantur. 305
Hebræi Viri amabant peregrinas. 306
Filij Hebræorum verè comburebantur. 330
Hebræi adorabant animalia immunda. 394

Hecate.

Hecatæ Canis sacer. 240
Hecate Prothyræa. 320

Hegirath.

Hegirath non à fuga, sed ab Hagar dicta. 351

Heliopolis.

Heliopolitana fabrica. 12

Hercules.

Herculis & Bacchi elogia. 184
Herculi Bos sacrificabatur. 239
Hercules dictus quòd colligeret locustas & vermiculos è vitibus. 276

Hermæ.

Mos coaceruandi lapides ad Hermas viales, vnde cœperit. 392

Hermes.

Hermes Aegyptius quid? 286

Hircus.

Hircus colitur à varijs Gentilibus. 369

Homo.

Hominum ante diluuium conditio. 69
Homines nouas colonias quærunt, adeo totus Mundus fuit habitatus. 70
Numerus hominum post diluuium vsq; ad Turris constructionem. Ibid.
Immensa hominum multitudo ante diluuium. Ibid.
Gesta hominum ante diluuium extant. 71
Hominis productio. 165
Vbi primi homines nati. 167
Quidam Athenienſe solum primorum hominum productioni dant. Ibid.
Rufi homines immolabantur Typhoni, & cur. 336
Varius apud Gentes mos sacrificandi homines viguit. 337

Horomazes & Arimanius.

Horomazes & Arimanius Dij ἀντίτεχνοι. 185

Horoscopium.

Horoscopij Genij. 170

Horus.

Horus & Apollo idem. 40
Quid indigitet Horus. 129
Horus & concordia & pax in Politico Mundo. 144
Horus cum Apolline confunditur. 193
Hori inquisitio sistris perficiebatur. 236
Horus tertia diuinitas. 323

I

Ianus.

DE origine & nomine Iani. 182
Ianus à Gundelorum irruptione Italiam liberat, Ibid.

Ia-

Ianus dicitur à bellua huius nominis interfecta. Ibid.
Iano ex Libo sacra fiebant. 239
Ianus quadrifrons cur? 409

Iaponia.

Iaponij vtuntur Rosarijs. 405
Varia Iaponiorum idola. 408

Ibis.

Ibidis figura & significatio. 15
Ibis in medio Serpentum denotat vnionem. 159

Ichon.

Ichon quid? 149

Ideonim.

Ideonim est Ariolus. 382

Idololatria.

Idololatriæ origo. 165. 262
Nepotes Chami primi idololatriæ inuentores. 166
Causa idololatriæ & opinionum. 167
Cham primus idololatriæ inuentor. 169
Causa idololatriæ ex inspectione Astrorum. Ibid.
Progressus idololatriæ. Ibid.
Hebræorum in idololatriam Ægyptiacam pronitas. 262
Idololatria maximè floruit post mortem Salomonis. 301
Duo perficiunt actum idololatriæ. 306
Afrorum idololatria. 416
Idololatria incolarum Hispaniolæ. 417

Idolum.

Idolum furtum reuelans. 72
Babylonij, Phryges, Phœnices, idolorum propagatores. 170
Idola Dæmonibus animant Ægyptij. 171
Idola Basilidianorum seu Gnosticorum. 215
Turpis cultus idolorum. 303
Cur mulieres alienigenæ tanto studio suos ad cultum idolorum pertraxerint. Ibid.
Idolorum habitus symbolicus. 345
Multitudo idolorum Hebræorum. 394
Indi venerantur idola Ægyptiorum & Græcorum. 412
Apidem Vaccæ figurâ colunt. Ib.
Americanorum idola. 421
Idolum Mexicanum. 423

Idris.

Idris idem cum Osiride. 67

Ignis.

Ignis diuersus in diuersis sacrificijs Deorum. 232
Quomodo ignis euocaretur. 233
Miraculo accenditur ignis. Ibid.
Ignis cultus à Chamo. 252
Ignis cultores. Ibid.
Indi adorant ignem tanquam sacrum animal. 415
Persæ ignem colebant. Ijdem in ignem se proijciebant viuos. Ibid.

Ilethyia.

Ilethyia idem quæ Militta. 320

Ilythia.

Ilythiæ ἡ Ἥρωσις statua. 321

Inachus.

Inachus Regni Archiuorum fundamenta iecit. 92

Inundatio.

Causa inundationis. 60
Cur inæqualis sit inundatio in Ægypto. 63
Ex diuersitate ventorum contingit diuersa inundatio. 64

Io.

Io Inachi filia. 92

Isis.

Prudentia Isidis cum pietate coniuncta. 128
Isidis eloquentia. 129
Prouidentiam denotat Isis. Ibid.
Isidis amor & prouidentia. 150
Isis æterna Dei Sapientia. 156
Isidis veneratio. 186
Isis Nili motus. 187
Isis multimammea. Ibid.
Isis natura rerum. Ibid.
Varia nomina Isidis. 188
Inscriptio Isidis. Ibid.
Statuæ Isidis descriptio. 190
Isidis erga homines beneuolentia. 193
Isis inuentrix tritici, hordei, legum, &c. Ibid.
Isidis cura & prouidentia. 224
Isidis calliditas. Ibid.
Isidi Anser dicabatur. 240
Isidis inuocatio sub nomine bonæ fortunæ intelligitur. 287
Æquiuoca Isidis seu Lunæ. 320
Isis secunda diuinitas. 323
Comparatio Isidis cum Rhea. 325
Isis pisce conseruata. 342
Isis idem ac Ceres. Ibid.
Isis cur sub forma piscis exhibeatur. Ibid.
Cur Isis & Mercurius quadrati figura saxi colerentur. 351

Ithyphallum.

Quid sit Ithyphallum. 267

Iudicium.

Iudicia. 120

Iudex.

Iudicum selectus. 120

Iuno.

Iunoni Iuuenca consecrabatur. 239 & 240
Iuno Astartha dicitur. 318

Iuppiter.

Iuppiter genitor genitrixq; Deorum. 176
Iuppiter ex Saturno & Rhea genitus. 180
Iuppiter idem cum Ammone & Dionysio. 195
Ioui Bos sacer. 238
Iouis cognomen à fugandis muscis. 276
Iuppiter Ammon in Lybia. 282
Iuppiter bona fortuna dicta Græcis. 287
Iuppiter Aratrius. 342

L

Laban.

Labani idolomania. 256

Lacus.

Amplitudo & vastitas lacuum. 56

Latona.

Cultus Latonæ seu Deæ quæ præsidet partui. 38

Leo.

Leo symbolicè significat virtutes Regias. 159
Quid notent Leones in statua Isidis. 191
Leones legitimis ritibus Deo terræ exhibitis domantur. 354

Lex.

Leges Aegyptiorum. 121
Lex de furibus. 122
Intentio legis diuinæ. 248
Legis præcepta opposita legibus Aegyptiorum. Ibid.
Hebræorum lex prorsùs contraria legi Aegyptiorum,

Lia.

Lia imponit filio suo nomen à Gad, stella felici. 285

Liber.

Liber de seruitute Ægyptiorum. 248

Lignum.

Ligna diuersa diuersis Dijs sacra. 232

Lilith.

Lilith Hebræorum quid? 321
Insulsum commentum Hebræorum de nomine Lilith. Ibid.
Lilith idem quod Typhon. 323

Litera.

Literæ iunco inclusæ. 292

Lucerna.

Lucernæ &c. 235

Lucus.

Luci cur incædui. 313
Lucus impuritatibus seruiebat. 314
Mulierum superstitiones in Lucis. 317

Luctus.

Luctus & cæremoniæ populorum defuncto Rege. 119

Luna.

Lunæ & Libero Sus dicabatur: 240
Luna bona fortuna dicta Ægyptijs. 287
Cur veteres Arabes Lunam cum Venere confuderint. 352
Luna magna Venus. Ibid.

Lunus.

Lunus & Luna. 176

Luxuria.

Luxuria & libido idololatria dicitur. 301

M

Mahumetus, & Mahumetani.

CVr semiluna Turribus Mahumetanis imponatur. 351
Causa fugæ Mahumetis. Ibid.
Feria sexta seu dies Veneris solennis Mahumetanis. 352

Malum.

Mala cœlitùs non immitti, nedum diuinitùs. 141

Manethon.

Manethonis Sybennitæ historia de Dynastijs Ægyptijs. 68
Manethon primus. Ibid.
Quid scripserit Manethon secundus. Ib.
Manethon Sybennita scriptor 32 Dynastiarum. 69

Marcolis.

Marcolis idem quod Mercurius. 388

Mare.

Mare Ioseph. 10
Ripa Maris rubri gemmis & pretiosis lapidibus scatet. 280
De maris origine fabula incolarum Hispaniolæ. 419

Mars.

Marti Equus, Canis, Lupus, Hircus, Gallus sacer. 239

Materies.

Mali species à materie proficisci. 140
Quatuor impedimenta circa materiem. Ibid.

Mazaloth.

Mazaloth 12 signa Zodiaci 284

Mazaltob.

Mazaltob, stella Iouis. 283. 284

Medicatio.

Medicatio. 122
Medendi ratio. 123
Medicinalia Aegyptiorum. 248

Memnon.

Memnonis ſtatua à quo erecta. 94

Memphis.

Memphis antiquitas. 26
Memphis varia nomina. Ibid.
Memphis deſcriptio. Ibid.
Memphis etymon. 27
Memphis Aegyptiacè Mefe quid ſignificet. 75

Menas.

Menas ſeu Mitras primus Aegyptiorum Pharao. 90
Menas & Mitras vnus & idem. 91
& 93
Menas, Oſiris, & Mitras vnus & idem. 93

Mendes.

Figura Mendetis. 18

Menſa.

Parcitas menſæ. 119

Mercurius.

Mercurius Triſmegiſtus Scriba et Conſiliarius Miſraimi. 86
Mercurius Faunus dictus. 87
Mercurius ex Italia in Aegyptum migrat. Ibid.
Mercurius Deus auri. Ibid.
Mercurius Triſmegiſtus alter Moyſi coætaneus. 94
Mercurij Triſmegiſti dotes, ingenium, itinera; vtitur ope Miſraimi Regis Aegypti. 114
Mercurius Triſmegiſtus cur leges in ſaxis inſculpſerit. 115
Collegio Sacerdotum communicat normam legum. Ibid.
Mercurius 20000. voluminibus ſcripſit principiorum rationes. 148
Scripta Mercurij de Dijs Emeph, quid? 149
Mercurius viarum cuſtos. 282
Statuæ Mercurij duplices, ſolitariæ & ſociales. 389
Mercurius cur ſolùm capite tenus pingebatur. Ibid.
Mercurij viales. 390

Meſres.

Meſres II. Meſrem, Mitres, Meſpheem vnus & idem. 93

Miles.

Milites. 120. 122

Minerua.

Mineruæ idolum. 20
Mineruæ Taurus albus offerrebatur. 240

Miniſter.

Optimi miniſtri adiungantur Regibus. 118

Miſpharmutoſis.

Miſpharmutoſis ſeu Mephramutoſis. 11
& 94

Miſraim.

Duplex Miſraim. 29
Miſraim oculus Solis cur dictus. 30
Miſraim omnia ſua inſtituit iuxta normam ante diluuium hominum. 72
Secundus Princeps Aegypti Miſraim, ſeu Meſres. 85
Miſraim agriculturæ in Aegypto author. Ibid.
Miſraim leges condidit, vrbes exſtruxit. Ibid.
Thebæ à Miſraim fundantur. Ibid.

Moloch.

Etymon Moloch. 328
Quis eſt & quid Moloch. Ibid.
Statua Moloch. 330
Moloch idem qui Saturnus. 331
Moloch non eſt Adad. Ibid.

Mo-

Moloch Mars Aegyptius. 331
Septem receptacula in idolo Moloch. Ibid.
Moloch idem qui Typhon. 332
Moloch Ægyptiacum nomen. Ibid.
Moloch, Anamelech, & Adramelech formâ Muli seu Equi. Ibid.
Sacrificia Moloch fiebant extra Vrbem. 333
Quomodo Moloch idem cum Osiride intelligi debeat. Ibid.
Origo sacrificiorum Moloch. 334
Origo Moloch superstitionis ex Ægypto. 335

Momphta.
Momphta quid. 28

Monarcha,
Quod est mens in corpore, est Monarcha in populis. 134

Monarchia.
Monarchia perfectissimus status. 134
Monarchia Ægyptiorum ad Vniuersi normam conformata. 137

Mons.
Mons templi Ægyptiorum. 54
Montes Cafates auriferi. 55
Situs montium Æthiopicorum inundationis causa. 63

Moriadan.
Moriadan quid. 377

Multatio.
Multatio & supplicia. 120. 122

Mundus.
Per vnitatem Angelici Mundi designatur felicitas Politici status. 134
Per mobilitatem sensibilis Mundi designatur Democraticum dominium. Ibid.
Mundus ad SS. Trinitatis imaginem factus. 154

Mus.
Murium mira species. 168

Musca.
Muscæ non infestabant sacra Hebræorum. 275
Inundatio Nili origo multorum animalium, præsertim muscarum. 276
Apud Ægyptios symbolum summi mali muscæ. Ibid.
Oraculum muscæ cultu muscæ pelluntur. Ibid.
Amuletum contra muscas. Ibid.
Muscilatriæ origo. 277

Musica.
Musica in conflatione Vituli adhibebabur. 297

Mycerinus.
Mycerinus Pyramidum exstructor. 97

Mysterium.
Applicatio ad fidei nostræ mysteria. 154

Mythras.
Mythras primus Obeliscorum inuentor. 93
Mythras idem qui Misraim. 216
Figura Mythræ. Ibid.
Mythras Sol Leonis vultu, quid? Ib.
In sacris Mythræ circumactio stellarū. 218
12 *Contumeliæ perferendæ, vt quispiam sacris Mythræ initietur.* Ibid.
Mythra idem cum Marte Hippio Persarum. 373

N

Nachor.

Nachor & Saruch pyrolatræ. 252

Nebo.

Nebo significat quælibet portatilia simulachra. 381

Nechao.

Nechao, siue Nichepsos. 99
Nechao siue Necephos. Ibid.

Nectanebus.

Nectanebus Magus & Incantator maximus. 101

Nectao.

Nectao siue Nectanebus. 101

Nembrod.

Nembrod Saturnus Babylonius. 180
Nembrod ignis cultui addictus. 253
Nembrodus dictus Beel, hoc est Dominus. 262

Nemesis.

Nemesis violentia. 162

Nephercherres.

Nephercherres. 97

Nepherites.

Nepherites. 100. 101

Nephte.

Nephte eadem cum Venere Vrania. 319
Nephte coniux Typhonis. 323

Neptunus.

Neptuno & Apollini Taurus sacer. 238

Nergal.

Nergal Samaritanorum idolum. 364
Nergal non fuit ignis Vestalis, sed sculptile. Ibid.
Nergal Galli similitudinem habebat. 363
Nergal vox Samaritana. Ibid.
Nergal idolum ignis, seu Solis, sub figura Galli. Ibid.

Neruus.

Neruus in animali, quo moto amnia mouentur. 148

Nibhaz.

Simulachrum Nibhaz. 370
Nibhaz significat Canem. Ibid.

Niloscopium.

Niloscopij veteris & moderni descriptio. 33

Nilus.

Varia nomina Nili. 48
Nili proprietates. Ibid.
Fœcunditas Nili. Ibid.
Nilus à Ioue siue è cœlo lapsus ab Antiquis creditur. 39
Varia attributa Nili. Ibid.
Æthiopes & Arabes quomodo Nilum appellent. 50
Difficultas inquisitionis incrementi Nili. Ibid.
Sacerdotes Ægyptij cur tribus vrnis inundationem Nili hieroglyphicè repræsentarint. Ibid.
Eiusdem causæ. 50. 51
Fons Nili phiala. 50
Meroitarum de Nilo opinio. 51
Figmentum Ephori de Nili inundatione. 52
Varia monstra in lacubus Nili. 54
Relatio de Nili origine. 54
Vnde Nilus oriatur. 55
Nilus profundissimis vallibus quasi absorbetur. Ibid.
Causa inundationis Nili. Ibid.
Vera origo Nili. 56
Descriptio fontium Nili. 57
P. Petrus Pais primus originis Nili cum Imperatore Abyssinorum obseruator & descriptor. Ibid.
Nilus Gehon vocatur. Ibid.
Primus fons Nili visus à P. Petro Pais. Ibid.

Secundum fontem Nili explorat P. Petrus Pais. 58
Situs & profunditas fontis Nili. Ibid.
Incrementum Nili pluuijs fit. 59
Cur Borealia signa Sole transeunte incrementum Nili contingat. 64
Nileus à quo Nili nomen. 97
Nilus vt Deus colitur in vasculis. 210

Nisroch.

Nisroch erat Arca ex lignis Arcæ Noë. 379

Noë.

Noë apud Orientales nominatissimus. 376
Orientales populi coluerunt Noëmum, & reliquias Arcæ. 378

Nomen.

Conciliatio nominum. 23
Æquiuocatio nominum. 182
Contumelioſæ nominum impositiones. 272
Explicatio nominum peregrinorum. 323

Nomus.

Nomus quid. 11

Nox.

Noctli & Laribus Gallus, nonnunquam Porcus sacrificabatur. 240

Numen.

Omnes mundi Nationes Numen aliquod agnouerunt. 168
Numina composita naturæ. 242
Res pudendæ Numinis loco habitæ. 243

Nuptiæ.

Nuptiæ. 122

Nutritio.

Nutritio animalium. 123

Nympha.

Nymphæ aquarum Deæ. 236

O

Ob.

OB, quid? 381
Ob, Spiritus ventriloquus. 382

Ochus.

Ochus seu Artaxerxes Regnum Ægyptiorum inuadit. 101

Oen.

Oen idem quod Ooannes. 343

Onocephalus.

Statua Ὀνοκέφαλ& Hierosolymis. 296

Onuphis.

Onuphis figura. 9

Ooannes.

Monstrum Ooannes quale fuerit. 342
Formæ Ooannis descriptio. 343
Quatuor Ooannes siue Annedoti. Ibid.

Ordo.

Ordo immutabilis in mente diuina. 140
Cur multa præter ordinem fieri videantur. Ibid.

Osiris.

Osiridis cultus in Abydo. 44
Osiris antiquissimus fuit Henoch. 68
Osiridis ingenium & natura ad virtutem flexa. 125
Osiridis obsequium erga seniores. Ibid.
Quem Principem designet Osiris. 129
Osiris proponitur colendus veluti Numen. Ibid.
Osiris inclusus in arca committitur Nilo. Ibid.
Quando Osiris occidatur. 145
Per Osiridem, Isidem, Typhonem, Horum, Deitatem expressserunt Veteres. 148
Osiris. 149. 181

Osiridis intellectus Archetypus. 150
Quid sit in Theologia Ægyptiorum Osiris occisio. 153
Quomodo restaurandus Osiris. 154
Hieroglyphicum Osiridis. 172
Vnde deriuetur Osiris. 176
Alia Osiridis deriuatio. 177
Osiris πολυώνυμος. Ibid.
Plures sunt Osirides. 178
Osiris & Isidis filij Vulcani. 182
Osiris exercitus ex varijs Ministris. 183
Osiridis gesta. Ibid.
Ab effectibus variè denominatur Osiris. Ibid.
Osiris idem ac Bacchus. 184
Osiris symbolum Solis. Ibid.
Dissidium Osiridis & Typhonis. 224
Osiris dissectus à Typhone. Ibid.
Simulachrum Osiridis. 229
Osiris cum Adonide idem. 292
Osiris, Thamuz, & Adonim idem. 293
Osiridis occultationis & inuentionis dies. 300
Osiris prima diuinitas rerum omnium. 323
Osiris sub varia forma hominibus comparens varia docuit. 343
Osiris & Isidis in humanum genus beneficia. 344
Ex Osiridis gestis variæ fabulæ emerserunt. Ibid.
Osiris per Solis, Isis per Lunæ simulachra diuersas virtutes notant. 345

Osochorus.

Osochorus I. 97
Osochorus II. Ibid.

Osorthon.

Osorthon. 98

Ouis.

Ouis Mineruæ dicata. 20

Oxyrinchus.

Oxyrinchi cultus. 36

P

Pallas.

Pallas è Iouis cerebro nata. 151

Pan.

Panos cultus. 41
Pani Hircus sacer. 239

Paradisus.

Paradisus. 311

Parmenides.

Parmenides Camerinæus. 100

Pastor.

Pastores. 120

Paulus V.

Euentus mirus in electione Pauli V. Pontificis. 139

Pauo.

Pauo Iunoni sacer. 375
Pauonem Ægyptij vocarunt Agrum. Ibid.

Peccatum.

Grauitas Peccati quo Israël prævaricatus est. 301

Persusennes.

Persusennes. 97

Petubastes.

Petubastes primus Rex Dynastiæ Taniticæ. 98

Phallus.

Quid sit Phallus. 227. 228
Cubitales statuæ Phallorum. Ibid.
Ex quibus Phalli conficerentur. Ibid.
Ornatus Phallophoriorum. 228
Ridiculi gestus Phallophoriorum. 229
Vnde origo Phallophoriorum. Ibid.
Cultus Phallici origo. Ibid.

Phallus & Phegoridem sunt. 267
Phallus fascinum. Ibid.
Cur Hebræi, Græci, Romani tantum Phallico cultui studuerint. 268
Phalli in festis Dionysij portati. 270
Phalli erant amuleta contra fascinationem. Ibid.

Pharao.

Pharaonicum Imperium. 76

Phegor.

Omnes luxuriosi Phegorolatræ. 271

Phestath.

Phestath situs. 10

Philippini.

Philippinorum Idololatria Ægyptiorum & Græcorum idololatriæ æmula. 413

Pheron.

Pheron seu Noncorius filius Sesostris. 95

Phta.

Phta. 149

Phtemphuti.

Phtemphuti quid. 17
Etymon Phtemphuti. Ibid.

Phylacteria.

Phylacteria Israëlitarum ab Ægypto. 246

Pihirphaita.

Pihirphaita quid. 24

Piophion.

Piophion quid. 19
Mendum in Horo occurrens circa nomen Piophion. Ibid.

Piscis.

Origo fabulæ de Piscibus abstinendis. 341
Fabula de cultu Piscium ab Ægyptijs originem habuit. 342
Pisces pro penatibus habentur. 342
Cur Syri Piscibus abstinuerint. 343
In Nomo Oxyrynchite Piscem colebant, quem alij Nomi execrabantur. 344

Pithon.

Pithon Vrbs vnde dicta. 11

Planeta.

Septem Planetæ. 170
Dominium Planetarum in horas & dies septimanæ. 352

Pleiades.

Pleiades quid notarint. 356
Pleiades dicuntur consistentia seculi. Ib.
Explicatio Pleiadum & Orionis. Ibid.
Septem stellæ Pleiadum exhibent figuram Gallinæ cum pullis. 357
Pleiades agriculturæ conferunt. Ibid.
Pleiadum constellatio cur confundatur cum Ariete. 359
Pleiades, Hyades, & Virgiliæ cur passim confundantur. Ibid.

Pluto.

Plutonis sacrificia. 237
Plutoni nigra pecus sacrificabatur. 238

Pluuia.

Quæ requirantur ad pluuiæ generationes. 59
Variæ causæ pluuiarum. 60
Cur pluuiæ inundant quando Sol lustrat partes Septentrionales. 62

Pœna.

Pœna sceleratorum. 121

Politica.

Politica Ægyptiorum fundata in cultu Dei. 113
Politica Mercurij 42 libris comprehensa. 116
Harmonia Politica. 134
Politicus status imago gubernantis Dei. 135

Vete-

Veteres Sapientes non credebant πολυθεΐαν. 147
Fructus Politicæ. 163

Portentum.
Portentum circa electionem Vrbani VIII. Summi Pontificis. 139

Poteſtas.
Poteſtatum influxus. 139

Praxis.
Priuatæ Praxeos vicissitudo mutatur tribus ex cauſis maximè. 160

Præceptum.
Præcepta à Moyſe præſcripta contra idololatriam Ægyptiorum. 247

Priapus.
Priapus volucrum formido maxima. 228
Priapo Aſinus ſacer. 239
Cur Hebræi ſacra turpiſſimi Priapi receperint. 268
Priapus, Phallus, Phegor idem. 270
Ægyptiorum Priapæa feſta. Ibid.

Princeps.
Princeps expoſitus ad infeliciſſimos euentus. 133
Cur ſubditi naturaliter timeant Principes ſuos. 138
Princeps bis peccat, dum errores ſuorum miniſtrorum culpa tegit. 159
Conſilia Principum ſunt tuta, quando tecta. 160
Monita Principibus. Ibid.

Prometheus.
Iecur Promethei ab Aquila exeſum quid notet. 183

Proſerpina.
Proſerpinæ ſterilis victima. 240

Proteus.
Filius Protei Rex Diapolitanorum. 97

Pſammetichus.
Pſammetichus potitur Ægypto. 99
Pſammetichi de prima lingua experientia. 168

Pſammites.
Pſammites. 99

Pſammus.
Pſammus. 98

Pſammutes.
Pſammutes primus Rex Mendeſiroum. 101

Pſeuſenſes.
Pſeuſenſes. 97

Puer.
Pueri faſcijs inuoluti ſtatuunculæ innumeræ apud Ægyptios. 158
Mos immolandi pueros. 329

Pyramis.
Cur Ægyptij Pyramidibus vſi ſint. 309

Python.
Quid ſit Python & Ἐγλασόμισθος. 244

R

Racotis.
Racotis quid. 15
Racotis à quo, & quando fundata. Ibid.

Rameſſes.
Rameſſes qui & Ægyptus. 95

Rammoth.
Quid ſit Rammoth. 310

Rana.
Rana cuius ſymbolum fuerit. 160

Ranes.
Ranes ſeu Rameſſes Rex Lartum. 95

Reges, Reginæ, & Regnum.
Primus Rex in Ægypto ante diluuium. 72
Primus Rex Nacraus 180. *annis regnauit in Ægypto ante diluuium.* Ibid.
Nathras II. Rex Ægypti post diluuium. 73
III. *Rex Mesram Gigas equitabat Leonem, & multa mirabilia peragebat.* Ibid.
IV. *Rex Henoch sublatus est.* Ibid.
V. *Rex Ariak.* Ibid.
VI. *Rex Hasilim Nilometriæ fabricator.* Ibid.
VII. *Husal.* 74
VIII. *Tatrasan.* Ibid.
IX. *Satkak.* Ibid.
X. *Schaluk.* Ibid.
XI. *Surith pyramidum ædificator.* Ib.
XII. *Hugith.* Ibid.
XIII. *Manaus.* Ibid.
XIV. *Aphrus.* Ibid.
XV. *Malinus.* Ibid.
XVI. *Abn Ama Pharaun vltimus.* Ib.
Primus Rex Ægypti post diluuium Beither filius Cham. 75
II. *Rex Mesra.* Ibid.
III. *Coptus pyramidum ædificator.* Ib.
Rex Ægypti tempore Ioseph quis? 76
Regina Ægypti filia Pharaonis post egressum filiorum Israël ex Ægypto. Ibid.
Post submersionem Pharaonis Regnum Ægyptium deuolutum est ad fœminas. 77
Post fœminas resumpsit imperium Darkun Primus. 78
II. *Iudes.* Ibid.
III. *Lakis.* Ibid.
IV. *Marnia.* Ibid.
V. *Estmarres.* Ibid.
VI. *Bathulus.* 78
VII. *Balus.* Ibid.
VIII. *Manakiel.* Ibid.
IX. *Bula siue Sesach Hebræorum.* Ibid.
X. *Karkura.* Ibid.
XI. *Lachis.* Ibid.
XII. *Phuis.* Ibid.
Reges Ægypti ante diluuium. 79
Reges Ægypti ex stirpe Cain. 80
Reges Aegypti post diluuium. 81
Reges Aegypti post diluuium secundùm Arabes. Ibid.
Regnum mulierum. 82
Reges, vide *Dynastia.*
Cur Aegyptij Reges portent in capite partes animalium. 96
Regnum Aegyptiorum in potestate Romanorum, & à Romanis deuolutum ad Mahumetanos. 102
Quid agerent singulis diebus Reges Aegyptij. 118
Singulæ actiones Regum Aegypti describuntur. Ibid.
Ex lege vitæ institutum tenebant Reges. 119
Gesta Regum Aegypti. 120
Electio noui Regis. 128
Regni alicnius diuturna pax, & beatitudo semper suspecta esse debet. 103
Vnde ruinæ & translationes Regnorum. 138
Terna omnia circa Regem. 150
Religio fundamentum Regnorum. 160
Regina cœli qnænam vocatur. 361

Respublica.
Harmonia Reipubl. consistit in obedientia subditorum Principi facienda. 130
Disharmonia Reipubl. in quo consistat. Ibid.
Religio Reipubl. conseruandæ necessaria. 131
In Republica vnitas amari debet. 135

Rephan.
Rephan vox Copta, significat Saturnum. 385

Rephan & Ciun pro eodem sumuntur. 386

Res.

Traditio rerum propagata. 71
Exemplum rerum naturalium. 135
Mira distributio rerum in Mundo. 136
Allegoriæ Politicæ in conuersione rerum humanarum. 160

Rimmon.

Rimmon Numen Syrorum. 380
Rimmon idem quod Pomona. Ibid.

Ritus.

Ritus cœremoniarum Aegyptiarum. 117
Ritus in inquisitione corporis Osiridis. 224
Ritus in Capitolio. 302
Ritus Sacerdotum ridiculi. 349. 350
Varij Ritus Bonziorum. 308

Rossetta.

Rossetta olim Canopus. 16

S

Sabaoth.

Sabaoth Gnosticorum Numen caput Asini habuit, 296

Sacellum.

A Sacello Herculis arceri Canes & Muscas finxit Antiquitas. 275

Sacerdos.

Præstigiæ Sacerdotum Aegyptiorum. 74
Factum memorabile Sacerdotis Aegyptij. 95
Adiutores Sacerdotum, Cantores, ipsorum munus, & symbolum. 115
Reditus Sacerdotum & Munia. 119
Crudelitas Sacerdotum in seipsos. 224

Sacrificium.

Origo sacrificiorum impiorum. 224
Sacra Isiaca. 224
& à Romanis proscripta. 225
Tempus sacrificiorum. 231
Sacrificia in locis altis. 309

Sais.

Sais inferioris Aegypti Metropolis. 20
Sais idem quod Ouis Copticè notat. Ib.

Særeu.

Σαΐρευ *Aegyptiacè gaudere significat.* 197

Salomon.

Scelera Salomonis. 301
Salomonis casus. 304. 306
370. *Concubinæ Salomonis.* 304
Cur Salomon non indigenas sed alienigenas tantùm amauerit. Ibid.
Cur Salomon fœminis assenserit. 307
Salomon ab Aegyptijs mulieribus sacra Aegyptiorum doctus. Ibid.
Salomon multa accepit ex Adytis Aegyptiorum. Ibid.
Salomon Aegyptiacis dogmatis imbutus. Ibid.
Placuit Salomoni mystica ratio Aegyptiorum. 310

Samaël.

Samaël serpenti sub forma Cameli insidens Euam decepit. 274

Samaritanus.

Samaritani cur odio habiti ab Hebræis. 362
Iudæorum calumnia contra Samaritanos. 368

Saturnus.

Saturnus à stella dictus. 182
Cur Saturni & Serapidis templa extra Vrbem. 199
Saturno niger Bos sacer. 239
Saturno infantes offerebantur. 329
Saturnus Phœniciæ Rex filiam immolat. 334

Scala.

Scala septem portarum, quarum singulæ singulis planetis comparantur. 218

Scarabæus.

Scarabæus imago Solis. 21

Sceptrum.

Quid per sceptrum in oculi formam adaptatum indicent Ægyptij. 157

Schœ-

Schœnia.
Σχοίνια quid. 360
Sebachus.
Sebachus seu Sebazius Aethiops prudenter administrat Aegyptum; eius visio; abdicat se Regno. 98
Sebychius.
Sebychius Rex Aegypti. 99
Secta.
Tres sectæ apud Sinenses Literatorum, Sciequia, & Laucu. 398. 399 400
Duæ sectæ Iaponiorum, vna negantium, altera asserentium animæ immortalitatem. 403
Sectæ Ienxiorum Fombum apud Iaponios. 407
Semiramis.
Semiramidi vnde nomen impositum. 364
Sensçoris.
Sensçoris primus Rex Saitarum. 97
Sepulchrum.
Mira fabrica sepulchri Imandes. 12
Sepulturæ splendor. 123
Serapis.
Serapis Pluto. 194
Serapidis statua. 195
Origo Serapidis. 195
Serapim nonnulli Iosephum volunt esse. Ibid.
Serapim idem est ac arca Bouis. 197
Figura Serapidis. Ibid.
Typus Serapidis physicè expositus. 198
Statua Serapidis mirâ arte facta. 199
Statua Serapidis ex omni lignorum & mineralium genere. 232
Quid Serapis Aegyptiacè. 259
Serapis & Theraphim idem. 260
Serpens.
Serpens qui Euam decepit fuit forma Cameli. 273
Seruch.
Seruch idolorum primus faber. 169
Sesach.
Sesach quid sit. 383
Sesach significat Babyloniam, & eius Regem. 384
Sesostris.
Sesostris falsa persuasio. 66
Sesostris molimen in perfringendo Isthmo. Ibid.
Sesostris omnes Reges Aegypti gloriâ & rerum magnitudine excessit. 95
Sidus.
Singulis sideribus imposita Dei nomina. 172
Silentium.
Silentium armamentum Regnorum. 160
Siparis.
Siparis pater Sensçoris. 97
Simulachrum.
Simulachrum æneum in Museo Torquati Alexandri Romani. 296
Simulachrorum diuersitas vnde. 345
Simulachrorum apud Sinenses maxima multitudo. 401
Sinenses.
Sinenses idolorum cultum ab Aegyptijs hausisse, probatur tribus argumentis. 401
Sistrum.
Sistri motus quid. 187
Sistrum Aegyptium. 225
Situla.
Situla. 187
Smendes.
Smendes seu Simandius. 97
Sminthæus.
Sminthæus Apollo. 282
Sol.
Sol filius Vulcani. 88
Sol & Luna Dij putati. 170
Sol & Luna principales Aegyptiorum Dij. 172
Sol Rex Deorum. 173
Nihil nouum sub Sole. 396
Iaponij Solem & Lunam adorant. 407
Indi adorant Solem & ignem. 412

Solennitas.
Menſe Athyr cur maximæ fierent ſolennitates. 357
Sors.
Sors quid: 286
Malæ aut bonæ ſorti omnia olim attribuebantur. Ibid.
Speculum.
Mirificum ſpeculum Solem totum diem referens. 30
Spinaces.
Spinaces Dynaſta Memphitarum. 97
Statua.
Quid notent duæ ſtatuæ in ſtatua Iſidis. 191
Statua prodigioſa. 206
Statuæ Aegyptiacæ portatiles. 250
Status.
Diuinæ prouidentiæ vis in diuerſis ſtatibus hominum. 136
Harmonia ſtatus Politici. 137

Stephinatis.
Stephinatis. 99
Stella.
Stellis volucres ſacrificabantur. 240
Strophe.
Strophe & Antiſtrophe cantabantur ad imitationem motus ſtellarum. 236
Stuprum.
Paulina ad ſtuprum adigitur mirâ aſtutiâ. 303
Succoth Benoth.
Quid propriè Succoth Benoth. 354
Turpis conſuetudo Babyloniorum circa Succoth Benoth. Ibid.
Quale idolum fuerit Succoth Benoth. Ibid.
Idolum Succoth Benoth Gallina cum pullis. 355
Simulachrum Succoth Benoth Gallina cum pullis. 358
Succoth Benoth ſimulachrum quale. Ib.
Oblationes quæ fiebant Succoth Benoth. 361

Superſtitio.
Ex Thebæis origo omnis ſuperſtitionis. 87
Magnæ ſuperſtitiones. 248
Barbaræ nationes antiquis Ægyptiorum ſuperſtitionibus infectæ. 397
Syene.
Duplex Syene. 40
Syluanus.
Syluano ſacra ex lacte. 239
Symbolum.
Symbolum & munus Horoſcoporum. 115
Hierogrammatiſtarum. Ibid.
Stoliſtarum. 116
Prophetarum. Ibid.
Interpretatio ſymbolorum Hori. 153
Syſtema.
Genethliacum ſyſtema. 284

T

Taposiris.
Taposiris ſepulchrum Oſiridis. 16
Tarachus.
Tarachus Rex Ægypti. 99
Tartari.
Tartarorum errores. 411
Taurus.
Cur Tauri dodecamorium tanti fecerint Veteres. 356
Taut.
Taut quis? 294
Tautis.
Tautis Pharao vxorem Abrahæ detinuit. 76
Templum.
Templa Thebis & Heliopoli. 12
Erigendorum templorum ratio. 231
Templum erectum in honorem Aſclepij Medicinæ inuentoris. 142

Tentyritæ.
Tentyritarum odium in Crocodilos. 42

Ter-

Termosis.

Termosis idem qui Thamuzi persecutor Israëlitarum. 294

Thamud.

Thamud in Alcorano. 289

Thamus.

Thamus idem qui Adonis. 290

Thamusi.

Thamusi Rex primus instituit solennia Isiaci luctus. 294

Thamuz.

Quale idolum fuerit Thamuz. 288
Idolo Thamuz inditum plumbum, quo liquefacto flere videbatur. Ibid.
Fabula de Thamuz. 289
Thamuz animal idololatris vsurpatum. 290
Thamuz & Adonidi eadem solennitates. Ibid.
Thamuz veriùs nil aliud quàm Osiris Ægyptius à Typhone occisus & planctus. Ibid.
Etymon verum Thamuz. 293
Conciliatio sententiæ diuersorum de Thamuz. 294

Thare.

Thare pater Abraham idololatra. 170

Thartak.

Thartak quid. 371

Thebæi.

Thebarum magnitudo. 40

Theo.

Theo Euenitarum Rex. 101

Theraphim.

Quid sint Theraphim Laban. 197 & 246
Theraphim, hoc est, imago quæcunque. 254
Theraphim varia significant. 255
Theraphim quidam pro signis Astronomicis ponunt. 256
Quid sit Theraphim opiniones variæ. Ibid.
Figura Theraphim. 256. 260
Theraphim cultus ab Ægyptijs ad Hebræos deuolutus. 258
Abrahami serui ex Ægypto secum portant Theraphim. Ibid.
Etymon Theraphim. 259
Theraphim phylacteriorum loco armat. 260
Cur Ægyptij suos Theraphim sine manibus & pedibus construerent. 261

Thumi.

Ciuitas Thumi. 53

Thuoris.

Thuoris vel Thonis aut Thules. 96

Tiberius.

Tiberius templa Isiaca destruxit. 226

Tisuroth.

Tisuroth quid Ægyptiacè. 315

Tophet.

Descriptio Tophet. 333

Trias.

Hebræorum Theologi qui exprimant SS. Triadem. 154

Tumultus.

Tumultus populorum vnde originem habeat. 132

Tuthemosis.

Tuthemosis Politanorum Rex. 95

Typhon.

Typhon sub forma Lupi cultus. 42
Typhonis rude ingenium & natura in vitium flexa. 126
Typhon ad Magistratus assumptus petulanter se gessit. 127
Crescit audacia Typhonis. Ibid.
Typhonis somnolentia & inscitia. 128
Typhoni fauet plebs. Ibid.
Quem Principem designet Typhon. 129
Monstruosa Typhonis effigies. 132
Figura Typhonis. 155. 220
Allegorica Typhonis descriptio. 155
Fabulosa natiuitas Typhonis 219
Typhonis ortus. Ibid.
Typhon à Dracone appellatus. Ibid.
Typhon ventus quomodo dictus. Ibid.
Typhon omne malum Ethicum. 221
Typhon omne malum Physicum. Ibid.

In-

Interpretatio physica Typhonis. 222
Typhon omne noxium. Ibid.
Typhonis moralis interpretatio. 223
Typhoniæ proprietates. Ibid.
Puerperæ placabant Typhonem. 323

Tyrannides.

Causæ vicissitudinum maximarum in tyrannide. 161

V

Vachelotis.

Vachelotis Rex Saitarum. 98

Vanitas.

Vanitas Astrologica. 140

Venus.

Origo cultus Veneris. 42
Venus almus & alma. 176
Veneri Columba dicabatur. 240
Venus & Proserpina indicantur per Solem, nunc in signis Borealibus, nunc Hyemalibus existentem. 293
Venus Anaitidis Idolum. 302
Cœlesti Veneri Vacca offerebatur. 319
Venus Athor dicitur, & Mensis inde nomen habet. Ibid.
Simulachrum Veneris Aphacitidis. 346
Venus Aphacitis. Ibid.
Venus Anaitis. Ibid.
Venus parua Luna. 352
Venus Arieti inequitare cur pingatur. 359

Vertex.

Quid notet turritus vertex. 190

Vesta.

Vestæ Bos grauida dicabatur. 240

Vestes.

Vestes diuersæ diuersis Dijs appropriabantur. 234

Victima.

Victimæ diuersæ diuersis Dijs mactabantur. 234

Virtus.

Quæ Virtutes influant in homines. 139

Vitulus.

Vnde Vituli cultus in deserto. 201
Quale fuerit idolum Israëlitici Vituli. 295
Vtrum caput tantùm Vitulinum adorârint. Ibid.
Cultus Vituli aurei refert cultum Apidis. 296
Vitulus varijs signis fuit insignitus. 298
Modulo fundebatur Vitulus. Ibid.
Vituli Ieroboam referebant duos Boues ab Ægyptijs coli solitos. Ibid.
Astrologica obseruatio circa Vitulum aureum. 299
Æmulabantur in cultu Vituli solennitates Ægyptiorum. Ibid.
Cur Vitulus ex auro conflatus. Ibid.
Inaures aureæ pro Vituli conflatione cur. Ibid.
Quantitas auri in conflatione Vituli adhibiti. 301

Vphæus.

Causa cultus Vphæi. 19

Vranius & Vrania.

Vranius Sol est, & Cabar Luna. 348
Vrania Venus eadem cum Alilath. 351

Vulcanus.

Vulcanus primus conseruandi ignis Author. 88

X

Xerxes.

Xerxes. 100

Xois.

Xois Vrbs. 17

Z

Zethus.

Zethus filius Amenophis. 95

Zoroaster.

Zoroaster primus Mythræ templum dicat. 217

FINIS.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

SI interpunctiones, Correctoris incuria perperam factas, excipias, pauci admodum errores Typographici in Opere tam vasto, ac vario reperiuntur, qui tuam, Lector, diligentiam effugere, aut lectionem remorari possint. Adscribas id velim expertissimo, & in varijs linguis versatissimo Viro, Zachariæ Dominico à Kronenfeld, Typothetæ meo. In sequentium errorum tabula, primus numerus significat paginam, secundus lineam paginæ. Plures non addo, quia qui supersunt, exigui sunt.

Pag. 12. *lin.* 2. & vix (vt vix) 15. 35. primò (primo) 17. 33. Dubuano (Nubiano) 18. 18. cura (cum) *ibid.* 37. Mendele (Mendete) 19. 10. eadem (eandem) *ibid.* 26. exprimantes (exprimentes) *ibid. vlt.* depromptam (depromptum) 21. 2. Arabicum (Arabum) 24. 10. ambirus (ambitus) 48, 31. septies decies centena millia (*vide sequentem Notam*) 51. 8. fatis (satis) 54. 16. adiri (adire) 58. 29. iactu (iactus) *ibid.* 41. brachiorum (brachijs) 65. 16. varias (variam) 68. 3. sui (suæ) 71. 8 hàc (hæc) 75. 18. eius (eis) 84 18. à quo (à qua) 115. 41. cœterarum (cœterorum) 121. 23. auerterent (auerterentur) 138. 29. inueniat (inueniant) 142. 4. conspicua (conspicuis) *ibid.* 19. Numinis (Numinis non) 148. 1. actus (actu) *ibid.* 6. traherint (traxerint) 156. 4. colebat, placabat (colebant, placabant) 157. 36. oculos (oculus) 160. 1. pacta (parta) 167. 27. ergo quo (ego quòd) 169. 19. consumeret (consumerent) 176. 23. eius (eiusque) *ibid. penult.* signum, (signum appellat,) 190. 17. simulachrum manibus extensis (simulachri manus extensæ) 194. 16. & vim (& vi) *ibid.* 35. nullus (nullum) 206. 22. Lybicam (Lybiam) 209. *vlt.* Berthodo Bartholdo) 214. 22. partus (partes) 245. 29. Salominis (Salomonis) 246. 33. imbibitos, abolendos (imbibitas, abolendas) 250. 25. statiunculas (statuunculas) 259. *antepenult.* sic (sine) 262. 6. exelsorum (excelsorum) 265. 29. contigeret (contigerit) *ibid. vlt.* effigiatus (effigiatum) 278. 11. irretiandos (irretiendas)

Nota Lector pag. 48. *lin.* 31. *verba illa Diodori Siculi* (septies decies centena millia,) *continere manifestum errorem. Si enim oppida insignia Aegypti erant* 18000, *quomodo homines solùm* 17000? *Textus Græcus habet,* ἑπτακοσίας μυριάδας (septingentas myriades, seu septingenties dena millia;) *vel, vt Laurentius Rhodomanus vertit,* (septuagies centena millia.) *Hæc si æquiualeant solùm* 7000000, *adhuc nimis exiguum efficiunt numerum, meo iudicio, ad tot implenda oppida.*

Admonitio ad Lectores Hebraicos & Arabicos.

Quæ verò in Hebraicis & Arabicis occurrunt sphalmata, Lectores harum linguarum periti facilè corrigent; præsertim dum in Hebraicis nihil faciliùs sit, quàm ב pro כ, ד pro ר, ח pro ת vel ת, ו pro י, ם finale pro ס, ן finale pro נ, & contra, accipere. In Arabicis verò ﻝ pro ﻟ, ﺃ pro ﺍ aut ﺇ vel ﺁ pro ﺍ aut ﺟ, vti & ﺏ pro ﺕ & ﻥ, vti facilè permutantur, ita quoque nihil faciliùs est, quàm similes errores committere; quod idem de similium literarum figuris sentiendum est, vt si ﺯ pro ﺭ, ﻭ pro ﻑ aut ﻕ, & contra hæ pro illis sumantur. Quæ tamen peritus Lector seipso nullâ difficultate corriget. Hisce itaque primò Lectorem peritum admonere voluimus, vt si similium errorum offendicula inuenerit, ea benignè excuset.

A 18577817